
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

N 214

~~Gelt J. 5.~~

KW 301
D 32
1-2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA-
ZWOLL.

CENSURA BELGICA,

SEU

Novæ Notæ & Animadverſiones,

QUIBUS

Omnes & ſinguli Canones, qui in toto Iuris Canonici
Corpore continentur,

Jure Divino, jure Gent. ſolidis rationib. & Moribus præcipue
Belgii confirmantur, illuſtrantur, refutantur.

Adjecta eſt

Diſſertatio de uſu jur. Canon. & de conſuetudine
promovendi J. U. D.

Adjectæ itidem ſunt

Duæ Orationes de jure & poteſtate Principis circa ſacra ab hoſtibus occupata.



TRAJECTI ad RHENUM,

Apud *HENRICUM VERSTEEGH,* Bibliopolam.
cIↄ Iↄ cLXIX.

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Nobiliſsimis, Ampliſsimis, Spectatiſsimis & Prudentiſsimis

QUINQUE CAPITUL. ULTRAJECT.

D.D. CANONICIS

CYPRIANUS REGNERI ab OOSTERGA S. D. P.

HActenus varia quidem prodierunt defenſionis genera, quæ Jus Veſtrum, Viri Illuſtres, ab ipſa origine arceſcunt ac defendunt, ſed cum nullus Defenſorum ſingula attigerit capitula Juris Canonici, quæ tamen proxima controverſiæ fundamenta

 con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

continent, quæque in hiſce not. noſtr. vel adprobata vel improbata ſunt, non potui non Vobis hoc poſtremum cauſæ præſidium dicare ac conſecrare; etſi præſens forſan tempus hoc auxilio non egeat. Etenim ἀλήθεια ἀσυνήγορος ἐςὶ, ipſaque quæſtio nuper Decreto Princip. deciſa eſt, Ejuſque impugnatio ſub graviori pœna prohibita. **Reſolut. Ordin. Ultraj. an** 1660. Quinimo jura veſtra vel ideo ſatis ſuperque adſtructa laudataque videntur (ut vere haud ita pridem ſcripſit in Vindic. Canon. Ultraj. Vir Nobiliſsimus & Clariſsimus Theologus Mareſius) quod ſeptem vel octo Magnifica Canonicorum Capita in capite dicti tractat. denominentur Viri, orthodoxa Religione conſpicui, dignitate ſuperiore præcellentes, provide Electi ad Primum Membrum Regim. Ultraject. Sed quia tamen Vobis viſum

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Nomina retinere Canonicorũm, quibus gratum eſſe adſolet, ſi quis non ſolum jus Veſtrum, ſed etiam ipſum jus Canon. novis & neceſſariis ſcholiis illuſtraverit, ideo mihi perſuaſum habui, quod nec hæc dedicatio mea Vobis ingrata foret. Sane animadverſiones, quæ ſolidis rationibus & uſu forenſi excultæ eſſe debent, hunc uſque in diem deſiderari, nullus infaſcinatorum inficiabitur. Alii clamitant, jus Canon. ratione finis in totum damnandum eſſe, Alii ſcriptitant, quoad formam ineptum eſſe, quoad materiam meram videri injuriam, tyrannidem, impietatem. Alii opus ſtultum & ridiclum appellitant, quodque infinitis contrarietatibus & abſurditatibus refertum eſt. Alii contra dictos Autores præfati jur. Canon. neceſſitatem & utilitatem multis magniſque elogiis commendant, præſertim in materia proceſſ.

juram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

juram. matrim. bonor. eccleſ. decim. &c. ut latius videre eſt in diſſert. noſtr. de jure canon. quam edidi ann. 1644. quamque ſuis not. ad majorem illuſtrationem & confirmationem ſubjunxi, ut & duas orat. noſtr. de jure & poteſtate Principis circa ſacra ab hoſtibts occupata. Verum nemo illorum vel Theologorum vel JCtor. Reformator. ad hunc diem uſque auſus eſt, vel voluit in ſpecie probare per ſpecialia capitula, quod in genere tanta animi fiducia aſſeveravit. Quid præſtitum à nobis ſit, lubens Aliorum ſubactioribus judiciis dijudicandum relinquo. Plebis enim ſuffragia non venor, nec curo ronchos imperitorum aut invidorum, modo noſtra placita Vobis Viris Majoribus & Peritioribus placuiſſe intellexero. Hoc unum certo certius ſcio, quod nullus præter me (quod tamen præfiſcine dixerim) plures

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

in jure canon. perſtrinxerit nævos & erro-
res, qui omnibus Canonicis Vltrajectinis omnino indicandi & evitandi ſunt. Hoc, inquam, factum nec ipſe pontifex ægre ferret, cum ipſe toties fraternas correptiones inculcet. Hęc noſtra eſt ἀποκάλυψις τοῦ Ἀνόμου. 2. Theſſ. 2. Abſtinui calumniis & convitiis, quibus tamen contra Reformatos ſcatent Libri pontificii , quos inter excellit Cod. Fab. ad tit. de ſumm. Trinit. & alib. ut etam pie & docte animadvertit D. Wiſſemb. in præfat. ad Lector. & ad d. tit. Cod. Sed & hoc me feciſſe confido, quod ſcilicet in poſterum ingens ille juris canon. contemptus finem accepturus ſit. Etenim ſummas ſeu doctrinas (quæ mirum in modum explicant & arguunt à ſimili) illis etiam capitulis adjeci, quæ in noſtris Eccleſiis aut abrogata, aut repudiata cenſentur. Functus ſum officio, quod profeſſio

mea

mea impenſe expoſtulabat. Compendium, inquam, totius juris Canonici uſitati, & inuſitati in medium protuli, ipſamque turpitudinem ſuſtuli (modo quis ea carere velit) quæ Juris Utriuſque Doctoribus exprobrari ſolet, quod nempe J. U. D. renuntiati ſint, & tamen vix ullum Tit. aut Capit. in Corpore Jur. Canon. inſpexerint. Ante notas noſtras jus Canon. ſeu Pontific. merito forte obſcurum, confuſum atque inutile viſum fuit, ſed poſt eaſdem in lucem editas, ſpero omnem querimoniam aut contumeliam in deſuetudinem abituram. Quo in omine deſinens, precor Deum Opt. Max ut omnes & ſingulos Canonicos Ultrajectinos diu ſervet incolumes, eoſque evehat dignos ad Culmen & Columen, quod ex Illis conſtituendum & adornandum eſt. Dab. Ultraj.

C Y-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,
ZWOLL.

CENSURA BELGICA,

SEU

Novæ Notæ & Animadverſiones,

QUIBUS

Omnes & ſinguli Canones, qui in toto juris Canonici Corpore continentur,

Jure Divino, jure Gent. ſolidis rationib. & Moribus præcipue Belgii confirmantur, illuſtrantur, refutantur.

CONCORDIA
DISCORDANT. CANON.
AC PRIMUM.

De jure Divinæ & humanæ Conſtitutionis.

DISTINCT. I.

Ad Can. 1.

SI in *d. c.* 1. per naturam intelligamus legem naturæ, ſeu rationem aut æquitatem naturalem (ut vult vocabulum *fas*) haud perperam Leges Divinæ dicuntur conſtare natura: ut nec perperam leges humanæ dicuntur conſtare moribus, ſi per mores intelligamus eas leges, quæ uſu ab hominibus in aliqua Gente vel Civitate introductæ ſunt. Miror tamen, cur Pontifex obſcuras illas Iſidori deſcriptiones adprobare voluerit, cum aliæ clariores in jure Romano exſtent, & prędictus Epiſcopus ſæpe in ſuis etymolog. magnas nugas egerit, teſte *Chriſt. Bocman. de propr. ſignif. verb.* Sane exemplum *d. c.* 1. ſubjectum non convenit præmiſſis, etiamſi dica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſi dicamus, tranſitum per agrum alienum eſſe juris naturalis, quo Deus omnia creavit communia, vel etſi dicamus juris eſſe Moſaici, quod poſtea correctum eſt jure gent. quod minime conſuetudo vel mos dici poteſt.

Ad c. 2.

Quo ſenſu in *d. c.* 2. Lex dicatur ſpecies juris, & jus non ſit jus, niſi ſit juſtum, & omne jus, conſtet legibus & moribus, dixi tum in *præfat. ad Inſt. Pand. & Cod.* tum in *not. ad tit. de juſtit. & jur.*

Ad c. 3. & 4.

An & quomodo ſcriptura, de qua *d. c.* 3. ſit de ſubſtantia legis vel conſtitutionis, dixi in *diſp. ad* §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Quando mos, de quo *d. c.* 4. proprie mos ſit, vel longa conſuetudo, dixi ad §. 9. *Inſt. eod. & l.* 32. §. 1. D. *de legib.*

Ad c. 5.

Natura ſeu eſſentia conſuetudinis vel legis, quæ ſatis confuſe in *d. c.* 5. proponitur, accuratius à nobis excuſſa eſt in *noſtr. ad tit. D. de legib. & long. conſuetud.* Quid ſervandum videatur, quando conſuetudo cum lege concurrit & pugnat, videſis *ibid. & in noſtr. ad l.* 2. C. *quæ ſit long. conſuet.*

Ad c. 6. & 7.

Diviſio juris, quæ eſt in *d. c.* 6. deſumpta eſt ex *tit. Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* vel ex *l.* 1. *D. de juſtit. & jur.* ſed turpis eſt confuſio juris naturalis (quod ſcilicet commune habemus cum brutis) & juris gentium; quia varia exempla in *d. c.* recenſentur, quæ tantum ad jus gent. pertinent, ut *lat. in noſtr. ad l.* 5. *D. de Iuſtit. & jur. & alib.*

Ad c. 8. & 9.

Definitio juris civilis, quæ eſt in *d. c.* 8. latius à nobis excuſſa eſt in *not. ad l.* 9. *D. de Iuſtit. & jur. & ad* §. 1. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Male pontificem in *fin. d. c.* 9. *jus gent.* metiri ex ſolo uſu gent. notavi *itid. ad d. l.* 1. *§. ult. D. de Iuſtit. & jur.*

Ad c. 10. 11. & 12.

De jure militari, de quo *d. c.* 10. dixi in *not. ad tit. D. de re milit.* De jure publico, de quo *d. c.* 11. dixi ad *L.* 2. *D. de Iuſtit. & jur.* De jure Quirit. ſeu Roman. de quo *d. c.* 12. dixi ad §. 2. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Sed ne quid erret Pontifex, pleraque exempla *d. c.* ſunt tantum juris Romani propria quoad formam ſeu ſolennitates, ut dixi ad *tit. de tutel. &* An & quando jus Romanum Belgas aliaſque Nationes obliget, notavi *ſæp. in præfat. ad Inſt. Pand. & Cod. & alib.*

Distinct. II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Bona ſeu accurata quidem eſt canonizatio ſeu repetitio juris ſcripti Romani in *d. c.* 1. Sed ſordida & puerilis eſt definitio ſingular. ſpecier. in *can. ſeqq.* ut patet ex *noſtr. ad* §. 4. *& ſeqq. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Quænam ſint iſtæ leges, quæ dicuntur a Conſulibus vel Tribunis anctoribus, de quibus *can.* 6. dixi variis in locis *Inſt. & Pand.* Sed quis unquam audivit de legiſatyra ſeu ſatura, de qua *c.* 7? De l. Rhod. dixi ad *tit. D. de l. Rhod. de jact.*

Distinct. III.

Ad c. 1. & 2.

An & quatenus Pontifex vel Concilium vel Eccleſia canones ſeu regulas recte vivendi, de quibus *d. c.* 1. & 2. præſcribere poſſit, quæſtio Theologica eſt, atque adeo aliena à foro noſtro, aut ſaltem inſtituto noſtro quod

nobis

nobis decretum eſt. Si quis tamen meam ſententiam in tranſitu ſcire deſiderat, dixerim ſolam SS. ſcripturam Chriſtianis normam eſſe bene vivendi, licet traditiones hiſtoricas vel etiam dogmaticas de ritibus Eccleſiaſticis admittam, ſed nequaquam dogmaticas de fide & Moribus. *Eſai* 29. *Matth.* 15.

Ad c. 3. & 4.

Si in *d. c.* 3. per privatos intelligamus homines ſingulares (quamvis hoc vetus & ſatis obſcurum) facilis erit intellectus *d. c.* 3. ſed latior extenſio petenda ex *noſtr. ad tit. D. de conſtit. Princip. & à DD. ad l. Privileg.* 193. *de reg. jur.* Legis officium ſeu virtus, de qua in *d. c.* 4. excuſſum à nobis eſt in *not. ad l.* 7. *D. de legib.* Sane prohibitionem matrimonii cum ſacris virginibus, de qua *d. c.* omnino Sacris Literis prohiberi cenſeo.

Distinct. IV.

Ad c. 1. & 2.

Cauſa finalis legum, quæ ab *Iſid.* indicatur in *d. c.* 1. latius & accuratius excutitur in *l.* 1. *&* 2. *D. de legib.* junct. *noſtr. ad eaſd.* ubi & ad *ll. ſeqq.* qualitas legis, de qua *d. c.* 2. ibidem latius deſcribitur, ſed ſalva cenſura, quam ex *d. c.* 2. qui non patitur legem eſſe contra naturam, ſtrinxi in *l.* 14. *& ſeqq. D. de legib.*

Ad c. 3. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c* 3. judici non liceat judicare de legibus, peti poteſt ex *l. & ideo* 21. *D. de legib.* Sed junct. *noſtr.* quæ *ibid. d. c.* 3. temperant & explicant,

De differentia clericorum & laicorum, deque jejunio, de quib. *c.* 4. *& ſeqq.* nihil noto præter hoc, quod notavi ad §. 1. *&* 2. *diſt.* 3. Videſis tamen *Ameſ. in caſ. conſc. lib.* 4. *cap.* 21. Sane tolerantia conſuetudinis, quæ fit in *c. ult.* ne pejores exiſtant, videtur cenſura digna, cum non ſint permittenda mala, ut eveniant bona. *Rom.* 3.

Distinct. V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quoniam *dd. can.* agunt de purificatione mulieris, quæ peperit, de qua Theologi ad *cap.* 15. *Levit.* ideo nec morale, nec cæremoniale aut myſteriale quid hic à nobis adnotabitur. Sane exemplum iſtius mulieris, de qua *Matth. cap.* 9. nihil ad rem facere videtur. De baptiſmo vide *Ameſ. de conſ. lib.* 4. *cap.* 27. Revera malam eſſe conſuetudinem, qua mater liberos ſolet aliis tradere lactandos, quando ſcilicet ipſa lactare poteſt, extradubium videri debet, ſed de ea *lat. Oeconom.*

Distinct. VI.

Ad can. 1. & ſeqq.

Quęnam illuſiones, quę per ſomnum fiunt, polluant, quæque ſpirituales applicationes, de quib. *dd. can.* deſumi poſſint ex *d. cap.* 15. *Levit.* nullus inquiro, quum iſtæ inquiſitiones plane ab inſtituto meo alienæ ſint. An ergo *d. c.* 2. palea notandus ſit, vel quænam ſit mens Pauli ad *Rom.* 5. quæ in *d. c.* attingitur, aliis inquirendum relinquo. Certe quod Adam velut Spiritus conſenſerit in peccatum Evæ, nobis ridiculum videtur. Scio quidem controverti inter Theologos, an primi illi motus ad malum, ſeu injectiones diaboli ſint peccatum, ſi titillationes ſeu delectationes non ſequantur, ſed de iſtis cogitationibus me cogitare ratio inſtituti vetat, de juridicis dixi ad *l. cogit.* 18. *D. de pœn.*

Distinct. VII.

Ad c. 1. & 2.

Quinam primi fuerint legum conditores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tores, de quib. *d. c.* 1. quinam explanatores 12. tabul. latius videre eſt apud *Forſter. de hiſtor. jur. & nos in not. ad tit. D. de orig. jur.* Sed quid hæc ad normam recte vivendi?

Distinct. VIII.

Ad c. 1.

Summa ex *d. c.* 1. hæc eſt: jure Divino omnia ſunt communia, jure humano hoc meum, hoc tuum eſt. Hæc, inquam, doctrina ſeu ſumma per ſe vera eſt, ſed miſere probatur ex *Geneſ.* 2. *&* *Pſalm.* 24. Rectius *nos* alibi diximus, omnia in mundo eſſe communia ex jure naturali ſeu prima creatione, ſed poſtea tamen, cum genus humanum eſſet multiplicatum, recte introductum eſſe diſtinctionem dominiorum, quam & ipſe Deus adprobavit in Decalogo, non facies furtum. Adde *Theolog. ad c.* 4. *Actor. & not. noſtr. ad l.* 5. D. *de Iuſti. & jur.*

Ad c. 2,

Ejuſdem farinæ eſt ſumma *d. c.* 2. quæ hæc eſt: adverſus naturale jus nulli quidquam agere licet. Hæc quidem doctrina vera eſt, ut notavi ad *c.* 2. *diſt.* 4. Sed difficulter eruitur ex *d. c.* 2. Sane qui venit contra proprium pactum, quod jure initum eſt, ille facit contra bonos mores naturales, etiamſi eſſet Princeps, de quo *d. c.* & dicta limitatio accipienda eſt.

Ad c. 3. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 3. mala conſuetudo radicitus evellenda ſit, cur in *d. c.* 4. poſtponenda ſit veritati & rationi, cur in *d. c.* 5. quælibet conſuetudo poſtponenda ſit veritati, præſertim revelatæ *d. c.* 6. cur fruſtra in *d. c.* 7. rationi opponatur, cur in *c.* 8. rationem impedire non debeat, cur denique in *c. ult.* Dei potius veritatem ſequi oporteat, quàm hominum conſuetudinem, data eſt tum in *dd. can.* tum in *noſtr. ad l.* 32. *& ſeqq.* D. *de legib. & long. conſuet. & in noſtr. ad l.* 2. C. *quæ ſit long. conſuet.* Fateor tamen, textum ex *Ioan.* 14. indicatum in *d. c.* 5. *&* 6. nimis late petitum, & ideo parum aut nihil ad rem facere. An *dd. can.* ipſi Eccleſiæ Romanæ, quæ ſe ſemper fundat in antiqua conſuetudine, objici poſſint, Theologis diſcutiendum relinquo, ut *ſup. & inf. ſæp.*

Distinct. IX.

Ad c. 1. & 2.

Intentio ſeu ſumma ex *d. c.* 1. hæc eſt: leges principum juri ſeu rationi naturali prævalere non debent. Sed exempla ſubſecta vix eam regulam ſuppeditant. Unde forſan non male *d. c.* palea notatus eſt. Quod conſtitutiones Imperat. de quib. potiſſimum *d. c.* 1. non valeant contra jus Divinum, præſertim morale, extra dubium videri debet.

Significanter Pontifex in *d. c.* 2 dixit juſtum eſſe, ut Princeps ſuis legibus obtemperet, quum ſtricto jure non teneatur, ut *lat. ad l. pen.* D. *de recept. qui arbitr. & ad l.* 4. C. *de legib.*

Ad c. 3. & 4.

Et *d. c.* 3. incertus eſt, & ſumma ejus obſcura eſt, licet hæc mens videatur, quod literis Auguſtini vel Pontificis non ſit credendum, ſicut credimus ſcripturis canonicis, quibus credendum eſt, etſi perſe non videantur credibiles, modo perſpicuæ ſint, de quib. *lat. Theol.*

Ingenua eſt confeſſio in *d. c.* 4. ſive *Auguſtinus* loquatur de moribus ſuis, ſive de majoribus, qui ante eum ſcripſerunt.

Ad c. 5. & 6.

Rationes, cur in *d. c.* 5. canonicis

libris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

libris non credantur ineſſe mendacia, expreſſæ ſunt *ibid.* Sed prægnantiores reperiuntur in *præfat. ad libr. Apocryph & alib.*

Quouſqne vetus teſtamentum ex ſcriptis Hebræis, novum ex græcis examinare liceat, de quo *d. c. 6.* Theologis examinandum relinquo.

Ad c. 7. & 8.

Ratio, cur in *d. c. 7.* ne quidem officioſa mendacia in Scripturis Sanctis admittenda ſint, intermixta eſt *ibid. & in d. c. 5.*

Sacra Scriptura præfertur literis Epiſcoporum *d. c.* 8. Sed cur eadem non ſola Interpres? cur dependens ab Eccleſia?

Ad c. 9. 10. & ſeqq.

Calumnias colligere ex Epiſcop. ſcript. mandata divina prohibent. *d. c.* 9. Reliqua excuſſa ſunt in *anteced.* Quin honorificentia illis debetur, licet forſan aliter ſenſerint, quàm veritas habet. *d. c.* 10. Ratio, cur in *d. c.* 11. ratio anteponenda ſit exemplis Epiſcoporum, vel aliis ſimilibus, data eſt *ſup. ſæp.*

DISTINCT. X.

Ad c. 1. & ſeqq.

Leges Imperatorum non poſſunt diſſolvere jura Eccleſiaſtica. *d. c.* 1. ſcilicet ſit alia vere ſunt, ut ſunt Euangelica & Apoſtolica, ſed nequaquam omnia canonica decreta pontificum, de quib. in *fin. d. c.* 1. *& cap. ſeqq.* Sed & hæc quæſtio mere Theologica eſt, quâ quæritur, qualis & quanta poteſtas competat Principi vel alii ſupremo Magiſtratui circa ſacra vel Eccleſiaſtica. Nobis hactenus placuit ſententia media (præſertim in vocatione Miniſtrorum verbi Divini) qua nec Magiſtratum plane excludimus, nec plane admittimus. Cuſtos quidem utriuſque tabulæ eſt, ſed minime Interpres, niſi adhibito conſilio Theologorum, ut *lat in not. ad lib.* 1. *Cod.* Unde nec canones circa Eccleſiaſtica condere, ſed improbos aut ſeditioſos reſcindere poteſt. *d. c.* 10. Quinimo omnis anima (quatenus politicum membrum eſt, & quatenus juſto Regimini refragatur,) ſubjecta eſto politicæ ordinationi. *Rom.* 13. *& d. c.* 9. *&* 12. & omnis anima, quatenus eſt membrum Eccleſiæ, ſubjecta eſto Eccleſiæ, vel cenſuræ Eccleſiaſticæ, quæ ſecundum Dei verbum inſtituta eſt. *Matth.* 16. *&* 18. *& d. c.* 3. Reliqua excuſſa ſunt ad *c.* 1. *&* 2. *diſtinct.* 3.

DISTINCT: XI.

Ad c. 1. & 2.

Ratio, cur in *d. c.* 1. malus vel ſimplex uſus cedat auctoritati, vel parvus uſus cedat legi & rationi, data eſt ad *diſtinct.* 8. Sed quæ ratio, cur in *d. c.* 2. conſuetudo non deroget ſtatutis Pontificum, vel potius cujuſque Eccleſiæ, cum deroget conſtitutionibus Principum, ſi vel rationabilis vel probabilis ſit?

Ad c. 3. & 4.

Qui eſt membrum Eeclesiæ, non debet diſſentire à conſuetudine Eccleſiæ. *d. c.* 3. ſed an Romæ ſit ſedes Petri vel principalus vetæ Eccleſiæ, vehementer dubito, imo firmiter credo, quod non ſit.

Quod *d. c.* 2. loquatur de mala conſuetudine, ſeu de conſuetudine, quæ quidem de facto obſervatur, non tamen de ratione, probavi pluribus ad *l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.*

Ad c. 5. & 6.

Illam Eccleſiæ conſuetudinem, de qua *d. c.* 5. ab Eccleſia Reformata re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

prehendi, notavi ad *c.* 1. *&* 2. *diſtinct.* 3. Ei ideo ipſe *c.* 6. prædict. *c.* 5. impugnare videtur. Sed quænam ſit fides catholica, ulterius non definio.

Ad c. 7. & 8.

Quænam conſuetudo populi, vel quæ inſtituta majorum pro lege tenenda ſint, de quib. *d. c.* 7. dixi ad *d. c.* 1. *&* 2. *diſtinct.* 3.

Mirum in modum placet nobis locus *Matth.* 15. *v.* 9. ubi ipſe Chriſtus prohibet traditiones humanas, quæ eſſent pars religionis Chriſtianæ, & ideo diſplicent *d. c.* 7. & 8. qui traditiones pro lege obtrudunt, licet additiones ſunt contra *Deut.* 4. *v.* 2. *& Ioan. apocal. ult. v.* 18.

Ad c. 9. & 10. & 11.

In redubia attendenda eſt conſuetudo ſeu auctoritas Eccleſiæ catholicæ, quæ ſcilicet revera catholica eſt. *d. c.* 9. Plura de Epiſcopis, qui in primitiva Eccleſia fuiſſe dicuntur, vide apud *Theolog. noſtr.* Sic nec ab Apoſtolicis inſtitutis recedendum, de quib. *d. c.* 10. modo in veritate Apoſtolica ſint, de quib. ad *canon. Apoſtel.* Reformationem, quam concedit *Innocent. in d. c.* 11. cuilibet Eccleſiæ conceſſam puto. Quinimo Romanæ Eccleſiæ, quæ in *d. c.* ſe cæteris præfert, repono *l.* 12. *D. de offic. præſid.*

Distinct. XII.

Ad c. 1. & 2.

Admodum claudicat ſimilitudo, quæ in *d. c.* 1. inſtituitur inter Dei Filium & Deum Patrem & inter Eccleſiam Romanam & cæteras Eccleſias, licet etiam Romana Eccleſia caput reliquarum dici poſſet. Sane Romanæ Eccleſiæ præcepta non omnia eſſe Apoſtolica, de quib. *d. c.* 2. ingenue profiteor, ſed tamen nulla inflatus ſuperbia, ſi quis me aliter docere poſſit.

Ad c. 3. & 4.

Quænam conſueudo in vera Eccleſia admittenda ſit, de qua *d. c.* 3. dixi *ſup. aliquot.* Quænam traditiones vel conſuetudines, de quibus *d. c.* 4. recipiendæ ſint, dixi *itid. ſæp.*

Ad c. 5. & 6.

Traditiones, de quibus ex parte *d. c.* 5. non admittimus, ut *ſup.* ſed altera pars, quæ eſt de Eccleſia Dei tuenda, omnino adprobanda eſt, ſed in ſenſu vero, ut *itid. ſup.*

Juſtas notas ad *c.* 6. qui deſcriptus eſt ex §. 9. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* dedi ad *d.* §. *& ad l.* 32. §. 1. *D. de legib.*

Ad. c. 7. & 8.

Quoniam *d. c.* 7. deſcriptus eſt ex *l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet.* ideo Lectorem remitto ad notas, quas ſcripſi ad *d. l.* 1. ne acta agere videar.

Nullum proprie primatum, de quo *d. c.* 8. in vera Eccleſia novi teſtamenti permittendum eſſe, noſtri contendunt Theologi de hierarchia ſeu ordin. miniſtr.

Ad c. 9. & 10.

Quæ ſunt conſuetudinis (ſcilicet juſtæ & piæ) non ſunt neganda. *d. c.* 9. Conſuetudo commendat locum, non vero locus conſuetudinem. *d. c.* 10.

Ad c. 11. & 12.

Recte quidem in *d. c.* 11. indifferens dicitur, quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſt, ſed an recte Domini paſſio, reſurrectio aſcenſus anniverſaria ſolennitate celebretur, anxie apud Nos diſquiritur. De jejunio, de quo etiam in *d. c.* 11. dixi *ſup.* Eccleſia non eſt premenda ſervilibus oneribus, vel conſuetudo oneroſa reſecanda eſt. *d. c.* 12.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 13. & 14.

Ut unus pſallendi modus ſtatuatur, etiam in noſtris ſynodis vel claſſibus conſtitui poſſe, ut in *dd. can.* notavi *alib. aliquot.* Sed de ſpallendis matutinis aut veſperis, vel de pęna ſecus facientium nihil cautum reperio, licet aliquam diſciplinam Eccleſiaſticam agnoſcam, ut *ſup. ſæp.*

DISTINCT. XIII.

Ad c. 1. & 2.

Summa *dd. capit.* hæc eſt: minus malum ex duobus eligendum eſt. Sed ut verum fatear, exempla in *dd. textib.* prolata vix talem regulam conſtituunt. Rectius noſtri Theologi & Ethici diſtinguunt inter malum triſte & malum turpe, in illo datur electio, in hoc non datur. Sane dictum Pauli, quod ex *epiſt.* 1. *Corinth.* 7. attingitur in *d. c.* 2. §. 2. nihil ad rem facit, cum alias matrimonium aliquod malum eſſet, quod majoris mali evitandi gratia permittitur.

DISTINCT. XIV.

Ad c. 1. & 2.

Nemo committat delictum, ut in aliis graviora impediat *d. c.* 1. ſed illud exemplum de Loth & Sodomit. *Geneſ.* 19. evincit, male in *præced. can.* dari electionem in duobus malis, quæ ſcilicet revera talia ſunt, quæque turpia vocantur. *Rom.* 2.

Quædam pro neceſſitate temporum, vel pro conſideratione ętatis temperanda ſunt, modo nihil fiat contra præcepta Euangelica. *d. c.* 2. De decretis patrum dixi *ſup.*

DISTINCT. XV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quando canones generalium conciliorum, de quib. *d. c.* 1. initium acceperint, quamq; fidem mereantur, ſignificavi ad *Lib* 1. *Cod. & in jur. can. ſup. & inf. ſæp.* latiuſque Theologis diſcutiendum relinquo. Sane comparatio, vel æqualis reverentia, de qua *d. c.* 2. *&* 3. admodum inæqualis vel diſſimilis eſt. Non quælibet opuſcula in Eccleſia, de quib. *d. c.* 3. legenda eſſe, prohibent etiam Eccleſiæ noſtrę, dum nullam libri editionem permittunt, niſi vel Synodus vel Claſſis adprobaverit. Quinam Libri in Bibliis pro canonicis, & quinam pro apocryphis habendi ſint, dixi *ſup. aliquot.* Mirum in modum (ut etiam & ego meam de opuſculis Patrum Aliorumque ſententiam proferam) placet mihi illud Apoſtoli, quod pontifex in *d. c.* 3. attingit ex 1. *Theſſ.* 5. πάντα δοκιμάζετε &c. omnia explorate & quod bonum eſt, retinete. Laudantur Beræenſes, quod quotidie ſcrutati ſint ſcripturas, an ita ſe haberent, ut Apoſtoli prædicabant. *Actor.* 17. Haud ægre itaque ferat pontifex, ſi quandoque profitear, quod ſentiam.

DISTINCT. XVI.

Ad c. 1. & 2.

Vulgo *d. c.* 1. accipitur de pſeudo Apoſtolicis canonibus, ſed *d. c.* 2. de veris Apoſtolicis, ut hac conciliatione tollatur contradictio, quæ inter *dd. cap.* videtur. Verum enimvero nullus canon nobis Apoſtolicus videtur, qui à ſede Apoſtolica, præſertim Romana, dependet, ſed qui ex ipſis ſcriptis Apoſtolorum demonſtratur.

Ad c. 3. & 4.

Quænam ſint illa 50 vel 70 vel 85. capitula Apoſtolica, de quib. *dd. can.* diverſimode, videbimus in *ſeqq.* Sane rationes, quas *Iſidorus* allegavit ſub *d. c.* 4. non faciunt Apoſtolica, ut patet ex *anteced. noſtr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 5. & 6.

An & quæ ſynodus fuerit ſexta, de qua *d. c.* 5. *&* 6. ad meum inſtitutum non pertinet, ſed mirifico hic ſe torquentI nterpretes, ut pontifices liberent ab errore & contradictione, ut apparet ex *gloſſ. ad dd. can.*

Ad c. 7. & 8.

Quæ & quàm ſanctæ ſint Conſtitutiones ſynodi ſextæ, de quib. *d. c.* 7. nullus inquiro, ne extra profeſſionem peregrinari videar. An profeſſio vel confirmatio Pontificis, de qua *d. c.* 8. plus attendi debeat, quam auctoritas ipſorum Conciliorum, ut voluit *Bellarmin.* relinquo *Theologis* diſcutiendum lat.

Ad c. 9. & 10.

An *Beda* tempora conciliorum, de quo *d. c.* 9. erraverit, videre licet in *not.* quæ *d. c.* ſubjectæ ſunt. Plura hac de re videre licet in *noſtr. ad Lib.* 1 *Cod. & apud Calvin. lib.* 4. *Inſt. relig. Chriſt. c.* 6. *ſect.* 12. *Morn. hiſtor. papat.*

An iſti hæretici, de quib. *d. c.* 10. recte hæreſeos condemnati ſint, quæſtio Theologica eſt, ideoque Theologis diſputanda, licet interdum in *noſtr. ad Lib.* 1. *Cod.* meam ſententiam adprobantem expreſſerim.

Ad c. 11. & ſeqq.

An & qualis error denotandus ſit in conciliis, de quib. *d. c.* 11. vide in *not. ſubject. h. c.* Quomodo *d. c.* 11. conciliandus ſit cum *c.* 12. per *can. ſeq.* vide in *not.* quæ *d. c.* 12. ſubjectæ ſunt. Et ſi non es præjudicio faſcinatus, facile videbis, conciliationem frigidam eſſe, & pontifici revera mendacium exprobrare in *d. c.* 11. Quodnam concilium, de quo *d. c. ult.* recipiendum ſit, notavi *ſup. aliquot.*

DISTINCT. XVII.

Ad c. 1. & 2.

Cujus auctoritate Synodi vel generales vel provinciales congregentur in Belgio confæderato, cuilibet Belgæ notum eſt, & ideo nullius uſus eſt *d. c.* 1. niſi quoad appellationem, quæ etiam ad ſynodum fieri adſolet. An & quomodo ſacerdotes ſint ſupra ſeculares, nec decretum, nec profeſſio patitur, ut definiam. Sane dictum Pſalmiſtæ *Pſalm.* 82. quod in *fin. d. c.* deſignatur, intolerabili inverſione allegatur pro ſacerdotibus, cum manifeſte loquatur de Magiſtratibus, qui proprie dii vocantur.

Rectius hodie auctoritate Magiſtratus concilia, de quib. *d. c.* 2. convocari, iiſque intereſſe quoſdam ex Magiſtratu, cum dicta concilia requirant curam & cuſtodiam magiſtratus, cui per ea etiam præjudicium adferri poteſt, ſignificavi ad *c. præced.*

Ad c. 3. & 4.

Quæ ſunt Eccleſiæ competentia, non debent uſurpari ab aliis. *d. c.* 3. nec particularis ſynodus debet quid facere contra generalem *d. c.* 4. Sane mere Eccleſiaſtica ſoli Eccleſiæ, ejuſque miniſtris relinquenda ſunt. *Chron.* 2. *c.* 26. & quod communi conſenſa ſtatutum eſt, non temere quorundam diſſenſu mutari debet.

Ad c. 5. & ſeqq.

Cenſura dignum videri *d. c.* 5. notavi ad *d. c.* 2. Quænam præſentia requiratur in conciliis ſeu ſynodis provincialibus, de quib. *d. c.* 6. dixi ad *d. c.* 2. Etiam aliquem ordinem, de quo *d. c.* 7. ſervandum eſſe inter noſtros Epiſcopos ſeu paſtores, notavi *ſup. aliquot.*

DISTINCT. XVIII.

Ad c. 1. & 2.

Apud Reformatos etiam ratione ordina-

dinationis, de qua *d. c.* 1. vel ratione dignitatis primo quæſitæ ordinem & loca ſervari, notavi ad *c. 7. diſt. præced.* An ergo *d. c.* 1. palea notandus ſit, nullus inquiro.

Per ſingulos quoque annos apud Reformatos haberi certos conventus, de quib. *d. c.* 2. certum eſt.

Ad c. 3. & 4.

Tempus, de quo *d. c.* 3. apud Nos vix præciſe ſervatur, ſed recte tamen in *d. c.* 4. requiritur bis concilium, ut mores corrigantur, & controverſiæ diſſolvantur.

Ad c. 5. & 6.

Seipſos accuſant, qui vocati ad Synodum venire contemnunt. *d. c.* 5. Hinc recte corripiendi & reprehendendi dicuntur in *d. c. 6.*

Ad c. 7. & 8.

Cui in reformata Eccleſia competat impoſitio pœnæ, de qua *d. c.* 7. ſignificavi ſup. ad *d. c.* 2. *diſtinct. præced.* Sed nec noſtros presbyteros deferre ad concilia eulogias ſeu munera, de quib. *d. c.* 8. lippis & tonſoribus notum eſt.

Ad c. 9. & 10.

Epiſcopus vel verbi Divini miniſter non ſit ſine gravi neceſſitate tardus ad Synodum *d. c.* 9. ſed ſi gravatus ire non poſſit, ſcribat literas excuſatorias ad Præſidem, non tamen primatem, ut ante monui & notavi.

Ad c. 11. & 12.

An *d. c.* 11. palea dignus ſit in corpore jur. can. videre licet in not. quæ *d. c.* ſubſcriptæ ſunt. An in Eccleſia poſſint creari abbates, aut ſimiles gradus ſuperiores, videre licet apud Theolog. ut *ſup.* Quinam hodie ad ſynodum cogere poſſint, dixi *ſup. aliquot.* Sed & pœnam a Magiſtratu præter pœnam, quæ eſt in *d. c.* 12. infligi poſſe ei, qui contempſit venire ad ſynodum, ſequitur ex *anteced.*

Ad c. 13. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 13. & *ſeqq.* Epiſcopus privetur à communione, aut puniatur ſimili pæna, obvia & ſignificata eſt *ſup. ſæp.* An recte in *d. c.* 15. diſtinguatur inter Epiſcopos & Presbyteros, diſputant Theologi, quorum partes ſi ſuſciperem, nemo mihi tanquam in aliena arte verſanti crederet. An *d. c.* 16. palea dignus ſit, videre eſt in *not. ſubject. d. c.* Hodie apud Nos illas notificationes, de quib. *d. c.* 17. fieri per correſpondentes, neminem fugere exiſtimo.

DISTINCT. XIX.

Ad c. 1. & 2.

Quantam auctoritatem habeant noſtri Pontificis vel ſynodi generalis vel provincialis decreta, decretales epiſtolæ, de quib. *d. c.* 1. ſignificavi *ſup. ſæp.* ſed horreo, dum lego in *d. c.* 2. comparationem inter voces D. Petri & ſanctiones ſedis Apoſtolicæ ſeu Pontificis Romani, qui etiam Antichriſtus dicitur.

Ad c. 3. & 4.

An & quatenus noſtri ſynodi jugum, de quo *d. c.* 3. imponere poſſint, breviter hoc loco referam, ut poſtea Lectorem ad eum remittam. Nihil, inquiunt, ſtatuatur a Paſtoribus Eccleſiæ, niſi quid decorum ſit. 1. *Corinth.* 11. & ideo illud ferendum, de quo *d. c.* 3. omnino reprehendendum eſt. 2°. ordinationes ſeu leges à noſtris Epiſcopis præſcriptæ non feruntur conſcientiis, ſed tantum in ritibus externis ordinis gratia, ſed minime ſub conditione pænæ æternæ aut præmii æterni, *Jacob.* 4. 12. Et ſic intelige *d. c.* 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 5. & 6.

Qui non obtemperat pręceptis Apoſtolicis, alienus eſto ab officiis Apoſtolicis. *arg. d. c.* 5. Reliqua excuſſa ſunt ad *d. c.* 3. *&* 4. Qualem auctoritatem mereantur epiſtolæ decretales vel canonicæ, de quib. *d. c.* 6. dixi ad *d. c.* 1. *&* 2. *h. d.*

Ad c. 7. & 8.

An Petrus fuerit caput cæterorum Apoſtolorum, de quo *d. c.* 7. vel an Papa ſit Petri ſucceſſor, nihil ad meum inſtitutum pertinet, ſed mihi ſufficit ex *d. c.* notaſſe, quod exors ſit miniſterii, qui à ſoliditate D. Petri recedit. An ergo & ipſe pontifex?

Rationes, cur in *d. c.* 8. nulla læſionis portio attingat eum, qui ab hæreticis damnatis ordinatus eſt, ſubjectæ ſunt *ibid.* An *d. c.* poſtea ſit abrogatus, & quatenus hæretici habeant ſacramentorum adminiſtrationem, dixi ad *lib.* 1. *Cod. & ad can. ſeqq.*

Ad c. 9. & 10.

An & quo nutu fuerit in *d. c.* 9. percuſſus Anaſtaſius, nequaquam inquiro, ſed hoc tamen notandum, quod ab illorum communione reſiliendum ſit, qui cum hæreticis communes ſunt.

Summa *d. c.* 10. hæc eſſe poteſt: quicunque non eſt legitimus Epiſcopus, ejus geſta vel decreta in irritum revocanda ſunt.

Distinct. XX.

Ad c. 1. & ſeqq.

In hiſce tribus canonib. agitur de ſcriptis Patrum, eorumque interpretatione & auctoritate, quam nos ſupra diximus, minime ut infallibilem admittendam eſſe, ſed tantum probabilem, ſi juxta *d. c.* 3. veritas à pluribus quæſita ſit. Hæc, inquam, ratio tanti momenti videtur, ut ipſe pontifex conciliis univerſalibus cedere debeat.

Distinct. XXI.

Ad c. 1. & 2.

Late in *d. c.* 1. deſcribuntur nomina graduum Eccleſiaſticorum, de quibus quid tenendum videatur, dixi *ſup. aliquot.*

An ex illo loco *Matth.* 16. qui indicatur in *d. c.* 2. probari poſſit, quod Romana Eccleſia à Chriſto primatum acceperit, vehementer dubito & contradico, ſed Theologica me decidere non oportet.

Ad c. 3. & ſeqq.

An iſtæ rationes, quæ in *d. c.* 3. allegatæ ſunt, primatum Eccleſiæ Romanæ inferant, ſignificavi ad *c. præced.* An locus Prophetæ Eſaiæ, qui in *d. c.* 4. indicatur, ad rem faciat, de qua in *d. c.* agitur, ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane Imperatorem poſſe ſacerdotes ſeditioſos deponere aut removere, nullus noſtrorum Theologorum negare auſus eſt. 1. *Reg.* 2. 26. Et ſic inferiorum facta ſuperiorum ſententiis obnoxiæ ſunt. *arg. d. c.* 4. *&* 6. Melchiſedech benedixis Abrahæ *Heb.* 7. ergo minor non poteſt bonedicere majori. *d. c.* 6. Quæ hæc illatio? Sane Epiſcopos in caſu *d. c.* 7. male tacuiſſe, cum Marcellinus Papa prunas thuris diabolo immolaſſet, licet coactus à paganis, extra dubium puto ex ipſo *d. c.* 5. ubi ipſe Nicolaus digna reprehenſione minime prætereunda judicat. Adde *Levit.* 19. *v.* 17. An & quomodo inferior ſeu nationalis Synodus de judicari poſſit à ſuperiori, ſignificavi *ſup. aliquot.* & ideo nullæ aliæ notæ ad *c.* 8. *&* 9. niſi hæc ſumma: majores non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

non poſſunt damnari ſententiis minorum, ſed Reformati iſtos gradus non agnoſcunt.

DISTINCT. XXII.

Ad c. 1. & 2.

Primatum illum Pontificis vel Eccleſiæ Romanæ, de quo *dd. can.* Reformatos non agnoſcere, dixi *ſup. aliquot.* Rationes illorum hæ ſunt; quia SS. Scriptura ſolo Chriſto hoc privilegium aſſignat. *Epheſ.* 1. *Col.* 1. 2°. Pontifex Romanus κατ' ἐξοχὴν eſt antichriſtus, quia in eo omnia completa ſunt, quæ de antichriſto prædicta ſunt. *Apocal.* 17. 2. *Theſſ.* 2. 1. *Tim.* 4. 3°. negant conſequentiam, quę in *d. c.* 2. ponitur ex verbis Chriſti ad Petrum. *Matth.* 16. *v.* 18. quia non ſoli Petro, ſed omnibus Apoſtolis claves regni dati ſunt. *Joan.* 20. vel toti Eccleſię. *Matth.* 18. Plura videre licet apud *Noſtr. ad mater. de pontif.*

Ad c. 3. & 4.

Nullam quidem ex *dd. can.* ſummam colligere licet, niſi forſan hanc, quod Eccleſia prior tempore, potior ſit in ordine & ſeſſione, ſed cenſuram aut fraternam correptionem non poteſt evadere pontifex, quod ſtatuat Patriarchas, Archiepiſcopos &c. quoniam nullam hierarchiam aut præeminentiam inter paſtores reformata Eccleſia admittit. 1. *Cor.* 12. *v.* 28. *Epheſ.* 4. 11

Ad c. 5. & ſeqq.

Nullus video, quomodo illa prerogativa, de qua in *d. c.* 5. *& ſeqq.* conveniat cum hoc pręcepto Chriſti & Apoſtolorum, ne alii aliis imperent, ſed qui maximus eſt, ſit inſtar minimi. *Matth.* 20. Reliqua dicta ſunt ad *can. præced. h. d. & d. anteced.*

DISTINCT. XXIII.

Ad c. 1. & 2.

Summa ex *d. c.* 1. qui agit de electione pontificis, hæc eſto: futuris caſibus occurrendum eſt in ſtatu Eccleſiaſtico, & præcavendum, ne recidiva aut rediviva mala pręvaleant. Cętera ad pęnam eorum, qui hoc ſtatutum aut turbant aut improbant, non ſolum dura, ſed etiam aliena videntur.

Quomodo Epiſcopi noſtri ſeu Pręſbyteri examinandi ſint, de quo caſu *d. c.* 2. declarant Theologi noſtri ex 1. *Tim.* 3. *Tit.* 1. Et licet examen doctrinæ & morum aliquo modo etiam pertineat ad totam Eccleſiam *Matth.* 7. 1. *Ioan.* 4. tamen pręcipua cura incumbit Eccleſię prępoſitis. 2. *Tim.* 2.

Ad c. 3. & 4.

Qua ſit officium noſtrorum clericorum, vel potius Eccleſiaſticorum, pręſcribunt Theologi tum ex *dd. loc.* tum ex aliis, quorum magna pars in *d. c.* 3. expreſſa eſt. An & quomodo uſuris incumbere poſſint, dixi ad *tit. de uſur.* An & quomodo ſe jungere poſſint fœminis, dixi in *ſeqq.* & in primas ad *tit. de ſponſ. & matrim.* Sane qui ſacramenta tractare non poſſunt, nec poſſunt ad miniſterium eligi. *d. c.* 4.

Ad c. 5. & 6.

Coram quibus purgatio Epiſcopi ſeu prębyteri, de qua *d. c.* 5. in Belgio confœderato fiat, ſignificavi ad *d. c.* 6. Proprie quidem illa vota, de quib. *d. c.* 6. apud Nos non obſervantur, ſed ſunt tamen quędam formulę, quibus noſtri Eccleſiaſtę ſubſcribere vel adnuere tenentur.

Ad c. 7. & 8.

Solemnitas ordinationis, de qua *d. c.* 7. nequaquam in noſtris Eccleſiis ſervatur, ſed aliqua tamen indicata ad *c.* 2. Ordinatio, inquam, presbyteri, de qua *d. c.* 8. hodie fit coram toto Cętu & per manuum impoſitionem *Act.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

13. 1. *Tim.* 5. 22.

Ad c. 9. & 10.

Reformati nec orarium ſive ſtolam, nec conſecrationem aut oblationem, de quib. *d. c.* 9. agit, agnoſcunt, ut videre eſt in formulis confirmationis, qua confirmantur miniſtri verbi Divini.

Quæ & qualis fuerit veſtis Dalmatica, de qua *d. c.* 10. vide apud *Canoniſt.* An & quatenus claſſis vel particularis ſynodus ſine univerſali ſolennitatem inducere poſſit, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 11. & 12.

Quomodo diaconus, de quo *d. c.* 11. ordinetur in Eccleſ. reformat. videre licet in formulta, qua Seniores & Diaconi ſimul confirmentur, ubi nihil de liquore chriſmatis, quo manus diaconi inunguntur, de quo *d. c.* 12.

Ad c. 13. & 14.

An *d. c.* 13. palea notandus ſit, nullus inquiro, quum mihi ſufficiat, quod cenſura notandus ſit, quia nec impoſitio manus videtur de ſubſtantia, præſertim in illis, qui ſemel miniſterio functi ſunt, nec fit à ſolo Epiſcopo, ſed coram toto cætu Eccleſiaſtico ſolennitatem celebrante presbytero. Summa igitur ex *d. c.* 14. hæc eſto: ordo perverſe impetratus auferendus eſt.

Ad c. 15. & 16.

Nec ſubdiaconos, de quib. *d. c.* 15. nec acolythos, de quib. *d. c.* 16. reformata Eccleſia agnoſcit. Cuſtos Templi ſimul cero ſerarius eſt, aut ille, quem ſubſtituit.

Ad c. 17. 18. 19. & 20.

Apud Nos non reperiuntur exorciſtæ, de quib. *d. c.* 17. ſed reperiuntur Lectores, de quib. *d. c.* 18. qui à Senatu Eccleſiaſtico eliguntur & à Magiſtratu adprobantur. Oſtiarius, de quo *d. c.* 19. non diſtinguitur ab æditu o ſeu templi cuſtode, de quo ad *d. c.* 16. Sed nec pſalmiſta ſeu cantor, de quo *d. c.* 20. diſtinguitur à lectore, de quo ad *d. c.* 18.

Ad c. 21. & aliq. ſeq.

De raſura inſtar ſphæræ, de qua *d. c.* 21. *&* *c.* 23. vel de veſtimentis aut calceamentis, de quib. *d. c.* 22. *&* 24. nihil animadverto, niſi quod Eccleſia noſtra illos ritus non agnoſcat. Vide *Theolog. ad c. 6. Num. & ad c. 18. & 21. Actor.*

Ad c. 25. & aliq. ſeq.

Summa ex *d. c.* 25. qui de ſacrat. virgin. & monah. quas Noſtri non agnoſcunt, hæc eſto: cavendum, ne peſtis erroris latius divulgetur. De ſubdiaconis, de quib. *d. c.* 26. dixi ad *d. c.* 15. Sed nec oraria, nec hoſtias, de quib. *d. c.* 27. *&* 28. Reformati agnoſcunt. Quinimo in hoſtiis ſtatuunt committi deteſtandam idololatriam, de qua *alib.*

Ad c. 29. & ſeqq.

Prima pars *d. c.* 29. deſumpta eſt ex 1. *Corinth.* 14. 1. *Timoth.* 2. Altera pars quoque deprompta videri poteſt ex *Rom.* 10. *v.* 15. *& Hebr.* 6. *v.* 4. Scilicet ſi *d. c.* de publico conventu accipiatur. Nam in privato aliud dicendum videtur. *Levit.* 19. De inſacratis vel ſubdiaconis, de quib. *d. c.* 30. dixi ad *c.* 26. De vaſis altaris, de quib. *d. c.* 31. nihil noto, niſi quod noſtri Epiſcopi nec vaſa nec altaria admittant. Quomodo primum membrum *d. c.* 32. conciliari debeat cum *d. c.* 26. vide apud *Gloßat.* De coma, de qua ſecundum membrum, dixi ad *c.* 21. Qualis coma Chriſtianis inge-

gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

genere gerenda ſit, dixi alibi ad 1. *Corinth.* 11. An in *d. c.* 33. ſit conſilium, nihil attendo, quum Moribus Eccleſ. reform. ſponſo ſponſæque poſt benedictionem ſacerdotis ſequenti nocte virginitatem amittere liceat. *Geneſ.* 2.

DISTINCT. XXIV.

Ad c. 1. & 2.

Summa ex *d. c.* 1. quæ acolythis & ſubdiaconis, hæc eſto: aliud quid miniſter eſt, aliud aſſiſtens. Quomodo hodie noſtri clerici vel candidati Theologiæ in claſſe ſoleant examinari, & coram toto cætu Eccleſiaſtico adprobari, notavi *ſup. ſæp.* & ideo nullæ alię notæ ad *d. c.* 2.

Ad c. 3. & ſeqq.

In Belgio confœderato contra *d. c.* 3. paſtores vel presbyteros ex alia provincia eligi poſſe, certum eſt, ſed diaconi debent eſſe membra Eccleſiæ, in qua militant & ſerviunt. Quomodo Epiſcopi noſtri examinentur & promoveantur, de quo caſu *d. c.* 4. & *ſeqq.* ſignificavi ad *d. c.* 2. Requiſita præter tempus in *c.* 5. propoſita jure apud Noſtrates recipienda ſunt, ſed & pœna, qua puniuntur illi, qui in *dd. can.* vel illegitime ordinarunt, vel ordinati ſunt, itidem admittenda videtur.

DISTINCT. XXV.

Ad c. 1. & 2. & 3.

Quodnam ſit officium Epiſcopi, diaconi, cæterorumque, de quibus in *d. c.* 1. agitur, ſignificavi *ſup. aliquot.* Male in *d. c.* 2. Epiſcopum diſtingui à presbytero, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* De orariis & ſimilibus veſtimentis, de quib. *d. c.* 3. dixi etiam *ſup. frequent.*

Ad c. 4. 5. & 6.

Reformatos nec purgatorium, nec peccata venialia, de quib. *d. c.* 4. & 5. agnoſcere, notius eſt, quam ut probari debeat. Loca pro illis ſunt *Rom.* 6. *v.* 23. *Jacob.* 1. 15. ubi ſine diſtinctione peccatum meretur mortem. Loca contra purgatoria varia ſunt nimiſque multa, ut à nobis in medium proferenda videantur. Si illi Epiſcopi tantum ordinari poſſint, qui à tempore baptiſmi ſine crimine vixerunt, ut vult *d. c.* 9. paucos profecto habebimus Epiſcopos, ſed ſufficit nobis habere Paulum, licet antea fuerit Saulus, præſertim ſi rarior ſit.

DISTINCT. XXVI.

Ad c. 1. & ſeqq.

An *d. c.* 1. & *ſeqq.* conveniant ſenſui Apoſtoli 1. *Timoth.* 3. & *Tit.* 1. relinquo Theologis decidendum. Dixi tamen meam ſententiam ad *pr. Inſt. de jur. gent. & civ. & alib.* An & quatenus baptiſmo remittantur peccata, de quo etiam *dd. capp.* dixi ad *tit.* 2. *Lib.* 1. *Cod.*

DISTINCT. XXVII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Moribus noſtræ Eccleſiæ diaconos, de quib. *d. c.* 1. uxores ducere & retinere, notum eſt, ſupraque notavi & probavi *ſæp.* An tamen præſtaret eligere ſacerdotes & diaconos cælibes, alia quæſtio eſt.

Ratio, cur in *d. c.* 2. & 3. matrimonium non ſit dirimendum, hæc ſolida eſt; quia votum de non contrahendo matrim. ipſo jure nullum fuit, utpote contra jus Divinum prohibens,

maxime in eo, qui non habet donum continentię. 1. *Corinth.* 7. nulla igitur damnatio aut pęnitentia in illas virgines ſtringenda, de quib. *d. c.* 4. *& ſeqq.* Si ergo *d. c.* 7. non ſit notanda palea ex errore Gratiani, attamen palea videtur in veritate cauſæ, de qua ibi agitur.

Ad c. 8. & 9.

An *d. c.* 8. pugnet cum *c.* 3. *diſtinct.* 23. cum *c.* 13. *dict.* 28. & cum *c.* 12. *diſt.* 31. *& ſimilibus*, nullus inquiro, quum matrimonium non ſolum diaconis licitum credamus, ſed etiam ipſis ſacerdotibus & presbyteris, ut *ſup. not. ſæp.* Quinimo contraria doctrina dęmoniorum dicitur 1. *Timoth.* 4. Sed nec virgines, de quib. *d. c.* 9. proprie vel improprie inceſtas aut adulteras videri, quę poſt conſecrationem nubunt, notavi *ſup. ad d. c.* 2.

DISTINCT. XXVIII.

Ad c. 1. & aliq. ſeqq.

Ratio, cur nec de ſubdiacono, nec de continentia ejus, de quib. *d. c.* 1. ſim ſolicitus, data eſt *ſup. ſæp.* Utique nulla immunditıes vel incaſtitas per ſe in matrimonio ſtatuitur, cur ergo in *d. c.* 1. *&* 2. dicitur talis reſpectu diaconi aut ſacerdotis? Si ſacramentum eſt, ſi res ſpiritualis eſt, quo jure dicitur incaſtitas vel immunditıes? Quilibet Chriſtianus debet eſſe templum Dei, debet caſte vivere, cur ergo quid ſpeciale in *d. c.* 3?

Ad c. 4. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 4. Ioannes non potuerit eligi in Epiſcopum, hæc eſt; quia habebat filiolam ex coitu illicito, & ideo nec in noſtra Eccleſia ad dignitatem aliquam Eccleſiaſticam promoveri poſſet. De continentia, de qua in *d. c.* 5. dixi ad *d. c.* 1. Quæ ratio, cur in *d. c.* 6. uxoratus non poſſit adſumi in ſacerdotium? Quæ ratio, cur in *d. c.* 7. requiratur profeſſio caſtitatis? Cur Epiſcopus licentiam dare poteſt in *c.* 8?

Ad c. 9. & ſeqq.

Qua pæna hodie apud Nos puniatur presbyter, qui fornicatus eſt, de quo *d. c.* 9. facile colligitur ex formula deportationis apud Nos recepta.

Apud nos quoque adulterium committi, ſi quis diaconi uxorem duceret, de qua *d. c.* 10. ſæpius probavi ad *tit. de adulter.* Unde in *c. ſeq.* male alternative diſponitur, ſed ſenatus Eccleſiaſticus hoc agere debet, ut Magiſtratus ipſum matrimonium diſſolvat, cum uxor non legitime diſceſſerit à marito. Mirum eſt, cur in *c.* 12. ne vidua quidem presbyteri aliud matrimonium contrahere poſſit, cum de illa pręcipue dixerit Apoſtolus, præſtat nubere, quam urere. 1. *Corinth.* 7.

Ad c. 13. & ſeqq.

An illa confirmatio Epiſcopi vel exceptio, quæ eſt in *d. c.* 13. præjudicet regulæ, parum attendo, quum tota res uſum non habeat in Belgio confæderato, cui inprimis litare volui. Et ſi in *c. ſeq.* 14. anathema ſit, qui docet, ſacerdotem contemnere uxorem obtentu religionis, cur ergo ſacerdoti non licet uxorem ducere? Vel ſi presbyter conjugatus non ſit removendus à communione rer. ſacrar. *d. c.* 15. cur removetur à communione, quam ipſe Deus injunxit? Sed nec culpanda ignorantia, qua presbyter in *c.* 16. duxit ſecundam uxorem prima mortua, ut *probat. ſup. ſæp.* ſed laicis non eſt judicandum de presbyteris. *d. c.* 17. Atqui ſunt pars Eccleſiæ, modo judicium non ſit temerarium. *Matth.* 7. *Ioan.* 7. Sane ſi ratio, quæ

in

in *d. cap. ult.* adjecta eſt, attendenda foret, ne quidem pontifex aut ſenatus Eccleſiaſticus presbyterum judicare poſſet.

DISTINCT. XXIX.

Ad c. 1. 2. & 2.

Caute videtur Pontifex hanc diſtinctionem inſeruiſſe ſuo Corpori, qua diſtinguendum monet ex ratione cauſæ, perſonæ &c. *d. c.* 1. *& ſeqq.* An tamen adhibita hac diſtinctione contrarietas capituli, quæ ſæpius occurrit ſublata videatur, Aliis dijudicandum relinquo. Sane loca ſcripturę, quæ in *d. c.* 3. allegata ſunt, nihil ad rem facere videntur. Ut ut ſit, nihil ſtatuere oportet contra Leg. Divin. prohib. *Deut.* 4. *Ioan. ult.*

DISTINCT. XXX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Peccant quidem illi filii, de quib. *d. c.* 1. quando ex malo intellectu præcepti Divini (derelinques patrem &c.) parentibus infidelibus non reddunt debitum honorem, ſed non video cauſam anathematis, quo in *d. c.* feriuntur. Sic & mulier in *d. c.* 2. male quidem facit, quod comam amputaverit, ſed vix videtur digna pæna anathematis. Sed ſi anathema eſt in caſu *c.* 3. *& ſeqq.* cur quæſo matrimonium illicitum virginibus, quæ vel virginitatem vel continentiam profeſſæ ſunt? Moribus noſtræ Eccleſiæ uxorem ne quidem conſentiente marito poſſe religionis cauſa maritum derelinquere, certum eſt, ut & hoc, quod nec vota virginitatis fiant, nec obligent.

Ad c. 6. & ſeqq.

Anathema, de quo *d. c.* 6. explicandum & confirmandum videtur ex *Deut.* 22. Contemptus, de quo *d. c.* 7. pæna arbitraria à Magiſtatu mulctandus, ab Eccleſiæ ſenatu correptione vindicandus videtur.

An & quatenus jejunia, de quib. *d. c.* 8. obligent Chriſtianos, vide apud *Ameſ. lib.* 4. *de conſc. c.* 21. Quomodo alias ſuperbia & in *d. c.* 8. *& ſeq.* perſtringenda ſit, ſignificavi ad *d. c.* 6. Reliqua *d. c.* 9. contemno, nec anathema metuo, licet improbem congregationes vel ſanctiones pontificias, de quib. *d. c.* 10. *&* 11.

Ad c. 12. & ſeqq.

Revera pontificem ex *d. c.* 12. feriendum eſſe anathemate, quod ſtatuat matrimonium ſacerdotibus illicitum eſſe, notavi *ſup. aliquot.* Sic & in caſu *d. c.* 13. anathemate dignus videtur pontifex, dum manducationem carnis certis temporibus prohibet. Dicitur enim docere doctrinam dæmoniorum. *Ameſ. d. loc. de jejun. n.* 12. Si ergo in *c.* 14. pater non ſit dignus anathemate, dignus tamen alia & Eccleſiaſtica & civili nota, ut *notat. ad d. c.* 6. *&* 7.

Ad c. 15. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 15. *& ſeq.* hæc eſto: perſtringendus eſt ille, qui ex veſtimento juſtitiam prætendit, & alios alterius veſtis contemnit. De voto virginitatis, de quo etiam *d. c.* 16. dixi *ſup. ſæp.* Anathematizandus vel culpandus eſt graviter, qui Manichæorum ſuperſtitiones ſequitur. *d. c.* 17. ut *lat. ad tit. Cod. de hæret. & manich.* Sed quid dicendum, ſi quis ſequatur ſuperſtitiones pontificias? Quæ conſequentia in *d. c.* 17. diebus Dominicis celebramus gaudium reſurrectionis Domini, ergo nemo ſe tunc proſternat, ſed recto vultu fungatur officio orationis?

DISTINCT. XXXI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Matrimonium non pugnare cum vera caſtitate, probavi contra *d. c.* 1. *&* *ſeqq. ſupra ſæp.* An tamen melius faciat Epiſcopus ſeu Presbyter, ſi cœlebs maneat, quando habet donum continentiæ, alia quæſtio eſt, & ſic intellige *d. c.* 3. Sed ut altari ſemper inſerviant, de quo *d. c.* 2. nuſquam præceptum reperio. Occupantur quidem quotidianis miniſterii neceſſitatibus *d. c.* 4. ſed inde non ſequitur, quod ſubinde non poſſint vel debeant miſceri cum uxoribus *d. c.* 4. ubi etiam locus ex *Levit.* 11. indicatus nihil ad rem facit, ſed bonum argumentum contrarium eſt in *c. ſeq.* quod palea notatur, cum indicatus locus Apoſtoli 1. *Corinth.* 7. potius invertat ſententiam Pontificis, quam adſtruat. Etenim ſic argumentari licet: ſi Apoſtolus, qui dicit, abſtinete vos ad tempus, ut vacetis orationi, hoc in genere inculcat tam laicis quam clericis, quo jure ergo Pontifex inde probat, quod Epiſcopi aut diaconi non poſſint habere uxores, aut cum iis conſueſcere tempore oportuno? Vide *c.* 13.

Ad c. 6. & ſeqq.

Vel *d c.* 6. accipiendus eſt de eo, qui poſt matrimonium votum fecit, aut Epiſcopus creatus eſt, aut *d. c.* pugnabit cum aliis, qui matrimonium prohibent, niſi etiam dicamus, variationes Pontificum non eſſe conrradictiones. Pontificem in *c.* 7. nec ſenſum Apoſtoli aſſequutum, nec bene argumentatum eſſe, notavi ad *d. c.* 4. *& ſeq. pal.* Vide Interpret. ad 1. *Corinth.* 7. *v.* 5. Sed & ipſa *capp. ſeq.* 8. *&* 9. culpant aut limitant *c. præced.* 7. Quamquam enim abſtinendum quandoque ob ſingulares rationes *d. v.* 5. inde tamen non ſequitur, quod matrimonium vituperio dignum ſit, nequidem reſpectu Epiſcopi, qui & in veteri Teſtamento inprimis ſemper orare debebat pro populo, & tamen habuit uxorem à Deo datam. Licet ergo Hieronymus in *d. c.* 7. tantum conditionaliter argutatus ſit, tamen ·nale omnibus ſacerdotib. in genere matrimonio interdixit.

Ad c. 10. & ſeqq.

Ne quidem propter ſupervenientem Epiſcopatum, de quo *d. c.* 10. uxorem ad tempus dimittendam videri, notavi *ſup. aliq.* Inſipiens quidem in *d. c.* 11. dicitur, qui ex *vers.* 5. *cap.* 9. *Epiſt.* 1. *ad Corinth.* colligit, quod Apoſtolus Paulus ſibi uxorem ducere potuerit, vel qui non colligit, quod uxorem tantum ob Epiſcopatum ſubſequutum removere liceat, ſed ſalva tamen cura circa victum & veſtitum, verum ut verum fatear, ipſe pontifex mihi inſipiens videtur, ut patet ex *noſtr. Interpret. ad d. v.* 5. *c.* 9.

Quinimo licet *c. ſeq.* 12. loquatur de Epiſcopis, qui ante conſecrationem habebant uxores, tamen rationem continet, quæ & poſt Epiſcopatum matrimonium Epiſcopo permittit. Honorabiles, inquit, nuptiæ ſunt, & ipſa caſtitas concubitus cum propria conjuge, ut occaſio fornicationis evitetur. Ut tamen & noſtri Sacerdotes abſtineant amplexu uxorum tempore vel die, quo offerunt vel offerre debent panem Chriſti, per me licet. *arg. c.* 13. ſed orientalem Eccleſiam damno, ut occidentalem, quæ nuptias ſacerdotibus permittit *d. c.* 14. ad probo, ut *ſup. ſæp.*

DISTINCT. XXXII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Subdiaconos, de quib. *d. c.* 1. non agnoſco, multo minus adprobo interdi-

dictionem matrimonii, aut uſum ejus ſuſpenſum, ſed probo conſuetudinem, quæ in *pr. c.* 2. allegata eſt, & ideo male rejecta, vel palea notata. Si extra ſacros ordines conſtituti poſſunt uxores ducere *d. c.* 3. cur non etiam illi, qui ſunt intra ſacros ordines, cum illis res ſacra vel ſacramentum (ut illi vocant matrimonium) non debeat videri res prohibita? Miramur ergo, cur Nicolaus Papa in *c.* 4. reprehendat Archiepiſcopum, quod ſubdiacono matrimonium permiſerit.

Ad c. 5. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 5. *&* 6. qui de miſſa, hæc eſto: non eſt audienda concio presbyteri, qui concubinam habet, ſed cur *dd. can.* non prohibent aut puniunt eum presbyterum, qui concubinam alit? De ſubdiaconis & lectoribus, de quib. *d. c.* 7. *& ſeqq.* dixi *ſup ſæp.* Hoc tantum hic addo, pontificem in *dd. capit.* contra præceptum Chriſti (quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet. *Matth.* 19.) ſeparare Epiſcopos & Diaconos, qui poſt nuptias tales facti ſunt.

Ad c. 15. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 15. qui de clericis, hæc eſto: Eccleſiaſticæ perſonæ non licet ducere uxorem alterius ſectæ, de qua *nos alib. lat.* Summa ex *c.* 16. hæc eſto: cohabitatio presbyteri cum ea, quæ naturali fœdere aut ſanguine conjuncta eſt, omnem ſuſpicionem excludit. An *c.* 17. palea dignus ſit in Corpore jur. Canon. nihil animadverto, ſed cenſura dignum eſſe *d. c.* probavi *ſup. ſæp.* Uxor ante diaconatum vel epiſcopatum ducta diligenda eſt ut ſoror, ſed cavenda ut hoſtis. *d. c.* 18. Sed quæ hæc abſurditas? quæ hæc ſeparatio? quæ vis illata uxori præſertim invitæ? In *can. ult.* presbytera rectius vocatur vidua ſenior, ſed quomodo vidua, cum maritus ejus adhuc ſit ſuperſtes? ſcilicet matrimonio ſpirituali contracto, exſtinctum intelligitur carnale; vel vivens Deo, mortuus cenſetur in mundo.

Distinct. XXXIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Non ſolum bis uxorato ſacerdotium, ſed etiam binas uxores contra *d. c.* 1. *&* 2. epiſcopo permitto, ut patet ex *anteced. noſtr.* An tamen cœlebs præferendus ſit, alia quæſtio eſt. Summa ex *c.* 3. 4. *&* 5. qui de altaribus & aliis ſacris pontificiis, hæc eſto: ſacerdotes, diaconi, Aliique miniſtri Eccleſiæ vitio corporis carere debent. *Levit.* 21. ſed an hoc præceptum morale ſit, Theologis diſcutiendum relinquo.

Laici uxorati religioſe viventes poſſunt fieri clerici ſeu presbyteri aut diaconi. *d. c.* 6. ſed cur tam varie, & cur deportandi, ſi non abſtineant & ſeparent? Præſtaret hic non admittere, quam ſic ejicere *L.* 1. *C. quand. lic. unicuique &c.* In rebus ambiguis non debet eſſe judicium abſolutum. *c. ult.*

Distinct. XXXIV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Epiſcopus etiam juvenis debet abſtinere venatione & nimia familiaritate conſanguinearum *d. c.* 1. Quinimo nec canes ad venandum, nec accipitres ei alere licet, aut ſimili uti voluptate *d. c.* 2. *&* 3. qui quidem palea notantur, ſed in veritate nulla cenſura digni ſunt, cum iſtæ exercitationes vix conveniant cæleſtibus, quibus deſtinati ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 4. & ſeqq.

Ut evitetur antinomia vel contradictio ſeu abſurditas, varie reſpondetur ad *d. c.* 4. &. 5. plerumque ex ſubjectis *d. c.* 3. quod ſcil. in *d. c.* 4. *&* 5. concubina ſumatur pro ea, quæ ſine legalibus inſtrumentis ducta eſt, vel habita eſt loco uxoris. Sed quomodo hoc licitum dicitur in *d. c.* 5? vel hoc dictum in *Nov.* 18. *c.* 5. allegato in ſubjectis ad *d. c.* 4? Mallem reſpondere, concubinas tunc temporis permiſſas fuiſſe ob duritiem populi, ut olim divortia apud Judæos permiſſa fuere. An tamen Magiſtratus vel pontifex majoris mali evitandi gratia poſſit permittere, alia quæſtio eſt, de qua *nos alib. lat.* An ergo *d. c.* 6. palea notandus ſit, nihil attendo. An & quomodo ſolennia in matrimonio requirere liceat, dixi *alib. ſæp.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Si turpe eſt habere ancillam, quo jure in *d. c.* 7. poteſt diaconus fieri, qui ex ancilla habet filios? Ratio, cur in caſu *c.* 6. laicus non poſſit fieri clericus vel diaconus, cuilibet obvia eſt ex *anteced. noſt.* Ut evitetur ſcandalum, recte in *capp. ſeqq.* matrimonium prohibitum cenſetur, ſed reliqua de primis vel ſecundis nuptiis diaconi aut presbyteri inepta ſunt, ut *ſup. probat. ſæp.* Quo minus etiam ſacerdotes noſtri honeſtis nuptiarum conviviis contra *d. c.* 9. intereſſe poſſint, nullus video, quum ipſe Chriſtus intereſſe non dedignatus ſit *Ioan.* 2.

DISTINCT. XXXV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. presbyter vel diaconus aut deſinere debeat, aut damnandus ſeu deponendus ſit, obvia eſt ex 1. *Timoth.* 3. Si in *d. c.* 2. eſus carnium prohibitus videatur ex *vers.* 21. *Rom.* 14. nulla cenſura dignus erit, ſed ſi generaliter, ut videtur loqui, prohibitus ſit, pugnat cum *d. v.* 21. ubi ille eſus vetatur, qui fieret cum ſcandalo alterius. Minus fideliter quoque *d. c.* 3. deſcriptus eſt ex *v.* 1. *Prov.* 20.

Ad c. 4. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 4. Principes Eccleſiæ, id eſt, miniſtri Verbi Divini, non debeant affluere deliciis, data eſt *ad. c.* 1. *& ſup. ſæp.* Bona quoque eſt ratio in *c. ſeq.* 5. Quænam lex vetus denotetur in *c.* 6. apparet *Levit.* 10. *Num.* 8. Quinam in *d. c.* 6. denotetur Apoſtolus, vel quinam locus ex novo teſtamento, patet ex *Epheſ.* 5. *v.* 18. ex quo deſumptus videtur *c. ſeq.* 7. ſcilicet natura vini, vel ipſum vinum per ſe non facit luxuriem, ſed nimia perceptio ſeu copia, quæ inprimis presbytero evitanda eſt *c. ult.* Summa ex *c.* 8. hæc eſto: qui Chriſtum adnuntiat, ille ab omni vitiorum incentivo alienus eſſe debet, ſed quomodo ex ebrietate Noë introducta ſit ſervitus, nullus video. De pœna ebriorum, de qua etiam in *d. c. ult.* dixi *alib. ſæp.*

DISTINCT. XXXVI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quod presbyteri debeant eſſe literati, recte requiritur in *d. c.* 1. ſed an ad exemplum veterum *Levit.* 21. debeant eſſe ſine vitio corporis, de quo in *d. cap.* 21. Aliis dijudicandum relinquo, ſed ſi ſimpliciter ſententiam dicere liceat, dixerim in veteribus Levitis aliquid ſingulare aut myſticum quid fuiſſe, quod in noſtris ceſſat. Hodie nos illud ſummum ſacerdotium ſeu hierarchiam, de qua *d. c.* 2. non agnoſcere, notavi *ſup. aliquot.*

Ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Aliquo tamen modo Præſidi alicujus Synodi vel Claſſis applicari poſſe, facile apparet ex *anteced. noſtr.* Summa ex *d. c.* 3. hæc eſto: pontifex vel ſacerdos illa docere debet, quæ à Deo didicit, non vero ex proprio corde vel humano ſenſu, ſed quæ Spiritus Sanctus docet, oretque ſacerdos, ut vincat populus, qui ſub ipſo eſt.

Distinct. XXXVII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. *&* 2. Epiſcopo non liceat legere vel gentiles, vel poëtas, vel hæreticos, cum Apoſtolus moneat, omnes ſpiritus explorandos eſſe? πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, omnia explorate, quod bonum eſt, retinete. Quin tamen peccent illi, qui iſtis profanis magis immorantur, quam Euangelicis, nullus dubito. *d. c.* 2. *&* 3. Et ſic intellige *c.* 4. ubi inebriati quodammodo dicuntur, qui abutuntur vel ſæpius utuntur tendiculis dialecticorum, quam verbis Euangeliſtarum, quorum ſcripturæ ſolę ſunt veritas. *d. c. in fin.*

Ad c. 5.

Miror, cur pontifex in *d. c.* 5. Sacerdotem Heli vocaverit ſanctum, cum ſacerdotibus interdixerit matrimonium *ſup. ſæp.* An & quomodo ergo *d. c.* 5. conveniat cum aliis *capit.* nullus inquiro. Sed quid de palea *d. c.* 6? illa vera eſt, ſi per ea damnetur omnis uſus dialecticę. Etenim ars bene diſſerendi non pugnat cum Theologia, niſi ei magis inhęreamus, quam ſimplici veritati Euangelicæ, ut hodie inhærere dicuntur Scholaſtici, prçſertim Roma-Catholici, de quib. *alib. lat.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Licet *d. c.* 7. accipiatur de Ambroſio, qui non eruditionis cauſa, ſed delectationis ergo legit Ciceronem, attamen correptionem Angeli fabulam exiſtimo. Quod non omni modo Presbyteri vel alii Chriſtiani prohibeantur legere literas ſeculares, docet *c.* 8. *&* 9. in quibus vel eſt correctio vel limitatio *prior. can.* Eadem animadverſio notanda eſt ad *capp. ſeqq.* Sane comparatio, quę eſt in *d. c.* 13. *&* 15. longe petita videtur. De ignorantia, de qua in *c. ult.* dixi ad *tit. D. & C. de jur. & fact. ignor.*

Distinct. XXXVIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Inprimis ignorantia vitanda eſt ſacerdotibus. *d. c.* 1. *&* 3. qui deſumptus videtur ex *epiſt.* 1. *ad Timoth.* 3. *&* 4. Quomodo in Belgio noſtro Presbyteri ordinentur, de quo caſu *d. c.* 2. dixi *ſup. ſæp.* Ignorantia canonum, de qua *d. c.* 4. forſan tolerabilis eſt, cum in ipſis patrum ſcriptis occurrunt, quę manifeſte cum regulis Dei pugnare videntur. Poſſet tamen *d. c.* 4. *&* 5. applicari Sacerdotibus noſtris, qui nec ordines Eccleſiæ reformatæ ignorare debent, nec abſurdos canones aut libros neceſſarios, de quib. *d. c.* 5. quatenus ſcilicet ex illis ipſi Pontificii de manifeſto errore convinci poſſunt.

Ad c. 6. & ſeqq.

Quænam Epiſcopum ſcire oporteat, de quib. *d. c.* 6. *& ſeq.* indicavi ad *d. d. c.* 1. Sane hierarchica dignitas, quam Synodus in *d. c.* 6. tribuit Epiſcopis nobis damnanda videtur. Mundana iniquitas obſcurat ſæpe, ſed non extinguit lucem ſacræ Scripturæ. *d. c.* 8. Ignoratio SS. Scriptura eſt ignoratio Chriſti. *d. c.* 9. Qui neſcit ea, quæ Domini ſunt, ille etiam neſcitur aut negli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

gligitur à Domino. *d. c.* 10. qui deſumptus eſt ex *v.* 38. *c.* 14. 1. *Corinth.* Sed non ſtatim errat, qui aliquid neſcit. *d. c.* 11.

Ad c. 10. & ſeqq.

Scholaſtici vel grammatiſtæ non contemnant ſimplicitatem Eccleſiaſticam. *d. c.* 12. Sed nec omnis ignorantia grammaticæ excuſanda eſt, ut *ſup. notat. ſæp.* & ſic intellige *c. ſeq.* 13. An *c.* 14. *&* 15. digni ſint palea, nullus inquiro; quum loquantur de interpretatione SS. Scripturæ, quam ego quidem faciendam exiſtimo ſecundum literam, ſed adjecto latiori commentario de ſenſu ex aliis locis vet. & nov. Teſtam. ſed abſolutam iſtius cauſæ deceſſionem Theologis relinquo. Senectus vel nobilitas Epiſcopi non impedit, quo minus ab ipſis parvulis vel minoribus admoneri vel inſtrui poſſit & debeat. *d. c.* 16. Sæpe etiam eſt olitor valde opportuna locutus.

Distinct. XXXIX.

Ad c. 1.

Diaconus vel Epiſcopus plane ſæcularium negotiorum expers non debet in diaconum vel epiſcopum ordinari *d. c.* 1. Scilicet debent eſſe ſimplices ut columbæ, ſed prudentes ſimul ut ſerpentes. *Matth.* 10.

Distinct. XL.

Ad c. 1. & ſeqq.

Officium ſacerdotale non confert, ſed potius coercet licentiam peccandi. *d. c.* 1. Reliqua de ſanctitate Pontificis excuſſa ſunt in *anteced.* Non ſtatim ſunt filii Sanctorum, qui tenent loca ſancta, ſed qui exercent opera Sanctorum. *d. c.* 2. Morum nobilitate, non vero loci claritate innoteſcere oportet. *d. c.* 3. Si in *c.* 4. merita intelligantur ex gratia Chriſti, nulla cenſura notandus eſt *d. c.* 4. ſed metuo propria deſignari, ut *alib. ſæp.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Fortiter vel potius graviter Chriſtianus peccat ratione majoris peccati, & ratione dignitatis. *d. c.* 5. Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur. Summa ex *c.* 6. hæc eſto: Sacerdos, qui & ſuæ & fraternæ ſalutis negligens eſt, damnandus eſt. Reliqua de papa ſupra exploſa ſunt. Summa ex *c.* 7. hæc eſto (vulgaris enim nihil ad rem facit) nihil apud Deum triſtius & damnabilius eſt, quam Epiſcopi officio fungi perfunctorie & adulatorie. Quin ſacerdotium corrumpitur, ſi non juſte vivendo laudatur. *c.* 8.

Ad c. 9. & ſeqq.

Gratia non nobilitate loci, ſed virtute comparatur. *d. c.* 9. ſed quid ad hoc facit exemplum Adami & Evæ? Loca ſine gratia Dei animam ſalvare vel munire non poſſunt. *d. c.* 10. ſed quid ad hoc exemplum Loth, *Geneſ.* 19.? Proprius eſt in Adamo. *d. c. ſeq.* 11. Locus non ſanctificat hominem, nec omnis verus ſacerdos eſt, qui nominatur ſacerdos, nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit, ſed confuſionem inveniet in cœlo, qui deſideravit primatum in terra. *d. c.* 12. Sed incogitanti hic effluxit veritas, & ſibi Pontifex objecit, quod necdum diluit. Exclament ergo οἰκείοις πτεροῖς βαλλόμεθα.

Distinct. XLI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ali-

Alimenta adhibenda ſunt pro moribus eorum, cum quibus vivimus. *d. c.* 1. appetitus in culpa eſt, non cibus. *d. c.* 2. An exemplum Chriſti *Luc.* 24. vel Eſau; *Geneſ.* 25. vel Davidis 1. *Reg.* 2. vel Heliæ 3. *Reg* 17. πρὸς σώνυσιν faciant, Aliis dijudicandum relinquo. Sane in pænitentia, de qua *c.* 3. quam Deus requirit, non videtur attendenda proſopolepſia ſeu ratio perſonarum. Nec uſus cibi, nec abſtinentia ejus juſtitiam facit, ſed æquanimitas admittenda eſt. *d. c.* 4. ſed quid ad hoc facit locus *Matth.* 11. *v.* 19?

Ad c. 5. & ſeqq.

Diſſoluti in veſtibus inceſſus non ſunt recipiendi, ſed tamen uſus moderati. *d. c.* 5. zelus juſtitiæ largitas, parcimonia &c. quæ pietas videntur, ſæpe vitia ſunt ſub larva virtutis. *d. c.* 6. Summa *d. c.* 7. hæc eſto (quia vulgaris blanditur) Epiſcopus habeat vilem ſupellectilem, victum pauperem. *Concil. carthag.* 4. *c.* 15. ſed quomodo hoc convenit Epiſcopis hodiernis apud Pontificios? Hinc *Gloß. ad d. c.* ſcripſit, hoc hodie non tenet, & ſic non obſt. &c. Clericus, id eſt epiſcopus vel diaconus nequaquam decorem quærat ex veſtibus aut calceamentis, ſed ex inceſſu & habitu decoro. *d. c.* 8. qui deſumptus eſt ex *d. concil cap.* 45.

DISTINCT. XLII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Peccatum eſt, deſpicere eos, qui panperibus convivia exhibent. *d. c.* 1. qui confirmati videtur ex *cap.* 1. *Joan. epiſt.* 3. In recipiendis hoſpitibus Epiſcopus vel alius nullam habeat diſtinctionem. *d. c.* 2. ſed Gloſſ. intelligit de eleemoſynis ordinariis, non vero de præmeditatis. Sed quid tum ad rem exemplum Abrahæ, qui hoſpites recepit? Quin nec cuilibet petenti indiſtincte dandum eſt, cum validis mendicis nihil dare oporteat. Vide *Noſtr. ad c.* 6. *Luc.* 2. *Corinth.* 8.

Ad c. 3. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 3. qui de clericis, hæc eſto: cavendum eſt, ne Eccleſiaſtico ordini inuratur aliqua contumelia. *Si d. c.* 4. *& ſeq.* accipiantur de locis vere ſacratis, ſeu verę domo Dei, quæ orationis Domus vocabitur, nullus video, quomodo unquam in illa convivari liceat. Si in oratorio, hoc eſt, in una parte Eccleſiæ ſeu Templi penitus nihil aliud agendum ſit, quam quod divinis miniſteriis conveniat. *dd. cap.* 6. *&* 7. ergo nec in tota Domo, vel altera parte licet. 1. *Reg.* 8. *Matth.* 21.

DISTINCT. XLIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qualis prędicatio & quale ſilentium, de quib. *d. c.* 1. conveniat ſacerdotibus, rectius deſcribitur ex locis ſacris, quorum quędam haud male deſignata ſunt in *d. c.* 1. ſed nihil decido ant determino. Summa ex *d. c.* 2. ubi Clemens, hęc eſto: ſacra non ſunt committenda vel adminiſtranda porcis aut canibus. *Matth.* 7. Prelati vel Epiſcopi ipſis perſecutoribus prædicare tenentur. *d. c.* 3. cui ratio ex *Matth.* 5. ſubjecta eſt. Qui Dei conſilium non adnuntiat, mundus non eſt à ſanguine ſubjectorum. *d. c.* 4. qui deſumptus videtur ex *Actor.* 20. Grave crimen committite Prædicator vel Epiſcopus, qui non ſpargit ſemen verbi Divini. *d. c.* 5. qui ex cerptus videtur ex 1 *Corinth.* 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

DISTINCT. XLIV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quo ordine aut modo, de quo *d. c.* 1. procedendum ſit contra commeſſationes & inebriationes, relinquo Theologis, quibus hujus rei deciſio proprie competit. Ratio, cur in *d. c.* 2. & 3. presbyteris vel diaconis non liceat habere vel intrare tabernas, data eſt *ſupra ſæp.* niſi tamen honeſtiores ſint, aut neceſſitas cogat. *d. c.* 4.

Ad c. 5. & ſeqq.

Non dignus eſt Epiſcopus, qui frequenter conviviis intereſſe ſolet. *d. c.* 5. Et licet convivia fiant charitatis impendendæ gratia, raro tamen abſque abſtinentiæ macula celebrantur. *d. c.* 6. An tres *canon. ſeqq.* digni ſint illis paleis, quibus notantur, nullus inquiro; quum loquantur de conviviis inter presbyteros habitis vel habendis, quæ apud Nos non ſunt uſitata, niſi forſan tempore Synodi aut Claſſis, quo caſu per me licet, ut lectio SS. Scripturæ intermiſceatur. *d. c.* 11. hymni captentur *d. c.* 8. qui deſumptus videtur ex *c.* 26. *Matth.* confuſiones evitentur. *d. c.* 9. qui reſpicit ad 1. *Corinth.* 11. De conviviis, de quib. *c.* 10. dixi *ſup. aliquot.* niſi tamen quis hoc novum ſcire deſideret, quod convivium ex ſymbolis in *d. c.* 10. dicatur celebrari, ubi poculis contenditur ſub certo ſymbolo, vulgo **twoordt.** Ergo non loquitur de confertis aut collatis, ne otioſus ſit *c.* 12. De hora, de qua etiam *d. c.* 12. nihil in jure Divino cautum reperio. Edant, bibant Sacerdotes, quando volunt, modo non reddantur inepti ad miniſterium, quo fungi tenentur.

DISTINCT. XLV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Paſtores non debent eſſe percuſſores. *d. c.* 1. qui confirmatur 2. *Timoth.* 4. Quomodo hodie in Belgio noſtro epiſcopus vel diaconus, de quib. *d. c.* 2. debeant puniri & ab Eccleſia & a Magiſtratu, ſignificavi *ſup. ſæp.* Summa ex *d. c.* 3. hæc eſto: fides potius blandis, quam aſperis verbis provocanda eſt. *Rom.* 10. Rectores Eccleſiæ magis benevolentiæ, quam ſeveritati addicti eſſe debent. *d. c.* 4. Quo jure ergo judæi in *d. c.* 5. coguntur retinere fidem, quam ſemel profeſſi ſunt? Sane cenſura, vel abſciſſione publica opus eſſe, non inficior ob ration. in *fin. d. c.* 5. adject. De clementia vel benevolentia, de qua *c.* 6. dixi ad *c.* 3. De verberibus ſeu percuſſionibus, de quib. *c.* 7. dixi ad *c.* 1. Quid ergo ad rem locus Petri 2. *cap.* 2. qui in *d. c.* 7. denotatur?

Ad c. 8. & ſeqq.

Qualis poteſtas vel facultas corrigendi, de qua *d. c.* 8. & 9. competat Epiſcopis noſtris, ſignificavi *ſup. aliquot.* Scilicet nec Deo clementiores, nec ſeveriores eſſe poſſunt. Quid ergo varia loca SS. Scripturæ, quę in *d. c.* 9. indicantur & allegantur? Juſte judicans miſericordiam cum juſtitia ſervat. *d. c.* 10. In caſu dubio, ubi non eſt certa pœna à Deo præſcripta, oportet clementem eſſe ad exemplum Chriſti. *Matth.* 5. Et hoc ſenſu in *c.* 11. uterque miſeretur, qui remittit & corripit.

Ad c. 12. & ſeqq.

Quomodo duæ poſteriores ſpecies eleemoſynarum in *d. c.* 12. & *ſeqq.* revera, vel etiam μεταφορικῶς ſint ſpecies, nullus video, ſive de Epiſcopo accipiantur, ſive de privato, qui fratri remiſit. Qua lege Divina probat Epiſcopus, qui nihil ſine lege definire debet? Et ſic intellige *c.* 14. qui nec vigorem nimis frigidum, nec manſuetudinem vult diſſolutam. Vera juſtitia com-

compaſſionem habet. *d. c.* 15. & manſuetudine peccantes admonendi ſunt. *c.* 16. qui confirmatur *Eſai.* 52. *&* 1. *Corinth.* 9. Sed tamen delinquentes palpare non licet. *c.* 17. qui deſumptus videtur ex 1. *Timoth.* 5. *&* *Matth.* 18. Percuſſor eſt, qui conſcientias infirmorum inutili ſermone percutit. *c.* 17.

Distinct. XLVI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qui ſua doctrina arrogans eſt, ille neſcit humiliter inferre. *d. c.* 1. quod confirmatur *Ezech.* 34. & qui peccatoribus adulatur, peccat. *d. c.* 2. qui de promptus videtur ex *Ezech.* 13. Hinc in *c.* 3. adulator degradatur, in *c.* 4. *& ſeqq.* temerarius fratris accuſator vel joculator excommunicatur, ſed illę pœnæ apud Reformatos arbitrariæ ſunt.

Ad c. 9. & ſeqq.

Si per ſe uſuræ non ſint illicitæ, nulla eſt ratio, cur in *d. c.* 9. *& ſeq.* prohibeantur exerceri à clericis ſeu ſacerdotibus. Vide *not. noſtr. ad tit. de uſur.*

Distinct. XLVII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si in *d. c.* 1. *& ſeqq.* intelligatur uſurarius, qui ex profeſſo fœnus exercet, aut ſi etiam cupidus pecuniæ denotetur, juſti canon. dicendi ſunt 1. *Timoth.* 3. Sed ſi in genere accipiantur, ut videntur accipi, tunc cenſura digni videntur, ut dict. *diſt. præced.* Sane locus SS. Scripturæ, qui in *c.* 2. deſignatur, nequaquam omnes uſuras damnat, ut *alib. lat.* Qualis cupiditas denotetur in *c.* 6. *&* 7. apparet ex locis *Eccleſ.* 18. *&* 1. *Timoth.* 6. indicatis in *dd. can.* Avarus, preſertim Epiſcopus, in corradendis uſuris inſano ſimilis eſt, & qui neceſſitatibus non ſubvenit, aliena invadit. *d. c.* 8. Satis aut nimis arrogans videtur fuiſſe Auguſtinus in *c.* 9. ubi domum ſuam dicit meliorem Arca Noë, domo Abrahæ &c. Convitia perditorum hominum Epiſcopum dimovere non debent à via rectitudinis. *c. ult.* qui confirmatur *Galat.* 2.

Distinct. XLVIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. neophytus non ſit ordinandus in Epiſcopum ſeu Presbyterum, adjecta eſt a Paulo. 1. *Tim.* 3. *v.* 6. Quis autem ſit neophytus ſeu noviter plantatus in fide & religione, deſcribitur in *c. ſeq.* 2. & à Noſtr. ad *d. v.* 6. Quod utinam hoc ſeculo paulo attentius obſervaretur! Sane non omnes ſunt Timothei, ſed plerique nimis juvenes ad verbum Dei explicandum, quod tanta Majeſtate præditum eſt, ut tantum ſeniores & graviores requirere videatur.

Distinct. XLIX.

Ad c. 1. & 2.

Summa ex *d. c.* 1. qui de oblatione ſacrificii, hæc eſto: nemo ſit verbi Divini miniſter, qui vitiorum ſervus eſt. An iiſdem corporis vitiis carere debeat, quibus carere debebat Sacerdos in veteri Teſtamento, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sane multa SS. Scripturæ loca in *d. c.* indicata extra mentem Spiritus Sancti torqueri, demonſtrare poſſem, ſi extra profeſſionem peregrinari liceret. De indocto, vel lucri terreni appetente non ordinando in Epiſcopum, de quo *d. c.* 2. dixi etiam *ſup. aliquot.*

Di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Distinct. L.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& aliq. ſeqq.* Epiſcopi ſeu Presbyteri lapſi, præſertim per graviora delicta, non poſſint revocari in priſtinum ordinem, licet pænitentiam egerint, expreſſa eſt in *d c.* 1. & ideo alius ordinandus eſt. *d. c.* 11. Sed tamen ad communionem admittitur. *d. c.* 10. Et quanquam cenſura, quæ *c.* 17. ſubſecta eſt, prima fronte videatur juſta, attamen indecorum videtur, ut ſacerdos ſemel lapſus graviter, ſacerdotio reſtituatur, & ideo exempla, quæ in dicta cenſura ex ſacris Literis recenſentur, ſingularia dicenda ſunt. An ergo cap. 13. palea dignum ſit, nullus inquiro. Quid ergo dicendum ad *c.* 14. *& ſeqq.* ubi clerici poſt lapſum ad ſuos priores ordines admittuntur? Dixerim canones aut pontifices interſe diſſentire, ut apparet ex *c.* 16. ut & animadvertit D. Wiſſemb. in *contradict. jur. Can. n.* 16. Poſſet & hoc dici, quod quidam canones loquantur narrative, ceteri diſpoſitive, ut ſæpe contingit in Corp. jur. civil. Reliqua capitula de pænitentia ſolenni apud Belgas reformatos recepta non eſſe, nemo Belgarum ignorat.

Distinct. LI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quę ratio, cur in *d. c.* 1. Miles vel Advocatus à ſacris Ordinibus coërceatur? An ergo aliquid malitiæ in militia togata vel ſagata? Noſtro judicio nemo magis idoneus ad Epiſcopatum, quam JCt. practicus, ſi cætera adquiſita adſunt. Sane ſi advocatus fidelis in fide, fuerit infidelis in ſuo munere, recte ab ordine Epiſcoporum aut Diaconorum removetur. *d. c.* 2. Si hoc quoque temperamento accipiantur *d. c.* 3. *&* 4. nihil injuſti continebunt. Quibus vitiis, de quib. *d. c.* 5. carere debeat Epiſcopus, dixi *ſup. aliquot.*

Distinct. LII.

Ad cap. 1.

Summa ex *d. c.* 1. quod de ſubdiaconis, hæc eſto: honores gradatim deferendi ſunt. *l.* 11. *&* 14. *D. de munerib. & hon.* Si quid tamen negligentia non ſuperbia factum eſt, facilius excuſatur. *d. c.* 1.

Distinct. LIII.

Ad c. 1.

Ratio, cur in *d. c.* 1. curiales non poſſint ordinari in epiſcopos vel diaconos vel monachos, intermixta eſt *ibid.* ſed à nobis excuſſa & temperata in *noſtr. ad diſtinct.* 51.

Distinct. LIV.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quando ſervi vel liberti, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt, poſſint promoveri ad clericatum vel ordinem Eccleſiaſticum, nullus inquiro; quum in Belgio confęderato, cui præcipue ſcribimus, nec ſervi nec liberti reperiantur. Ratio, cur in *c.* 14. judęis officia publica non ſint committenda, addita eſt *ibid.*

Distinct. LV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. qui de monaſterialibus & clericalibus, hæc eſto: nemo ex ordine Eccleſiaſtico inferiori pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

promoveatur ad ſuperiorem, niſi vita ejus ante acta examinetur. Quomodo hodie ordinationes fiant, de quib. *d. c.* 2. quaque pœna punienda ſit ordinatio illegitima, ſignificavi *ſup. aliquot.* Ergo illiterati ordinari non poſſunt. *c.* 3. ſed quæ ratio, cur in *eod. c.* ordinari non poſſint pænitentes, præſertim ſi pænitentiam agant ob delicta leviora? Ratio, cur in *c.* 4. *& ſeqq.* non poſſint ordinari, qui ſe ipſos abſciderunt, id eſt, virilibus privarunt, vel digito ſubjecta eſt *ibid.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 7. defectus per languorem, in *c.* 8. eunuchizatus, in *c.* 9. caſtratus, in *c.* 10. claudus, in *c.* 11. caſu privatus digito ordinari poſſint, indicata eſt tum in ipſis *dd. cap.* tum in *anteced. noſtr.* ubi & ipſum claudum à natura minime excludendum eſſe notavi. Et ſi caſus fortuitus excuſet in caſu *c.* 12. cur non etiam in caſu 13. licet diaconus incaute presbyterum ad iracundiam provocaſſet?

Distinct. LVI.

Ad c. 1. & ſeqq.

An *d. c.* 1. debeat intelligi de illis filiis presbyterorum, qui incontinentiam patris imitantur, & an *d. c.* 2. palea notandus ſit, nullus inquiro; quum apud Reformatos dicti filii admittantur. Quin ipſis *capit. ſeqq. & l.* 26. *D. de pæn.* in quibus vitia parentum non imputantur liberis, admittuntur. Sane comparatio, quæ eſt in *d. c.* 3. inſulſa videtur, nec ad rem facit locus *Matth.* 22. deſignatus in *c.* 6. nec ſatis honeſtum eſt, quod in *c.* 8. dicitur Chriſtus natus ex commiſtionibus adulterinis. Quinimo Angelis, qui in *c.* 10. dicuntur oriundi ex commixtione meretricum, ſumma inrjuia fieri videtur.

Distinct. LVII.

Ad c. 1.

Ratio, cur in *d. c.* 1. non poſſit creari presbyter, qui æger baptizatus eſt, adjecta eſt *ibid.* Sed vix ſolida eſt, ut vel ex ipſa limitatione, quæ *d. c.* ſubjecta eſt, apparet.

Distinct. LVIII.

Ad c. 1. & 2.

Summa ex *dd. can.* qui de monachis & monaſteriis, hæc eſto: Qui eſt in poteſtate alicujus, non poteſt ſine ejus conſenſu tranſferri in aliam poteſtatem.

Distinct. LIX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. qui de ſummo ſacerdotio, hæc eſto: carere debet ordine, qui ſine ordine vel contra ordinem ordinavit, vel ordinatus eſt. Quos gradus, de quib. *c.* 7. Epiſcopi noſtri præmittere debeant, dixi *ſup. ſæp.* Sane qui hactenus vix fuit diſcipulus, non facile debet fieri magiſter. *c.* 3. Et qui literis operam non dedit, ille non debet eſſe præceptor literatum. *d. c.* 4.

Distinct. LX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Gradus illos ſeu effectus hierarchię, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* hodie inter Reformatos non obſervari, notavi *ſup. aliquot.* Summa tamen ex *d. c.* 3. hæc eſto: qui merito vitæ & prudentia clari ſunt, illi merito afficiuntur honoribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Distinct. LXI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si virtutes & merita tantum attendantur. *d. c.* 3. *diſt. præced.* cur ergo in *d. c.* 1. ex laicis non poſſunt ordinari ſacerdotes? Quod debeat eſſe irreprehenſibilis. *d. c.* 2. exercitatus *d. c.* 3. magiſter *d. c.* 4. cujus eras à puerilibus exordiis per diſciplinas exculta eſt. *d. c.* 5. *& ſeqq.* liquido conſtat ex 1. *Timoth.* 3. *&* 5.

Ad c. 1. & ſeqq.

In Scholaſtico vel Advocato hodie in Belgio noſtro non requiri iſtas functiones prævias, de quib. *d. c.* 10. notavi *ſup. aliquot.* Qua ſolennitate in noſtris Eccleſiis eligi ſoleat Epiſcopus, de quo *d. c.* 11. dixi *itid. ſup. ſæp.* Extranei non præferuntur emeritis, præſertim illis, qui bonum habent concivium teſtimonium *c.* 12. Quorum conſenſus, de quo *c.* 13. in eligendo vel deſpiciendo Epiſcopo ſeu presbytero apud Reformatos requiratur, ſignificavi *ſup. ſæp.*. An ergo *c.* 14. dignus ſit palea, nullus inquiro. Summa ex *d. c.* 15 *&* 16. hæc eſto: grave eſt opprobrium, ſi ſenatus Eccleſiaſticus in cauſa eſt, cur non eligatur idoneus. *d. c.* 15. idem dicendum, ſi nullus in ſua Eccleſia reperiatur idoneus, ſed ex alia eligendus ſit. *d. c.* 16. Viſitatio non præſumptio exercenda eſt. *c. ult.* Reliqua excuſſa ſunt in *præced. ſæp.*

Distinct. LXII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quomodo electio vel conſecratio, de quib. *dd.* 3. *canon.* apud Reformatos inſtituenda ſit, dixi *ſup. ſæp.* Sane populum non poſtremo loco, ut vult *c.* 2. ſed primo conſulendum aut tentandum eſſe, videtur hæc ratio evincere, quæ ex poteſtate populi deſumitur. Etenim populus Dei conſtituit Senatum Eccleſiaſticum, & ideo eo major eſt. Hinc illud *dic Eccleſiæ* non tam Senatum reſpicit, quàm totum Populum, cujus addictio inprimis exploranda eſt. Vocatio, quæ ad omnes ſpectat, ad omnes aliquo ſaltem modo pertinet. Sed quid ego de hac quæſtione? Nihil definio, nec definire debeo, ſed in tranſitu tantum meam ſententiam in medium profero.

Distinct. LXIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Male laicos in *d. c.* 1. *& ſeqq.* excludi in totum, ſignificavi ad *diſtinct. præced.* male quoque Imperatorem Chriſtianum excludi in *c.* 3. notavi *itid. ſup. ſæp.* Aaron cum filiis conſecratus eſt à Moyſe tanquam Dei Propheta & Legato, ſed omnium conſenſu Rectorum & totius Populi. *Exod.* 29. *&* 40. Saltem Magiſtratus Legis cuſtos & executor eſt, qui ideo curare debet, ut Eccleſiis legitimi Miniſtri præficiantur. Quin ipſo *c.* 9. voluntas Principis in ordinatione pontificis deſideratur, & clerus & populus Pontificis vel Epiſcopi electioni intereſſe poſſunt. *c.* 10. *& ſeqq.* Petitioni Imperatoris annuit Papa, vel Eccleſia. *c.* 15. & ſæpe papa vel eccleſia petit Epiſcopos ab Imperat. *c.* 16. *&* 17. & Imperatoris epiſtola deſideratur in confirmatione electionis. *c.* 18. *&* 21. Imperator jus habet eligendi pontificem. *c.* 22. *& ſeq.* Reliqua variantia & concordantia facile dijudicantur ex *præmiſſ. noſtr.*

Di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Distinct. LXIV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Illam ordinationem Epiſcoporum, de qua agunt *d. c.* 1. *& ſeqq.* nobis videri in juſtam jurique Divino contrariam, notavi *ſup. ſæp.* Summa tamen ex *c.* 5. hæc eſto: beneficium non debet videri furtivum.

Distinct. LXV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qualis ordinatio presbyterorum, de qua *d. c.* 1. *& ſeqq.* in Belgio confœderato recepta ſit, ſignificavi tum ad *diſtinct.* 64. tum ad alias *præced.* Summa tamen ex *d. c.* 1. hæc eſto: in eligendo Epiſcopo vel ſacerdote majora vota concludunt. Summa ex *c.* 6. unicuique Eccleſius ſuæ honos ſervetur.

Distinct. LXVI.

Ad c. 1. & 2.

Summa ex *d. c.* 1. qui de archiepiſcopo, hæc eſto: ordinatio, quæ non eſt facta legitimo modo, irrita eſt, ergo & ipſa ordinatio archiepiſcopi, quia contra præceptum Chriſti videtur, ut *ſup. notat. ſæp.* An illa hiſtoria, quæ in *d. c.* 1. de beato Jacobo archiepiſc. Hieroſolymit. vera ſit, vehementer dubito, cum contra doctrinam Chriſti facta eſſet.

Distinct. LXVII.

Ad c. 1. & 2.

Summa ex *d. c.* 1. qui de ordinatione presbyteri per Epiſcopum, hæc eſto: ordinatio ſacerdotis inſtituenda eſt cum jejunio & precib. *Act.* 14. *v.* 23. ubi & totius Eccleſiæ ſuffragia acceſſerunt. Quinam hodie poſſint ſacerdotibus, de quib. *d. c.* 2. honorem dare, iiſdemque auferre, notavi *ſup. ſæp.*

Distinct. LXVIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Semel conſecratus, non eſt iterum conſecrandus. *d. c.* 1. *&* 3. modo ille, qui conſecravit, jus conſecrandi habuerit. *d. c.* 2. De archiepiſcopis, de quib. *c.* 4 *& ſeq.* nihil notandum præter *præced.* quæ omnem ordinem ſuperioritatis inter Epiſcopes tollunt. Sane illum ordinem ſeu ordinis probationem, de qna *d. c.* 4. non eſſe ſubſtantialem ſeu hierarchicum, extra dubium puto. Quo ſenſu Epiſcopi, de quib. *c. ult.* dicantur locum obtinere Apoſtolorum, ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane illos eſſe ſupra omnem terram, ut loquitur pontifex in *d. c.* ne quidem ipſi Apoſtoli uſquam dixerunt, ſed potius contrarium. *Rom.* 13.

Distinct. LXIX.

Ad c. 1. & 2.

Abbatem, de quo *d. c.* 1. non agnoſco, niſi ſolum Deum Patrem. *Rom.* 8. ſed nec tonſuram, de qua etiam *d. c.* 1. nec exorcizationem, de qua *d. c.* 2. ut *ſup. notat. ſæp.*

Distinct. LXX.

Ad c. 1. & 2.

Nemo ex presbyteris abſolute ordinandus eſt, niſi vocabulum ordinationis mereatur. *d. c.* 1. Ordinatio ſine titulo irrita eſt. *d. c.* 2.

Distinct. LXXI.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quando presbyter ex uno presbyterio poſſit vocari ad aliud, de quo *d. c.* 1. *& ſeqq.* notavi *ſup. aliquot.* Literas commendatitias, de quib. *c.* 6. *& ſeqq.* quandoque apud Reformatos locum habere, quando ſimilis caſus exiſtit, certum eſt.

DISTINCT. LXXII.

Ad c. 1. 2. & 3.

Hodie in Belgio confœderato illas dimiſſiones, ſeu literas dimiſſorias, de quib. *dd. can.* in uſu eſſe, nemo Confœderatorum ignorat. Sed nec electus in una Eccleſia, poteſt ordinari vel ſuſcipi in alia. *d. c.* 3. Reliqua proprie ſunt Pontificum.

DISTINCT. LXXIII.

Ad c. 1. & 2.

Exemplar formatæ epiſtolæ in *d. c.* 1. vel ipſa epiſtola edita in *d. c.* 2. vix exemplum apud Reformatos inducere poteſt, cum iſtæ literæ commendatitiæ Epiſcoporum non ſint in uſu, ſed ſolent tamen interdum. Epiſcopi vel Presbyteri commendari à Magiſtratu, cui an gratificari vel adnuere liceat, anxie quandoque diſquiritur. Sed nullus video, cur libera electio turbata videatur, ſi ob bonum publicum, cui ipſa Eccleſia obſtricta eſt, eligatur ille, qui à Magiſtratu commendatus eſt, modo eligendus dotibus requiſitis inſtructus ſit.

DISTINCT. LXXIV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. nemo invitus in ſacerdotem eligi poſſit, facile ex natura officii deſumi poteſt. Sane ratio adjecta in *c.* 2. vix ſtringit. Proprie enim presbyter creſcere non debet, licet interdum vocatus ad numeroſiorem Eccleſiam in foro conſcientiæ venire debeat, atque adeo cenſura dignus, ſi venire nolit. *arg. c.* 3. *&* 4. Poſteriores tamen prioribus præponere non oportet *c.* 5. Invitus quoque detineri non poteſt in ordine, cui minus idoneus videtur. *c.* 6. An & quomodo invitus, de quo etiam *c.* 7. *&* 8. poſſit promoveri ad Epiſcopatum, notavi ad *dd. c.* 1. *& ſeqq.* ubi & de pœna, de qua *c.* 9.

DISTINCT. LXXV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Nec horam, de qua *d. c.* 1. nec tempus, de quo *d. c.* 2. hodie in Belgio confœderato ſervari, ſignificavi *ſup. ſæp.* Epiſcoporum, Seniorum & Diaconorum confirmatio vel conſecratio, de qua *c.* 3. *& ſeq.* etiam coram cętu Eccleſiaſtico & die Dominico apud Nos fieri ſolet. An rationes in *d. c.* 5. ad rem faciant, nullus inquiro. Sane exemplum Pauli & Barnabę factum eſſe die Dominico, minime apparet ex *Act.* 13. ad quod *d. c.* reſpicit, aut ſaltem non inferret neceſſitatem aut legem, quam pręſcribit *d. c.* 5. Preces & jejunia deſumpta ſunt ex *Act.* 14. *v.* 23.

DISTINCT. LXXVI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Jejunia ad certa tempora, de quib. *d. c.* 1. Reformatos damnare, notavi *ſup. aliquot.* Sane ratio à quatuor anni temporibus in *d. c.* 1. *& ſeq.* deſumpta admodum infirma eſt. Infirmior illa, quę eſt in *c.* 6. *& ſeqq.* Recte tamen Pontifex in *d. c.* 7. dixit, magis ſcientię veri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

veritatem de fonte, quam de rivulis quęrere oportet. Recte quoque Hieronimus in *c.* 11. licet ſibi contrarius: legimus (ſcil. *Actor.* 13.) Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes jejunaſſe dieb. Pentecoſt. & dieb Domin. ſed unaquæque provincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta majorum leges Apoſtolicas arbitretur.

Distinct. LXXVII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Hodie in Belgio Confæderato non obſervari illos gradus & annos, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* notavi *ſup. ſæp.* Sane locus ex veteri Teſtamento *Num.* 8. qui in *d. c.* 7. indicatur, plane jus ſingulare continet, quod noſtris Sacerdotibus, qui non eadem munia ſubeunt, applicari non poteſt, niſi hoc morale, quod juniores regulariter ad gubernacula Eccleſiæ promovendi non ſint.

Distinct. LXXVIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Valde dignus in *d. c.* 1. nullo modo admittitur, ſi 30 ann. non impleverit, & tamen ex cauſa neceſſitatis admittitur. *c.* 5. Ergo nec ipſa analogica pontificum obſervatio neceſſario præcepta eſt, & ideo pręſtat hoc arbitrarium eſſe. Varia ad hoc exempla adjecta ſunt ſub *c.* 4. quæ tamen poſſent eſſe exceptiones regulę, quæ *Num.* 8. præſcripta eſt.

Distinct. LXXIX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Illam inthronizationem, de qua *d. c.* 1. hodie apud Confæderatos non ſervari, notavi *ſup. ſæp.* ſed poſſet applicari presbytero ſeu ſacerdoti, qui ſine conſenſu Senatus Eccleſiaſtici electu eſt. Summa ex *d. c.* 2. qui de Papa Romano, hæc eſto: de electione alterius Epiſcopi nihil loquendum, quamdiu alter eſt ſuperſtes. Quinam hodie cardinales, de quib. *d. c.* 3. *&* 4. jus Apoſtolatus conferant, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Nemo Eccleſiam invadat *d. c.* 5. nemo juſtæ electioni contradicat. *d. c.* 6. ergo pontificis elect. contradicere licet, ut notat. *ſup. aliq.* Sed Deus ſibi reſervit electionem Pontificum. *c. ult.* licet electionem conceſſerit populis ſpiritualibus. *d. c. ult.* Sane electus pecunia vel tumultu non cenſetur recte ordinatus. *c.* 9.

Distinct. LXXX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Illos primates vel patriarchus, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* hodie noſtros Theologos non agnoſcere, notavi *ſup. ſæp.* Sane inſtitutionem vel ordinationem epiſcoporum ab Ethnicis deſumptam in *d. c.* 2. omnino improbandam cenſeo, quum potius Diaboli quam Dei Sacerdotes fuerint 1. *Corinth.* 10. *v.* 20.

Distinct. LXXXI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Epiſcopus crimine ſeu graviori peccato carere debet. *d. c.* 1. qui deſumptus videtur ex *Epiſt.* 1. *ad Tit. &* 1. *ad Timoth.* 4. Male monet verbis, qui operibus male docet. *d. c.* 2. qui ex 1. *ad Tit. v.* 16. Careat ordine ſuo, qui indignum ad ordinem provexit. *d. c.* 3. Eccleſia non recipit non examinatos. *d. c.* 4. indigni etiam per ignorantiam ordinati deponuntur. *d. c.* 5. Fidelis non patitur Eccleſiam pollui ab indig-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nis presbyteris. *d. c. 6.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Nec loca pœnitentiæ, de quib. *d.c.7.* nec monaſteria, de quib. *d. c. 8.* apud Belgas confæderatos ſervari, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sæpe mutatur mentis affectus, dum mutatur locus. *d. c. 9.* Quomodo adulter ſimplex vel qualificatus, de quo *d. c.* 10. *&* 11. debeat puniri, dixi *ſup. ad.tit. de adult.* Sane nullus video, quo jure in *dd. cap. & ſeq.* concedatur communio adultero, in *c. ſeq.* 12. homicidæ, niſi de pænitentibus accipiantur, & *canon. ſeqq.* de non pęnitentibus. Alii *d.c.* 10. *& ſeqq.* accipiunt de communione fidelium, ſed *c.* 13. *& ſeqq.* de communione fratrum, ſed hæc tamen conciliatio non tollit abſurditatem, cum adulter vel perjurus excommunicatione dignus ſit, aut ſaltem ad tempus à communione coërcendus & ſuſpendendus, ſed nequaquam ab ingreſſu Eccleſiæ contra *d. c.* 15. cum maxima pars pænitentiæ inde reſultare ſoleat.

Ad c. 16. & ſeqq.

Illam doctrinam, quam proponunt *d. c.* 16. *& ſeqq.* Noſtris videri diabolicam, notavi *ſup. aliquot.* Si tamen fornicatio in *d. c.* 18. proprie ſumatur, nihil iniqui continebit. Iſtæ frequentiæ vel converſationes mulierum, de quib. in *c.* 20. *& ſeqq.* apud Nos ſimpliciter prohibitæ non ſunt, ſed tamen communia lavacra vetita. *d. c.* 28. ut & nimis frequentes, aut aliter minus honeſtę confabulationes vetitæ cenſentur. *d. c.* 22. qui in tali ſenſu paleam non meretur. Deinde *dd. can.* ſaltem admonitiones videri poſſunt, aut inſtructiones *d. c.* 25. Sane ratio in *d. c.* 21. 23. nequaquam contemnenda aut flocci pendenda eſt. An *d. c.* 24. loquatur de jure veteri quod uxorem, quam caſte regere poteſt ſacerdos, notavi *ſup. aliquot.*

DISTINCT. LXXXII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Inprimis Epiſcopus ſeu Presbyter pauperibus ſubvenire debet. *d. c.* 1. qui deſumptus videtur ex 1. *ad Tit.* Summa ex *d. c.* 1. qui ſacerdotibus prohibet matrimonium, hæc eſto: qui voluptatem officio ſpirituali præpoſuit, ab officio removendus eſt. Sane loca illa, quæ *d. c.* inſerta ſunt, nihil ad rem facere, notavi *ſup. ſæp.* Et quæ quæſo hæc conſequentia? Apoſtolus Paulus voluit laicos ad tempus quandoque abſtinere conſortio mulieris, ergo ſacerdos ſemper abſtinere debet? Idem Doctor gent. docuit: qui in carne vivunt, Deo placere non poſſunt, ergo ſacerdotibus vel verbi Divini miniſtris interdictum eſt matrimonium? Objectioni, quæ ex ſacerdotibus vel teſtam. deſumpta eſt in *c.* 3. adeo frigide reſpondit Siricius Papa, ut ſibi ipſi contradixerit, & Deo dixerit injuriam, dum ſcribit, Deum Sacerdotibus fręna luxurię laxaſſe.

Ad c. 4. & 5.

Quo jure in *d. c.* 4. ſacerdotes dicantur inhiare obſcænis cupiditatibus, dum appetunt legitimum conjugium, notavi *ſup. ſæp.* Quo jure in *c.* 5. Papa Sylveſter contra Canones Apoſtolorum fornicatorem presbyterum noluerit deponi, ſed ad priſtinos redire honores, ſi juſtam pænitentiam egerit, dixi etiam *ſup. ſæp.*

DISTINCT. LXXXIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Epiſcopus vel Presbyter, qui auctoritate officii non impugnavit fornicatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

cationem fidelis, ſuſpendatur officio ſuo. *d.c.* 1. Maxime lædit Eccleſiam, qui ſub larva ſanctitatis delinquit. *d.c.* 2 Qui non reſiſtit errori, dum poteſt, manifeſte adſiſtit. *d. c.* 3. *& ſeqq.* & miſer Epiſcopus aut Sacerdos eſt, qui gloriatur laudibus malorum. *d. c. ult.* cui duæ rationes ſubſectæ ſunt, quæ plane peregrinæ ſunt, licet pro *labiorum* legamus *laborum*, ut vult *Gloſſ. ad d.c. ult.*

DISTINCT. LXXXIV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Corripiendus Epiſcopus vel Presbyter, qui in ſuo officio negligens eſt *d. c.* 1. *&* 2. Summa ex *c.* 3. *& ſeqq.* qui Sacerdotibus interdicit matrimonio, hęc eſto tamen: qui ſacramentis inſerviunt, maxime ſervent continentiam. Seniores Presbyteri dicuntur magis ratione ſapientiæ, quam ętatis. *d. c. ult.* Hæc, inquam, illatio per ſe bona eſt, ſed vix ſequitur ex præmiſſis *d.c.* ſed nec temere admittatur novitius aut neophytos, ne ſuperbiat 1. *Timoth.* 3. *v.* 6.

DISTINCT. LXXXV.

Ad c. 1.

Summa *d. c. un.* qui de Epiſcopo Romano, hæc eſto: nemo fiat Epiſcopus, qui ignorat hoſpitalitatem. *Paul. ad Tit.* 1. *v.* 6. nemo etiam fiat diaconus, niſi pſalmos calleat. *d. c.* 1. *&* 1. *Tim.* 3. *v.* 8. *& Rom.* 12. *v.* 7. An Presbyteratus duplex ſit, & an Diaconi etiam laboraverint in verbo, vide apud *Theol. de diac.*

DISTINCT. LXXXVI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Inferiorum ſeu ovium culpæ referendæ ſunt ad deſides Rectores ſeu Paſtores, qui ovibus præfecti ſunt. *d. c.* 1. Peccata, non homines odio habeantur. *d. c.* 2. Quo illud *Mart.* parcere perſonis, dicere de vitiis. Qui non emendat, quod poteſt emendare, facientis culpam habet. *d. c.* 4. qui deſumptus videtur ex *Apoſt. ad Rom.* 1.

Ad c. 4. & ſeqq.

Cum ab eo petenda ſit venia, qui læſus eſt, nullus video, cur in *d. c.* 4. non ſit petenda venia à populo, qui lęſus videtur. Quo facit *l.* 29. §. 7. *D. ad l. Aquil.* Si *d. c.* 2. accipiatur de privata inſtitutione Grammaticæ, etiam non video, quomodo hoc pugnet cum officio Epiſcopi ſeu Presbyteri, ſi in cæteris non deficiat. Nam ſine liberalitate nomen Epiſcopi inane eſt. *d.c.* 6. *ut lat. ad d.c.* 2.

Ad c. 7. & ſeqq.

Quod nec Epiſcopus, nec laicus (ut vocatur) hiſtrionibus poſſit quid donare *d. c.* 7. tanquam infamibus, recte de illis videtur *d. c.* diſponere, ut lat. ad *tit. de his qui not. inf.* Sed quo jure venatio in *c.* 8. *& ſeqq.* dicatur nequitia, nullus animadverto, niſi *dd. can.* accipiantur de venatoribus, qui ſimiles Eſau ſunt, ſed & tunc Pontifex admodum incaute locutus fuiſſet. Sane locus *Pſalm.* 9. qui in *d. c.* 6. indicatur, nihil ad rhombum facit. Et qualis illa argumentatio in *c.* 11. Eſau venator erat, quoniam peccator erat?

Ad c. 14. & ſeqq.

Liberalitas inprimis exercenda eſt circa domeſticos fidei. *d. c.* 14. qui deſumptus videtur ex *Galat.* 6. Sed Dominus non vult effundi opes. *d. c.* 15. qui deſcendit ex 2. *Corinth.* 8. *v.* 13. De exceptione Heliſæi, de qua etiam

d. c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

d. c. 15. Theologi ad 1. *Reg.* 19. *v. ult.* qui mihi nihil ad rem facere videtur. Maxime quoque proſpicere oportet proximis. *d. c.* 16. ut & ſenibus. *d. c.* 17. ſed conciliandi favoris gratia non licet fluere ultra modum. *d. c.* 18. Miſericordia plenitudo virtutum eſt. *d. c.* 19. ſed primo loco paſcendi ſunt parentes. *d. c.* 20. cujus ratio deſumpta videtur ex *c.* 20. *Levit. & Matth.* 15. Qui non pavit, cum paſcere potuerit, occidiſſe cenſetur. *d. c.* 21. Qui non exercet clementiam, non adimplet legem Chriſti. *d. c.* 22. qui de promptus videtur ex *Matth.* 5. *vel Gal.* 6.

Ad c. 23. & ſeqq.

Epiſcopus ſeu presbyter non debet eſſe vindictæ cupidus. *d. cap.* 23. quod originem traxiſſe videtur ex 1. *Tit.* 1. *Tim.* 3. Summa ex *d. c.* 24. qui de celebratione miſſæ, hæc eſto: die Dominico presbyter non niſi ſacra tractare debet. Si tamen meſſis die Dominica inſigne damnum ſentire poſſet, dixerim charitati litandum eſſe, ut *alib. lat.* Epiſcopus vel alius clericus nullo modo aliquem cædere, vel turpibus lucris inſervire poteſt *d. c.* 5. *& ſeqq.* qui ſup. allegati & probati *ſæp.*

Distinct. LXXXVII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Epiſcopi vel presbyteri inprimis orphanis. *d. c.* 1. & infirmis ſuccurrere debent *d. c.* 2. *& ſeqq.* Quin tamen dictarum perſonarum cura præcipue pertineat ad Magiſtratum, *alib. prob. plurib.* Sane in caſu *c.* 5. judex debet curare, ne pupillus damnum patiatur. *Rom.* 12. An & quatenus Aſyla, de quib. *d. c.* 6. *& ſeqq.* Eccleſiæ vel Principi licita ſint, dixi ad *tit. Inſt. & Pand. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* De expoſitione infantis, de qua *c. ult.* dixi ad *l.* 4. *D. de agnoſc. & alend. liber.*

Distinct. LXXXVIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Hodie clericos noſtros contra *d. c.* 1. conducere poſſeſſiones, certum eſt, nec video, quomodo quid ad rem faciant loca *Exod.* 33. *Geneſ.* 28. Sane negotiationibus minus honeſtis inhærere non debent. *c.* 2. ad cujus confirmationem varia loca SS. Script. indicantur in *d. c.* 2. ſed aliena aut confuſa, ut cuilibet ingenuo patet. Damnatæ curæ ſeculares in *c.* 3. *& ſeq.* damnantur etiam à *Paul.* 2. *Timoth.* 2. Hinc Epiſcopus vel presbyter in *c.* 5. *& ſeqq.* prohibetur ſeculariter ſuſcipere tuitionem teſtamentorum vel ſimilia, ſed omnis cura rei familiaris male vetatur in *c.* 6. ut ſup. probat. *ſæp.* De gubernatione viduarum & pupillorum, de qua *c.* 7. dixi *diſt præced.* Sed & omnis negotiatio male vocatur peſtis, vel dives ex inope quaſi peſtis fugienda dicitur in *d. c.* 9. jure ergo dicuntur palea digni *c.* 11. *& ſeqq.* ubi homo mercator vix, aut nunquam Deo placere poteſt, & nullus Chriſtianus debet eſſe mercator &c. Sane loca, quæ de ejectione Domini, quâ negotiatores ejecit ex templo *Luc.* 19. *Joan.* 2. nequaquam omnem mercaturam damnant. Quo etiam faciunt. *c.* 3. *&* 4. *diſt.* 91. Et quæ ratio, cur in *c. ult.* presbyter non poſſet conſtitui tutor, cum pupilli rationem habere debeat, ut *ſup. dict. ſæp?*

Distinct. LXXXIX.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quatenus duo officia, de quib. *d. c.*

d. c. 1. uni committi poſſint, videtur relinquendum aribitrio Senatus Eccleſiaſtici. Iſtos vicedominos vel œconomos, de quib. *c.* 2. *& ſeqq.* noſtri Epiſcopi non agnoſcunt. Moribus noſtris hoc factum, de quo *d. c.* 5. puniri per Magiſtratum, notavi *ſup. aliquot.* Et ſi quæ officia ab Epiſcopis ſeu preſbyteris noſtris committi poſſent, quid ni & proximis cognatis contra *c.* 6? Gradus quoque illos, qui denotantur in *c. ult.* apud Noſtrates non ſervari, notavi *itid. ſup. ſæp.*

DISTINCT. XC.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quomodo diſcordes ant diſſidentes, de quib. *c.* 1. *& ſeqq.* in Eccleſia Reformata concordes reddi ſoleant, ſignificavi *ſup. aliquot.* Oblationes, de quibus *itid. d. c.* 2. nuſquam apud Nos receptas eſſe, quis eſt, qui ignorat? Sane illa pecunia, quæ recipitur in gazophylacio ſeu arca pauperum, quæ eſt in Templis noſtris, nequaquam examinari ſolet, ſed ſi tamen ab oppreſſoribus pauperum eſſet donata, haud dubie refutanda videbitur *d. c.* 2. *&* 8.

Ad c. 3. &

Extra Eccleſiam videtur, qui pacem cum proximo non habet. *d. c.* 3. Alienus à fratrum unitate habetur, qui murmurat. *d. c.* 4. qui reſpicit ad 1. *Cor.* 10. Quomodo in conſiſtorio noſtro corripiantur, qui rixas & contentiones amant, de quib. *c.* 5. ſignificavi *ſup. ſæp.* Sed & Claſſis vel Synodus quandoque noſtros Epiſcopos diſſidentes reconciliat. Magis ad pacem, quam ad judicium ad hortandi ſunt. *c.* 7. Excuſſio *c.* 8. facta eſt *ſup. ad c.* 2. Qui inimicitias deponere non vult, excommunicatione dignus eſt. *c.* 10. *& ult.* & in damnum propriæ dignitatis incurrit, qui tepidus eſt in pace perſuadenda. *c.* 11.

DISTINCT. XCI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Illas vigilias, vel iſta officia veſpertina & matutina, de quib. *d. c.* 1. *&* 2. apud Belgas confœderatos non eſſe recepta, liquidæ conſuetudinis eſt. Sane exemplum Davidis, quod in *d. c.* 2. denotatur ex *Pſalm.* 118. minime videtur inferre anniverſariam vel perpetuam obſervationem, quam inculcat *d. c.* 2. Temperamentum, quod proponitur in *c.* 3. *&* 4. excuſſum eſt ad *diſtinct.* 88. An & quomodo diſciplina Eccleſiaſtica, de qua *c. ult.* apud Reformatos exerceri ſoleat, dixi *ſup. ſæp.*

DISTINCT. XCII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Corde magis quam voce ſeu modulis theatralibus Deo cantandum eſt. *d. c.* 1. Nemo pſallat, niſi legitime vocatus. *c.* 2. *&* 3. Si Epiſcopus vel Preſbyter non recipiatur, exſpectet judicium Synedrii aut Synodi. *d. c.* 4. *& ſeq. duob.* Communione privatur, qui Eccleſiam ſibi commiſſam adire neglexit. *c.* 7. Vacans Eccleſia non ſine Concilio vel Senatu Eccleſiaſtico adeunda eſt. *c.* 8. De horis matutinis vel veſpertinis, de quib. *c. ult.* dixi ad *diſtinct. præced.*

DISTINCT. XCIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

An iſte Clemens, de quo *d. c.* 1. fuerit pontifex an presbyter, vivente beato Petro Apoſtolo, nullus inquiro,

cum totam rem fabulam exiſtimem, licet Gratianus ex Fabiano deſcripſerit. Itane? Petrus tunc temporis populum alloquutus fuiſſet? Iſtene ſtylus aut genius Petri? Quem ſedes Apoſtolica repellit, recte repulſus videri debet. *c.* 2. Sed an Romana ſit Apoſtolica, vel recte dicatur fundata ſuper cathedra Petri in *c.* 3. ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 4. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 4. qui de Epiſcopis Romanis, hæc eſto: ſingulis annis Eccleſiæ viſitandæ ſunt. Proprie diaconi vel lectores aut oſtiarii, de quib. *d. c.* 5. non ſunt ſubditi ſeniorum aut paſtorum, ſed tamen aliquam obedientiam debent ratione ſuperioris muneris, quo fungantur presbyteri, quorum oculi ſunt diaconi *c.* 6. Quo ſenſu in *c.* 7. ſacerdotes dicantur ſal terræ, vel lumen mundi, ſignificavi *ſup. aliquot.* Adde *Theolog. ad c.* 5. *Matth.*

Ad c. 8. & ſeqq.

Quali diſciplina, de qua *d. c.* 8. *&* 9. noſtri clerici ſeu Eccleſiaſtici gubernentur, dixi *itid. ſup. ſæp.* Sane qui non recte docet, non eſt rectus Epiſcopus *d. c.* 9. *& ſeq.* Numerus diaconorum, de quo *c.* 11. hodie arbitrarius eſt pro magnitudine Civitatis ſeu Eccleſiæ, licet liber act. Apoſt. numerum ſeptinarium inſinuet, ut loquitur pontifex in *fin. c.* 12. An diaconi vel laici ſaltem in extrema neceſſitate, ut permittit Papa in *c.* 13. poſſint baptizare, quæſtio mere Theologica eſt, de qua in negativ. me procliviorem eſſe, dixi *alib. ſæp.*

Ad c. 14. & ſeqq.

Quo gradu diaconi, de quib. *d. c.* 14. ſint ſubjecti presbyteris, ſignificavi ad *d. c.* 4. ſed nec diaconos, nec preſbyteros corpus Chriſti erogare aut porrigere contra *d. c.* 13. *&* 14. firmiter credo. Presbyteris ſive Miniſtri verbi Divini porrigunt panem, ut ipſe Pontifex loquitur in *c.* 16. Sed fideles fide ipſum corpus Chriſti, id eſt, merita ejus accipiunt, ut *ſup. notat. ſæp.* Reliqua *d. c.* 15. *& ſeqq.* excuſſa ſunt in *præced.* De alba ſeu dalmatica, de qua in *d. c.* 19. vel de calceatis, de quib. *c.* 21. vel de mappulis, de quib. *c.* 22. nihil noto, niſi juſtam deſuetudinem, ut *ſup. ſæp.* Summa ex *c.* 21. hæc eſto: qui negligentes omittit, aut negligit ea, quæ male uſurpantur, ille viam exceſſus aliis aperit.

Ad c. 23. & ſeqq.

Quale ſit officium diaconi ex jure Divino, de quo agitur in *d. c.* 23. & quale obſequium diaconi debeant presbyteris, de quo in *c.* 24. dixi *ſup. aliquot.* An ergo ſeptem Angeli *Apoc.* 1. ſint ſeptem diaconi, ut loquitur pontifex in *pr. d. c.* 23. parum attendo, ſed in hoc tamen animadverto, quod in *d. c.* major debeat videri minor, præſertim inter Eccleſiaſticos, & tamen Pontifex ubique ſe majorem cæteris pretendit. Etſi in *c.* 24. epiſcopus idem eſt cum presbytero, cur toties in aliis capitib. diſjunguntur? Adde *not. noſtr. ad c.* 5. *diſtinct.* 15. Legitime tamen Sacerdos honorandus eſt. *c.* 25. ſed presbyter ſedeat ante diaconum, niſi hic alium ſuperiorem repræſentet. *c. ult.*

Distinct. XCIV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Subdiaconos, de quib. *d. c.* 1. proprie non agnoſcimus, poſſet tamen Senatus Eccleſiaſticus huic vel illi minori mandare negotia in alia Eccleſia expedienda, & qui legationem ejus impedit, pœna dignus eſt. *arg. c.* 2.

Qui-

Quilibet tamen presbyter major eſt quolibet diacono, modo non ſit dominans. *c. ult.* qui deſumptus videtur ex 1. *Petr.* 5.

Distinct. XCV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Illam differentiam inter Epiſcopos & Presbyteros, vel illa chriſmata, de quib. *d. c.* 1. & 2. apud Reformatos in uſu non eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Idem notandum de oleo ſanctificato, de quo *c.* 3. & *c. unic.* §. *ad exhib. ext. de ſac. unct.* Sane locus *Joan.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 27. nihil facit ad unctionem, de qua *can. præced.* Illam conſuetudinem, qua presbyteri ſubſunt epiſcopis, vel qua diſtinguuntur, de qua *c.* 5. & 6. ſignificavi ad *c.* 24. *diſtinct.* 93.

Ad c. 7. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 7. hæc eſto: Eccleſiaſtici ſibi invicem debitum honorem exhibere tenentur, & ideo presbyteri (hoc eſt ſeniores, vulgo **Ouderlinghen**) non debent ante Epiſcopum, id eſt, Paſtorem ingredi. *c.* 8. ſed tamen ut collegæ habendi ſunt. *c.* 9. ſcilicet intra domum. *c.* 10. Signationem & oblationem, de quib. *c.* 11. & *ſeqq.* hodie in Belgio confœderato in uſu non eſſe, notavi *ſup. ſæp.*

Distinct. XCVI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. hæc eſt: laicis nulla eſt facultas diſponendi de reb. Eccleſiaſt. Sed quia *d. c.* loquitur de rebus, quæ pro ſalute vel requie animarum datæ ſunt. *vers. iniquum eſt* &c. ideo apud Reformatos videntur confiſcabiles, ut *lat. prob. ad tit. C. de SS. Eccleſ. & alib. ſæp.* Imperatores, vel eorum vicarii aut commiſſarii debent intereſſe Synodo, ſed ad fidem confirmandam, non vero ad potentiam oſtentandam. *d. c.* 2. & 3. Mallem illos intereſſe ordinis gratia, & ne Reſpub. vel Regimen politicum caperet detrimentum, ut *alib. lat.* Et ideo non ſolum intereſſe debent, quando de fide agitur, ut vult *c.* 4. ſed etiam, quando agitur de aliis negotiis Eccleſiaſticis. Sed humanis rebus præfecti non debent judicare de præſulibus rer. divin. *c.* 5. ſcilicet imperiti; cum alias fruſtra Chriſtus & Apoſtoli lectiones SS. Scripturæ inculcaſſent. Fateor tamen illis in ſua arte credendum inprimis, qui ab ipſis cunabulis ei operam dederunt. Fateor etiam negotia Eccleſiaſtica & politica diſtincta eſſe, licet pontificem in *c.* 6. non agnoſcam, ut *lat. ad c. quon.* 8. *diſtinct.* 10. Qualem poteſtatem, de qua *d. c.* 7. habeat Magiſtratus in cauſis Eccleſiaſticis, quæſtio proprie Theologica eſt, ſed ſententiam tamen meam ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane pontificem in *d. c.* 7. male à Conſtantino Deum vocari (ſi vocatus eſt) omnino notandum cenſeo. Idem cenſeo de nomine Patrum, quod in *c. ſeq.* 8. pontificibus & Epiſcopis tribuitur. Reliqua excuſſa ſunt ad *d. c. quon. diſtinct.* 10.

Ad c. 9. & ſeqq.

Nullus dubito, quin veri Sacerdotes Chriſti (de falſis videtur loqui *d. c.* 9). dici poſſint Patres aut Magiſtri fidelium, ſed eoſdem nullo modo ſubjacere poteſtati politicæ, quatenus ſaltem ſunt membra politica, ſtrenue negandum puto, ut *ſup. ſæp.* Summa ex *c.* 10. qui de auctoritate pontificum, hæc eſto: auctoritas Eccleſiaſtica & Regia regit gubernacula mundi. An tamen propterea ſit major majeſtas Eccleſiæ, quia Eccleſia poteſt excommunicare ipſum Imperatorem, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

alios Magiſtratus ſuperiores, qui ſæpe in ſacris literis vocantur Dii, vehementer dubito. Habent quidem Paſtores ſeu N. T. Doctores regni cæleſtis claves, ſeu poteſtatem aliquam ſolvendi & ligandi, ſed non ut domini, ſed tanquam miniſtri & diſpenſatores juxta verbum Dei, ſed quid ego ulterius ad *c.* 11. *& ſeqq.* de poteſtate vel diſciplina Eccleſiaſtica?

Ad c. 13. & ſeqq.

An *d. c.* 13. *& ſeq.* 14. digni ſint palea, videre licet apud *Bronchorſt. miſcell. cont. cent.* 2. *aſſert.* 80. *& nos. ad l.* 1. *D. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* Quomodo pontifices vel presbyteri, de quib. *c.* 15. poſſint percelli ſœculari poteſtate, ſignificavi *ſup. ſæp.* Boni Principis eſt Eccleſias reſtaurare contritas, & Dei vel Chriſti Sacerdotes honorare *c. ult.*

Distinct. CXVII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Eccleſiaſtes debet eſſe ſolicitus de ſtatu Eccleſiaſtico. *d. c.* 1. Imperator cavere debet, ne clerici ſtudeant ambitionibus. *c.* 2. Ob formalia neglecta non debet violari majeſtas Imperatoris. *c.* 3.

Distinct. XCVIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *dd. capit.* requirantur 5. Epiſcop. literæ, vel 5. teſtes, cum duo vel tres regulariter ſufficiant? Hinc nonnulli exiſtimant, *dd. canon.* abrogatos eſſe, ut videre eſt apud *Gloſſ. ad dd. text.* Ut ut ſit, rectius nec ſcripturæ præciſe requiruntur, nec teſtes, ſed totum negotium arbitrio judicis Eccleſiaſtici relinquendum videtur.

Distinct. CXIX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Subſtantiales illas differentias, vel ſuperiores & inferiores gradus, de quib. in *dd. can.* hodie in Belgio confœderato non obſervari, notavi *ſup. aliquot.* Et quæ queſo ratio, cur Pontifex in *c.* 4. nolit vocari Patriarcha vel Papa univerſalis, cum revera cæteris particularibus major videri velit? Sed recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant. *c.* 5. *in fin.* Quomodo in noſtris Eccleſiis à Conſiſtorio ad Claſſem, & à Claſſe ad Synodum fiat appellatio, ſignificavi *ſupr.*

Distinct. C.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt de pallio, quod Epiſcopis tradi ſolet, nullum uſum apud Reformatos habere videntur, ſed ſummulas tamen colligere juvat, prima ex *d. c.* 2. hæc eſto: honor non debet dari, niſi bene merenti, ſed male in *eod. c.* non niſi fortiter poſtulanti datur, ut *lat. ad l. Jul. de ambit.* Per gratiam, vel per ſupplicationem nemo ad ſacros Ordines admittendus eſt. *c.* 3. Cujus fidei profeſſio non eſt plena, ejus nec promotio poteſt eſſe plena. *c.* 4. & qui licita munera petit, debet illicita merita removere. *c.* 6. Quæ contra conſuetudinem Eccleſiæ, vel tramitem humilitatis geruntur, illa corrigere oportet. *c.* 7. Quin ipſa correptio injuſta toleranda eſt ob bonum Eccleſiæ. *c.* 8. Munus honorificum aliqua privilegia concomitari debent. *c.* 9. *& ſeqq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

DISTINCT. CI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. qui de metropolitan. hæc eſto: in una eademque provincia non debent eſſe duo ſuperiores æquali poteſtate præditi; vel Imperator non debet dividere Eccleſiam, quæ auctoritate Eccleſiæ una eſt.

DECRETI

PARS SECUNDA,

CAUSA I.

QUÆST. I.

Ad c. 1. & ſeqq.

SImonia proprie committitur, quando quis dona ſpiritualia emit, vel emere conatus eſt. *Act.* 8. ſed in *d. c.* 1. *& ſeqq.* etiam Simoniaci dicuntur, qui non gratis reddunt, quod gratis acceperunt, vel qui pro diſpenſatione myſteriorum Dei pretium accipiunt. Sane locus *Matth.* 10. ad quem reſpicit. *d. c.* 1. nihil ad rem facit, quia loquitur de illis donis, quæ nec Noſtri, nec Pontificii Sacerdotes habent. Recte tamen in *c.* 2. dicitur nomen ſacerdotis non officium attendere, qui ſtudet mercari ordinem ſacrum, & recte ſpoliatur honore, qui mercatus eſt. *c.* 3. & benedictio ejus mutatur. *c.*4.

Ad c. 5. & ſeqq.

Qui non vehementer exardet contra Simoniam, ille partem cum Simone illo habere videtur *d. c.* 5. Et dantem & accipientem pretium pro donis ſpiritualibus Simonis damnatio involvit. *c.* 6. Damnatur anathemate, qui ordinatus eſt ſimoniace. *c.* 7. ſed & ipſe Epiſcopus damnatur & dijicitur, ſi per pecuniam ordinationem fecit. *c.* 8. Careat ſacerdotio, qui vel conſecravit per pecunias, vel conſecratus eſt. *c.* 9. Ergo nec ordinari, nec promoveri quis in Eccleſia Dei poteſt per pecuniam, ſed careat dignitate, & à communione abſcindatur. *c.* 10. *& ſeq.* Exempla tamen, quæ in *d. c.* 11. allegantur, vix ad rem facere videntur. Sane exemplum Judæ, qui vendidit Chriſtum, & exemplum Chriſti, qui ementes & vendentes ejecit ex templo, nihil omnino ad rhombum faciunt. Exemplum Naaman 2. *Reg.* 5. & exemplum Simonis iſtius impoſtoris *Act.* 8. aliquid probant, quatenus ſcilicet analogice argumentari licet. Aliquo ſaltem modo noſtri Sacerdotes ſucceſſerunt in locum Prophetarum & Apoſtolorum, & ideo indigni officio, quod pecunia quæſiverunt. An & quando laicus pecuniam dare poſſit, ſignificavi ad *tit. C. de ſuffrag.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 12. & ſeqq.

Pœnam illam anathematis, de qua *d. c.* 12. hodie non ſervari, aut non ſervandam eſſe, notavi *ſup. aliquot.* Damnata quidem illa hæreſis Simoniaca in ipſo ortu, ut loquitur *Gregor. in c.* 13. ſed poſt tempora Apoſtolorum proprie commiſſa non fuit. Qua arrogantia ergo ſacrificuli pontificii ſe Apoſtolis aut Prophetis comparare auſi ſunt? Dura profecto eſt ſententia in *c.* 14. ubi animam perdit, qui dedit pecuniam pro ſacerdotio, aut ſimili, imo æterno ſupplicio dignus dicitur in *c.* 16. quia ſimonia gravior ipſa idololatria eſt. *d. c.* Quæ quæſo hæc comparatio? Quis faſtus in illa perfectione, de qua *c.* 17? Qua lege Divina probatur illa damnatio, de qua *d. c.* 17. *& ſeq?*

Ad c. 19. & ſeqq.

Simoniaci non habent integritatem fidei. *d. c.* 19. *& ſeqq.* ſed quinam hodie ſimoniaci? Quinam hodie habent illa dona Spiritus Sancti, quæ emere voluit impoſtor Simon? Analogicam ſimoniam excuſſi *ſup.* Quin removeri poſſint à dignitate quæſita per pecuniam, quinimo puniri & dantes & accipientes, de quib. *c.* 22. nullus dubito, ſed pœnam anathematis nuſquam reperio. Quid proprie in Sacris Literis divinatio, de qua *c.* 24. ſignificet, Theologis relinquo. Summa ex *c.* 25. hæc eſt: difficile eſt, ut bono peragatur exitu, quod malo inchoatum eſt principio. Summa ex *c.* 26. hæc eſt: ubi Chriſtus non eſt fundamentum, ibi nullum bonum ædificare licet, ſive de ſimonia, ſive de alio peccato loquamur. Sed hæc ſimonia ipſis pontificibus objicitur a Noſtris, ut *notat. ſup. & inf. ſæp.* Vera non eſt eleemoſyna, quæ ex rebus illicitis percipitur. *c.* 27.

Ad c. 28. & ſeqq.

Si paſtor vel ſimoniâ vel alio peccato vulneratus eſt, non poteſt ovibus ſanam præbere medicinam. *d. c.* 28. Sacramenta hæreticorum gratia & effectu carent. *d.* 29. ubi tamen mira inſtituta eſt comparatio, ut & in *c. ſeq.* qui tamen cum *aliq. ſeqq.* hanc ſummam continet, quod ſacramenta minime polluantur à miniſtris malis. Quænam & quot ſacramenta, de quib. *c.* 31. ſint in Eccleſia, vel Eccleſia catholica (quæ ego duo profiteor) quæſtio mere Theologica eſt. Sacramenta non mutata catholicis & hæreticis communia ſunt. *c.* 34. *& ſeq.* Sacramenta ne quidem à malo fugienda. *c.* 36. Sacramenta non profanat malitia hominum. *c.* 37. Sacramenta quidem mali accipiunt, ſed nequaquam virtutem Spiritus Sancti *c.* 38. Quomodo Miniſter Sacramentorum vel bonus vel malus præſter remiſſionem peccatorum, de qua *c.* 39. ſignificavi *ſup. aliquot.*

Ad c. 40. & ſeqq.

Vana eſt ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec auctoritate munita. *d. c.* 40. Ceſſante cauſa neceſſitatis, ceſſat effectus neceſſitatis. *c.* 41. Hæreticus reverſus ordini ſuo reſtitui poteſt. *c.* 42. Qui ſemel male ordinavit, non poteſt ordinare in poſterum. *c.* 43. Rei infidelitatis ſunt, qui ſcandalum populo exhibent. *c.* 44. Qui vult videri cæteris præſtantior, ſcientia præcellere debet. *c.* 45. Baptiſmus reiterari non debet, licet per improbum factus ſit. *c.* 46. *& ſeq.* de quib. nos lat. ad *tit. C. ne Sanct. baptiſm. iter.* Baptiſma, de quo *c.* 48. eſſe ſignum ſeu ſigillum remiſſionis peccator. non vero ipſam remiſſionem eſſe, ut pontifex in *d. c. & alib.* ſæpe loquitur, notavi *ſup. aliquot.* Sane comparatio, quæ in *fin. c.* 49. adjecta eſt, inepta videtur; nec

ad

ad rem faciunt loca *Pſalm.* 31. *&* *Rom.* 4. *in c.* 50. indicata.

Ad c. 51. & ſeqq.

Hodie nec invocatio ſanctificationis (quamvis forſan non male fieret) nec impoſitio manuum, de quib. *d. c.* 51. in Belgio confœderato fieri ſolent. Ratio, cur in *c.* 52. Paulianiſtæ rebaptizentur, data eſt in *cap. ſeq.* Improprie, imo abſurde in *c.* 54. verbum dicitur cor abluere, vel elementum facere ſacramentum, ut ſignificavi ad *c.* 48. Non valet tamen baptiſmus, ſi extra Eccleſiam factus ſit. *c.* 55. ſed quæ vera Eccleſia vel unitas Eccleſiæ, de qua *c.* 56? Excuſſio *c.* 57. facta eſt in *noſtr. ad d. c.* 46. Etiam boni quandoque per malos colliguntur. *c.* 58. Ordinatus, ſed non baptizatus, baptizandus eſt. *c.* 59. *&* *ſeq.* De rebaptizatione, de qua etiam in *d. c.* 59. dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 61. & ſeqq.

Sancta, quæ facta ſunt ab eo, qui pollutus eſt in anima, polluta cenſentur. *d. c.* 61. Odit Deus ſacra hæreticorum. *c.* 62. An hoc *cap.* quadret in pontificios, ut Noſtri volunt, nullus inquiro, ut nec in hoc, an. *c. ſeq.* qui dicit, hæreticos offerre panem ſacrilegum. Hæretici proprie non habent Euangelium, quod ſine fide & charitate nullum eſt. *c.* 64. *&* *ſeq.* Hæreticorum benedictiones potius maledictiones ſunt. *c.* 66. ſed cur in *c. ſeq.* non licet cum illis orare? Si in *c.* 68. verus Pontifex nos reconciliet Deo Patri, vel verus ſanguis immaculati agni, nullus video, quomodo pontifex Romanus multas reconciliationis ſpecies ſibi adſcribat. Quomodo, ſeu quo effectu ſacramenta ab impiis adminiſtrentur, de quib. *c.* 69. ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 70. & ſeqq.

An & quomodo cum hæreticis, de quib. *d. c.* 70. liceat edere vel converſari, tradunt Theologi ad 1. *Epiſt. Paul. Corinth.* 5. *&* *Timoth.* 3. Quam ſalutem adferant ſacramenta, de quib. & *d. c.* dixi *ſup. ſæp.* An & quæ ſacrificia, de quib. *c.* 71. in novo teſtamento tradita ſint, diſquirant Theologi, quos vide. Nobis videtur uuum duntaxat ſacrificium ἱλαςικὸν Chriſti λύτρον pro nobis in cruce oblatum. Communio tamen, vel cæna Domini non eſt recipienda à manibus hęreticorum. *c.* 72. nec hæretici digni ſunt honoribus, qui Chriſti ſacerdotibus competunt. *c.* 73. De manus impoſitione, de qua *c.* 74. dixi ad *c.* 51. *&* *alibi.* An & quæ ſanctificatio fiat in baptiſmo, de qua *c.* 75. ſignificavi etiam ad *d. c.* 51.

Ad c. 76. & ſeqq.

Hæreticor. vel malor. ſacerdotum benedictionibus maledicit Deus. *d. c.* 76. quod deſumptum videtur ex *Malach.* 2. Quomodo mali vel boni ſacerdotes, de quib. *c.* 77. *&* *ſeq.* corpus Chriſti conficiant, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sancti, qui ſanctis male utuntur, puniendi ſunt. *arg. c.* 79. Hæreticus, vel falſus pontifex non tam ſanctificatur hoſtiis, quam pro peccato polluitur. *c.* 80. Quomodo Spiritus S. in euchariſtia, ſeu cœna Domini etiam per hæreticos detur, modo accipientes habeant fidem, de quo caſu *d. c.* 81. dixi *ſup. ſæp.* Alioquin contra Spirit. S. peccat, qui diſperſus non redit ad congregationem veræ Eccleſiæ. *d. c. pr.*

Ad c. 82. & ſeqq.

Si in *d. c.* 82. Spiritus S. dimittat peccata (quamvis & illa formula videatur impropria) quo jure ſacrificuli remiſſionem peccator. ſibi adſcribunt, vel meritis hominum? Vide *Theolog.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

log. noſtr. ad c. 20. *Joan. v.* 22. *& ſeq.* ad quos videtur reſpicere *d. c.* 82. An ergo ſacerdotes, præſertim pontificii, de quib. *c. ſeq.* male ſe comparant Apoſtolis vel Prophetis? Sanctificatio, quæ vulgo dicitur fieri ex opere operato, ſeu operatione & exhibitione occulta, de qua *c.* 84. ſupra excuſſa eſt *ſæp.* Nequaquam vita ſacerdotis, ſed doctrina ejus conſideranda eſt. *c.* 85. *& ſeq.* quæ videntur deprompta ex *Matth.* 23. ſed quæ comparatio, quæ in *fin. d. c.* 86. adjecta eſt, inter illos, qui ſuper cathedram Moyſis ſedebant, & qui hodie ſedent ſuper cathedram Petri? Quod ſacerdotum immundities non polluat Sacramenta, ut vult *d. c.* 87. probavi *ſup. aliquot.*

Ad c. 88. & ſeqq.

Qui cum fide euchariſtiam, ſeu panem in ſacra cœna accipit, donorum Spiritualium particeps fit, licet miniſter Judæ ſimilis fuerit. *d. c.* 88. *& ſeq.* Sed ſi baptiſmus, vel euchariſtia a ſolo Deo ſanctificationem accipiat, ut dicitur in *d. c.* 89. quo jure quæſo in *c.* 90. merita ſacerdotum euchariſtiam faciunt, vel alibi verba? Hinc Alii dicunt, objectionem tantum eſſe ex ſcript. *Hieron. in ſophon. c.* 3. Sed mallem reſpondere, merita ſeu dotes Sacerdotis requiri, ut vere ſit Sacerdos, & ut reſpectu dantis etiam eſſet euchariſtia, ſed ſi tamen hæreticus vel falſus fuerit, accipientes nihilominus fieri participes encharistię, ſi fide acciperint, ut *ſup. probat. ſæp.* Et ſic intellige *c.* 92. *&* 93. *&* 95. An Sacerdotes in *c.* 91. ut digniores facilius exaudiantur apud Deum, & peccata populi comedant, deleant & conſumant, ut loquitur Pontifex in *d. c.* 91. ipſis ſacerdotib. relinquo.

Ad c. 94. & ſeqq.

Cum corpus Chriſti proprie non cadat in terram, ergo comparatio, quæ in *d. c.* 94. *& ſeqq.* de quo & *ſup.* inſtituitur, vix admittenda eſt. Superba in *c. ſeq.* 96. videtur comparatio inter Moyſen & ſacerdotes Romanos, nec exemplum Caiphæ ad rem facere videtur, licet vere dicatur, Sacerdotes invocare, ſed Deum benedictionem præſtare. An & quando ille, qui receſſit ab Eccleſia, nec baptiſma amittat, nec jus dandi, de quo agit. *c.* 97. dixi *ſup. aliquot.* & confirmat ſententiam noſtram *c.* 98. ubi ſacramenta obſunt indigne tractantibus, ſed proſunt tamen digne ſumentibus. Ratio, cur in *c.* 99. pretia non liceat exigere à baptizandis, data eſt *ſup. ſæp.* ex *Matth.* 10.

Ad c. 100. & ſeqq.

An & quomodo ſacerdotes vel pontificii, de quib. *d. c.* 100. *& ſeq.* vel Reformati dent gratiam Spiritus S. in communione ſeu cœna Domini, ſignificavi *ſupra aliquot.* De pretio & queſtibus, de quib. & *dd. can.* dixi ad *d. c.* 99. Plura de pallio ad *tit. ext. de auth. & uſu pall.* Sane pro balſamo vel chriſmate, de quo *c.* 102. nihil apud Belgas reformatos dari, certum eſt, cum illis ſacris non utantur. Præterea ſi gratis donandum eſt. *d. c.* 10. *Matth.* quo jure ſacerdos in *c.* 103. poteſt pro baptiſmo aliquid accipere? Per me tamen licet, ut accipiat, quum hodie illa munera non donentur, de quib. *d. c.* 10. *& c.* 8. *Act. v.* 20. Et ſic intellige *can. ſeqq.*

Ad c. 107.

Summa ex *d. c.* 107. *& ſeqq.* qui de ſimoniacis, hæc eſto: illegitime ordinati de ſuo gradu dejiciendi ſunt. *d. c.* 107. quem tamen laudabilis vita commendat, is in ordine ſuo retinetur, licet minus legitime ordinatus ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſit. *d. c.* 108. niſi tamen ſciens admiſerit ordinationem illegitimam. *c.* 109. Ergo ſimoniaci aut ſimiles non ſunt in dignitate conſervandi. *c.* 110. Sed coacti ad ordinat. hæret. excuſandi ſunt, ſi quam primum ad catholicam & veram religionem reverſi ſunt. *c.* 111.

Ad c. 112. & ſeqq.

Excuſſio *d. c.* 112. facta eſt in *noſtr. ad c.* 42. *h. c.* 1. *q.* 1. Falſas eſſe illas ordinationes, de quib. *c.* 112. dixi *ſup. ſæp.* licet non ſunt propriæ ſimoniacæ, ut *ibid. notat. ſæp.* Et ne quidem nummum favoris accipere licet, vel dare ordinationem pro humana gratia. *c.* 114. Sed quo textu probatur, quod in æternum periturus ſit, ut vult Pontifex Gregorius in *c.* 115. qui aliquo munere ſacerdotium obtinuit. Loca tum ex veteri tum ex novo Teſtamento ſupra allegata nimis longe petita videri, dixi *ibid. ſæp.* Per me licet, ut nihil pro ordinatione Epiſcopat. vel diaconat. accipiatur, ut præcipitur in *c.* 116. *& ſeq.* Sed cum dona empta non ſint tanti momenti, quanti fuerunt in Prophetis & Apoſtolis, nullus video, quo jure ſubſiſtat pœna æternæ damnationis in *d. c.* 115.

Ad c. 118. & ſeqq.

Qualis ambitus, de quo *d. c.* 118. ſit licitus, dixi ad *l. Jul. de ambit.* In primis autem provectiores ætate admittendi ſunt. *c.* 117. *& ſeq.* ubi tamen ordinatio ex ſupplicatione prohibetur, ſed *Gloſſ.* notat, eundem Gregorium quibuſdam ſupplicationibus ordinaſſe diaconum &c. Sic Epiſcopus propter interceſſionem Papæ ordinavit acolytum. *c.* 121. Si modo adſint virtutes requiſitæ, nullus video, cur noceat interceſſio vel ſupplicatio, ut & *ſup. notat. aliquot.* Proprium Eccleſiæ Romanæ jus referri in *c.* 122. indicat ipſe *text. d. c.* An & quando ſacerdos apud Belgas reformatos ex una Civitate vel Provintia poſſit evocari vel invitari ad aliam, de quo caſu *c.* 123. ſignificavi *ſup. aliquot.* Periculum officii ſubeat, qui pretio interveniente ſacerdotium reſtituit aut adprobat. *c.* 124.

Ad c. 125. & ſeqq.

Sacrilegi videntur, qui vel violentia vel favore non permittunt reguläriter ordinari Eccleſias. *d. c.* 125. Canonizata *l.* 4. *C. ad l. Jul. repetund.* in *d. c.* latius à nobis excuſſa eſt in *not. ad d. l.* 4. ex quibus apparet, quod aſſimulatio, quæ ex *d. l.* 4. petitur, paulo latius petita ſit, ſed tamen ille ſacerdos, qui accepit pecuniam, ut ordinaret indignum, rectius reus eſt crimin. repetund. quam ſacrilegii, ut *lat. ad tit. Cod. de crim. ſacrileg.* Minus ad rem facit Canonizata *l.* 10. *de calumniat.* in *c.* 127. ut patet ex *noſtr. ad d. l.* 1. Eadem fere cenſura notandus eſt *can.* 128. qui deſumptus eſt ex *l.* 2. *D. de concuſſ.* ubi vide *not. noſtr.* An *can.* 129. dignus ſit palea, nullus inquiro; quum ſubſtantia ejus excuſſa ſit ad *d. c.* 126. Aliquo modo *l. Jul. de repetund.* de qua *c.* 130. poſſe applicari epiſcopis, qui pecuniam acceperunt, ut legerent vel mitterent militem minus idoneum, vel aliter male judicarent, ſignificavi ad *d. c.* 126. *& lat. ad tot. tit. D. de l. Jul. repetund.*

Quæstio II

Ad c. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. agit de dedicatione Eccleſiæ aut Templi, nullum uſum apud Belgas reformatos habet, ſed confirmat tamen regulam, quia cautum eſt, ut ſacerdos pro donis Eccleſiaſticis, quæ ratione officii debent, nul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nulla munera accipiant, de qua *lat. ad c.* 106. *quæſt.*1. Sed nec pretio ad converſionem quis invitandus videtur. *c.* 2. ergo multo minus illud ſolvendum pro converſione admiſſa. *c.* 3. Sed cur in *c.* 4. pro ordinatione non oportet reſpui? Vide *not. ad c.* 100. *& ſeqq. d. quæſt.* 1.

Ad c. 5. & ſeqq.

Quænam veræ viduæ ſint, de quib. *d. c.* 5. apparet ex *Gloſſ. adject.* vel ex *verſ.* 3. *&* 5. 1 *Timoth.* 5. Hinc in *c.* 6. ſacrilegium quodammodo committunt, qui ſtipendia accipiunt ab Eccleſia, cum ſuſtentati poſſint opibus aut bonis parentum; aut ſaltem grande peccatum committunt. *c.* 7. Sed quid ad rem locus *Hoſeæ c.* 4. *v.* 8. in *d. c.* indicatus? Sumptibus Eccleſiæ non debet ſuſtentari, qui ſua relinquere non vult. *c.* 8. An ſua ſacerdos debeat relinquere pauperibus, & an laudabiliter diſpenſet, ſi pro Eccleſiæ bonis adjungat, de quib. caſib. *c.* 9. dixi ad *tit Inſt. de donat. & alib. ſæp.* Sane paupertatem non mereri amorem, cum ſit effectus vel pœna peccati, ſemper credidi. Socia quidem bonæ mentis vocatur à Petronio, ſed gravis auctor Plutarchus monet, ut talem contubernalem honeſte ablegemus. Sed Sacerdotibus pro meritis ſtipendia honeſta eroganda eſſe, nemo neget. *c. ult.* qui confirmatur ex *Epiſt.* 1. *ad Corinth.* 9.

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Et qui aliquid largitur, pro Eccleſiæ ambitu, & qui aliquid accipit, Simoniæ ſpeciem committit, *d. c.* 1. Sed hodie contra. *c.* 2. præbendas abſque Simoniæ crimine vendi in Belgio confœderato, nemo Belgarum ignorat. Sed nec archidiaconatum aut ſimiles gradus, de quib. *c.* 3. agnoſcimus, ut *plurib. prob. ſup.* Decimas illas ſeu illa altaria, de quib. *c.* 4. apud Reformatos ſecularizata, ſeu vendibilia eſſe, nemo apud eos tam hoſpes aut peregrinus, quem hoc lateat. An & quatenus illud judicium Spiritus S. de quo *c.* 5. tribui poſſit Pontifici Romano, ſignificavi *ſup. ſæp.* De originatione vel ſignificatione pecuniæ, de qua *c.* 6. ne quid ſolicitus ſim, prohibet ratio inſtituti, ſed videſis tamen Interpretes ad *l. pecun.* D. *de verb. ſignif.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 7. quod de præbend. hæc eſto: emere beneficia Eccleſiaſtica, eſt ipſam Eccleſiam emere. Quis proprie committat Simoniam, vel analogice, de quo caſu prolixe agitur in *d. c.* 8. ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane ratio, quæ in *d. c. & ſeq.* petita eſt ab ejectione Chriſti, nimis longa petita videtur, ut & illa, quæ deſumta eſt ex donatione Dei generali, cum de ſpeciali quæſtio ſit. *Act* 8. Summa tamen ex *d. c.* 9. hæc eſto: miniſtri Eccleſiæ ab Epiſcopis ſeu Senatu Eccleſiaſtico abſque ulla venalitate ordinari debeat.

Ad c. 10. & ſeqq.

Illa dona Spirit. S. de quib. in *c.* 10. *& ſeqq.* hodie nec apud Reformatos, nec apud Pontificios reperiri, certum eſt, & tamen Simonia committitur, quę hęc oſcitantia? Interim verum eſt, quod exſtat in *fin. c.* 11. quod ſcil. domus Dei non debeat videri domus negotiationis. De conſecratione, de qua *c.* 12. deque ratione ejus dixi *ſup. aliquot.* De decimis, de quib. *c.* 13. dixi ad *c.* 4. Arrogans ergo dictum, quod dixit Papa Paſchalis in *c.* 14. vendere decimas, eſt vendere Spiritum Sanct.

ſed

ſed per me licet, ut careat Epiſcopus honore, quem peccunia quæſivit. *c. ult.*

Quæstio IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Criminis reus non eſt, qui eſt neſcius. *d. c.* 1. præſertim alieni *d. c.* 2. Infantes hæreticorum poſſunt veræ Eccleſię fieri miniſtri. *d. c.* 3. & 4. Conſanguineorum maleficia non obſunt. niſi conſcii fuerint. *d. c.* 5. Excuſſio *l.* 26. D. *de pœn.* quæ in *d. c.* 6. repetita eſt, facta eſt in *noſtr. ad eand.* Locus *Ezech.* 18. qui in *d. c.* 7. *&* 8. indicatur, alibi à nobis allegatus & excuſſus eſt, ut & locus de peccatis parentum *Exod.* 20. qui in *d. c.* 9. & 10. indicatur. de quib. *Theol. ad dd. text.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Illam conſecrarionem Eccleſiæ, de qua *d. c.* in noſtris Epiſcopis reformatis nequaquam obſervari, notavi *ſup. ſæp.* Quomodo Petrus in *c.* 12. dicatur firmus ſuis meritis, nullus video. Vera tamen palea notandum eſſe *c. ult.* qui deſcriptus eſt ex *l.* 7. *C. unde vi,* probavi plurib. ad *eand. l.* 7.

Quæstio V.

Ad c. 1. & ſeqq.

An illa pontificis miſericordia, de qua *d. c.* 1. & 2. vere ſit miſericordia, cum juri conveniens ſit, ut parvuli non puniantur, qui non peccaverant. *c.* 7. *d. diſt.* 4. Lectori in tranſitu ulterius examinandum relinquo. Sane dimiſſis beneficiis emptis, nullus video, cur in aliis opus ſit miſericordia, ut lat. ad *l.* 26. *D. de pœn.* Et cur in caſu *c.* 3. opus eſt diſcretione, quæ ibid. dicitur mater omnium virtutum? An non probabilis ignorantia excuſat per ſe? Saltem rigor juris cedit æqualitati. *d. c.* de qua lat. ad *l.* 8. C. *de judic.*

Quæstio VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quale ſuffragium, de quo *d. c.* 1. Eccleſiaſticis licitum ſit, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sane præmia in anteceſſum largiri pro electione vel ſubſcriptione, licitum non eſt *d. c.* 2. *& ſeq.* niſi ordinatus fuerit in probabili ignorantia, de qua *ſup.* An & quatenus ordinationem in Eccleſia refugere liceat, de quo themate Canoniſtæ lat. ad *d. c.* 3. ſignificavi *alib.* De illis, qui ſe importune ingerunt, dixi ad *tit. de procuat. ad tit. de tut. & ad tit de decurionib.*

Quæstio VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qui ſemel fuit ſimoniacus vel hæreticus, licet poſtea ad Eccleſiam redierit, nequaquam reſtituitur priſtino ordini ſeu honori. *d. c.* 1. *& ſeqq.* An & quatenus traditiones ſeu ordinationes Eccleſiaſticæ, de quib. & in *pr. d. c.* 2. obligent in conſcientia, dixi *ſup. ſæp.* An *c.* 3. dignus ſit palea, qua vulgo notatur, nullus inquiro, ſed non patior in *d. c.* Reges poſtponi Epiſcopis, nec patior ſubliniores Poteſtates committere crimen Simoniæ, ut *ſup. probat. ſæp.*

Ad c. 4. & ſeq.

Si dicamus in *d. c.* 4. temperamentum aut latiorem diſtinctionem eſſe *d. c.* 1. *& ſeq.* facile pugna vel contradictio evitabitur, ſed ut & meam ſententiam adjiciam, dixerim indiſtincte eum, qui hæreſin abnegavit etiam ſine ſcriptura, modo per teſtes conſtet de vera pœnitentia & confeſſione, ad priſtinum ſtatum admitti poſſe, cum nuſquam in Sacro Codice ſit prohibitum, ſed potius injunctum per miſericordiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

diam Dei, qui pœnitentes recipit, cujus exemplum imitari cogimur. *Matt.* 5. Hoc fundamento nixus auſus ſum obviare patribus ſpiritualibus, de quib. *c.* 5.

Ad c. 6. & ſeqq.

Si *d. c.* 6. accipiatur de decretis, quæ nulla certa lege Divina nituntur, per me licet, ut tunc ex neceſſitate ſuperveniente quandoque temperentur, ſed ita tamen, ut ceſſante neceſſitate, ceſſet & temperamentum. *d. c.* 7. Per me quoque licet, ut illa ſolennitas, de qua *c.* 8. requiratur ſub aliqua pœna vel cenſura Eccleſiaſtica, ſed nequaquam ſub pæna nullitatis negotii ordinati, ut *alib. lat.* Sane juramenti formula, quæ eſt in *c.* 9. minus neceſſaria videtur, ne fidei profeſſio coacta videatur.

Ad c. 10. & ſeqq.

Scio ætatem in *d. c.* 10. vulgo intelligi capacem doli, ſed cur nec pœnitentes admittuntur? Vide *not. noſtr. ad. d. c.* 4. *& ſeqq.* An & quando rigor canon. propter ſimplicitatem vel ſenectutem, de qua *c.* 11. *&* 12. relaxari poſſit, ſignificavi ad *quæſt.* 5. An & quando quædam in Eccleſia tollerari poſſint, de quo caſu in *c.* 13. *& ſeqq.* dixi ad *c.* 6. *& ſeqq.* Plura de indulgentia propter infirmitatem hominum videre licet apud *Thelgo. in loc. comm.*

Ad c. 18. & ſeqq.

Illam diſtinctionem inter laicos & clericos, de quib. *d. c.* 18. hodie non attendi in Belgio confæderato, dixi *ſup. ſæp.* An & quando Donatiſtæ & ſimiles, de quib. *d. c.* 19. *& ſeqq.* tolerari poſſint, ſignificavi *ſup. ſæp.* Si in *cap.* 21. presbyteri vel diaconi pœnitentes in ſuis ordinibus recipi poſſunt, cur non etiam Epiſcopi aut ſimiles? Vide *not. noſt. ad. c.* 4. *& ſeqq.* De ſolennitate ſeu ſatisfactione, de qua *c.* 22. dixi ad *d. c.* 6. *& ſeqq.* Quando decoloratio, de qua *c.* 23. poſſit in Eccleſia tolerari, ſignificavi *ſup. aliquot.* An & quando redeuntes ab hæreticis ordinari poſſint, de quib. *c.* 24. *& ſeqq.* dixi ad. *h. q. ſæp.* Summa tamen ex *c.* 25. hæc eſto: honor non poteſt retineri, niſi legitime datus ſit. Excuſſio *c.* 26. qui deſcriptus eſt ex *l.* 6. *C ad l. Jul. repetund.* facta eſt in *not. noſtr. ad eand.* Criminis Simoniaci exaggeratio, quæ eſt in *c. ult.* Pontificem faſtus arguit, ut cuilibet obvium eſt ex *anteced. noſtr.*

CAUSA II.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* nemo regulariter condemnari poſſit ſine ordinario ſtrepitu judicii, data eſt *ſæp. ad tit. de in jus voc. & ad tit. de re jud.* Hinc in *d. c.* 1. *&* 2. damnari non poteſt, qui non eſt confeſſus vel convictus, ſed nec juſte definita differenda ſunt. *d. c.* 3. Sane illud exemplum Chriſti & Judæ, quod eſt in *c.* 4. vix ad rem facere videtur, licet ſententia *d. c.* 4. vera ſit, variiſque locis probari poſſit, quod reus ſine accuſatore condemnari non debeat. *Actor.* 25. *&c.* An tamen Præſes vel Prætor teneatur inquirere in delinquentes, etiamſi nullus exiſtat accuſator, dixi ad *l.* 3. *&* 13. *D. de offic. præſid.* An & quæ appellatio in Synodo, de qua *c.* 5. ventilari poſſit, dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Rurſus exemplum Judæ in *d. c.* 6. nimis ſubtiliter proponitur & præter mentem Sp. S. ſed ſumma tamen ſeu ſenten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſententia per ſe vera eſt, ſcilicet tolerandum eſſe, qui nec convictus eſt, nec confeſſus. Summa ex *c.*7. hæc eſt: nullum ſervetur judicium, niſi rationabiliter habitum. Quænam autem ſint ſubſtantialia judicii requiſita, de quib. & *d. c.* 7. ſignificavi ad *d. c.* 1. Uſum *tit.* 44. *Lib.* 7. *Cod.* qui in *fin. d. c.* 7. *& duob. can. ſeq.* allegatus eſt, videre licet in *not. noſtr. ad d. tit.*

Ad c. 10. & ſeqq.

Si ejectus non eſt convictus aut confeſſus, ergo priſtino honori reſtituendus eſt *d. c.* 10. & facientem & conſentientem par pœna conſtringit *d. c. in fin.* Cauſa non probata, ceſſat excommunicatio. *c.* 11. Pœna illorum, qui non legitime excommunicarunt, de qua etiam *d. c.* 11. hodie arbitraria videtur. Quamdiu cauſa adhuc pendet vel incerta eſt, judicium ſuſpenditur. *d. c.* 12. Quid dicendnm ſit in cauſa contumaciæ, de qua etiam in *fin. d. c.* dixi ad *l.* 73. *de judic. & ad l.* 58. *de re jud.* An & quando quis arbitrio ſuſpicionis, de qua *c.* 13. condemnari poſſit, dixi ad *l. ult* C. *de probat.*

Ad c. 14. & ſeqq.

Senſum & uſum *d. c.* 14. qui deſumptus eſt ex *l. qui accuſ.* 8. *D. de accuſat. & inſcrip.* ſignificavi in *not.* ad *d. l.* 8. Quæ manifeſta ſunt, non indigent prævia accuſatione vel ordine judiciario. *d. c.* 15. *& ſeqq.* Sed quæ ratio? hæc allegata eſt in *d. c.* 16. quia Apoſtolus dixit, opera carnis manifeſta ſunt. *Gal.* 5. Alia indicatur per exemplum Judæ & Corinthii in *d. c.* 17. ſed nobis longe petita videtur, ut *ſup. not. aliquot.* Quinam in Eccleſia ſint corrigendi aut tolerandi, de quib. *c.* 18. ſignificavi in *præced.* ſed obiter & in tranſitu; quia illa quæſtio præcipue à Theologis examinanda videtur, & ideo non ſum ſolicitus de ſenſu illorum, quæ ex novo Teſtamento in *d. c.* 18. indicantur, ſed Theologos cum Theologis committo.

Ad c. 19.

Ratio, cur in *d. c.* 19. peccatum aut delictum, quod tantum judici notum eſt, non poſſit ab eo damnari per ordinarium modum procedendi, hæc eſt ex *d. c.* 18. quia nemo poteſt ſimul eſſe accuſator & judex, de quo *lat. ad l.* 6. §. 1. D. *de offic. præſid.* Ratio, cur in *c.* 20. ſententia non præcipitanter ferenda ſit, vel ſine præcedenti cognitione & vocatione, expreſſa eſt *ibid.* & deſumta videtur ex *Geneſ.* 18. & *Matth.* 7. Illa ſcelera, quæ manifeſta ſunt, poſſunt feriri anathemate etiam abſq; accuſatione vel ordinario proceſſu. *d. c. ult.* præſertim ubi ſeditio aut ſimile quid malum ex ordinaria forma metuendum eſt, ut *alib. lat.*

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. poſſeſſori ante lit. conteſt. omnia reſtituenda ſint, hæc vulgo dari ſolet, quia ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt, ut *lat. ad l. ult.* §. 2. C. *de compenſat.* Hinc in *c.* 2. qui ſuis rebus ſpoliatus eſt, ille primo reſtituendus eſt, nec interim poteſt accuſari *d. c.* 3. nec ad ſynodum convocari. *c.* 4. *& ſeqq.* nec reſpondere tenetur, antequam omnia ablata ſunt reſtituta. *c.* 6.

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Delator, qui non probanda detulit, jacturam infamiæ ſuſtinet. *d. c.* 1. imo infelicem talionem patitur. *c.* 2. *& ſeq.* ſed hanc retaliationem vix in uſu eſſe, notavi ad *tit. de accuſat. & inſcrip.* ſed nec communio calumniatori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

danda vel adminiſtranda eſt. *d. c.* 4. Uti nec quodlibet convitium accuſatio eſt. *d. c.* 5. & decepto ſuccurritur. *c.* 6. Qui temere deſerit accuſationem vel delationem ob lucrum, merito illud amittit. *c.* 7. Hodie illam inſcriptionem, de qua in *c. ult.* nequaquam obſervari, notavi *ſup. ſæp.*

Quæstio IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Hodie Sacerdotes noſtros non liberari à juramento, de quo *d. c.* 1. *& ſeqq.* notavi ad *tit. Inſt. & Pand. de ſatiſdat.* Sane incauta recte prohibita ſunt in *c.* 2. Sed quæ ratio, cur clerici magis ſaltem excuſentur, quam laici? quia manus (ut ait Pontifex in *c.* 4.) per quam corpus & ſanguis Chriſti conficitur, juramento pollueretur. Sed illa ratio omnino inepta eſt, ut illa quæ in *fin. c.* 2. indicatur ex *Matth.* 5. ubi non tantum diſcipulis ſuis Chriſtus dixiſſe videtur, ſed omnibus fidelibus, ne temere jurarent. Utique Sacerdotes vel Epiſcopi tenentur ad illuſtrandam Dei gloriam, ergo etiam ad jusjurandum, quod vel Magiſtratus exigit, vel cauſæ neceſſitas, ut *lat. Theol. in loc. comm.*

Ad c. 5. & ſeqq.

De juramento purgatorio, de quo in *d. c.* 5. *& ſeqq.* dixi ex parte ad *l.* 6. §. 4. *D. de his qui not. infam.* ſed lat. ad *tit. de purgat. canon. & ad tit. ſeqq.* Scilicet reus gravatus ſuſpicionibus regulariter ſe purgare tenetur. *Exod.* 22. An ergo *c.* 14. vel etiam 15. dignus ſit palea, nullus inquiro. Sane illam purgationem, quę in veteri Teſtamento uſitata fuit *Num.* 5. nec in Eccleſiaſtico, nec in Civili foro recipiendam eſſe, conſtans Theologorum opinio eſt. An monomachia ſeu duellum, de quo *c.* 22. quandoque recipi poſſit, diſputant Theologi ad 1. *Reg.* 10. Reliqua *ad. capit.* aut inutilia ſunt, aut alibi excuſſa *lat.*

Quæstio V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Regulariter ipſi clerici convincuntur teſtimonio duorum vel trium teſtium. *d. c.* 1. Sed quæ ratio, cur ſecus ſit in præſule ſeu pontifice? Redditur hæc in *d. c.* 2. quia ſummus eſt, qui à nemine damnari poteſt. Sed tunc fruſtra movetur quæſtio de teſtibus. Sed quæ ratio rationis? Hæc in *d. c.* expreſſa eſt, quia diſcipulus non eſt ſupra magiſtrum. *Matth.* 10. *Luc.* 6. Papæ! quæ hæc Papæ ratio? Textus in *Deut.* 19. *Johan.* 8. 2 *Cor.* 13. *Hebr.* 10. generales ſunt, ergo generaliter intelligendi. *arg. l.* 8. *D. de public. in rem act.* De fama teſtium deque formula juramenti, quæ in examine teſtium obſervari debet, de quib. *d. c.* 2. *&* 3. dixi ad *tit. D. & C. de teſtib. & ad l.* 1. *C. ſi adverſus vendit.*

Quæstio VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* inique damnatus vel oppreſſus poſſit appellare, data eſt in *not. noſtr. ad l.* 1. *D. de appellat.* Ad quam ſedem Apoſtolicam, de qua *c.* 3. *& ſeqq.* fiat appellatio in Belgio reformato, dixi *ſup. ſæp.* Regulariter quidem à Conſiſtorio ad Claſſem & à Claſſe ad Synodum fit provocatio, ſed & prima inſtantia ſæpe ad ipſam Synodum inſtituitur appellatio, puta in cauſis gravioribus, ut loquitur. *d. c.* 5. Ratio, cur in *c.* 11. *& ſeq.* ei tantum cognoſcere

gnoſcere liceat de cauſa appellationis, qui appellationis judex eſt, data eſt ad *tit. D. de appell. recip.*

Ad c. 13. & ſeqq.

Pendente juſta appellatione, non eſt deponendus aut rejiciendus appellator. *d. c.* 13. Ea obedientia exhibenda eſt majoribus, quam ipſe quis exigit à minoribus *d.c.* 14. ſed quid ad hoc locus *Matth.* qui indicatur in *fin. d. c.* 14. Ad quam ſedem gravatus, de quo *c.* 15. appellet in Belgio confœderato, dixi *ſup. ſæp.* Quomodo circa judicem ſuſpectum, de quo *c.* 16. agendum ſit, dixi ad *l.* 16. *C. de judic.* Ergo nec de palea *c.* 17. ſolicitus ſum.

Ad c. 18. & ſeqq.

Si *d. c.* 18. ſimpliciter accipiatur ſeu in genere, tunc manifeſte pugnat cum §. *ult. Inſt. de perpet. & temp. act.* Sed *Gloſſ.* accipit de eo, qui in ſæcularibus ante ſententiam latam appellare voluit. Sed quæ ratio differentiæ? Aut dicendum eſt, eandem exceptionem, quam proponit *d. c.* etiam de jure civili admittendam videri, ut *lat. ad l. apertiſſ.* 16. *C. de judic.* Contumaci denegatur communicatio in *c.* 19. Sed nec temere quis contumax dicendus eſt, nec temere excommunicandus, ut *ſup. notat. aliquot. & lat. ad c.* 20. Ratio, cur in *c.* 20. liceat appellare etiam in criminalibus, data eſt in *not. noſtr. ad l.* 6. *D. de appellat.*

Ad c. 21. & ſeqq.

In caſu *d. c.* 21. potius ſequendum eſſe reſcriptum Imp. in *d. l.* 16. *C. de judic.* ſignificavi ad *d. c.* 18. Illud tempus, de quo *d. c.* 22. hodie non ſervari, notavi ad *tit. D. quand. appell.* Credo etiam *d. c.* 23. irrepſiſſe, cum ex *l.* 1. D. *ſi quis caut.* deſumtus extra rem, aut ſaltem extra mores videatur, ut lat. in *noſt. ad d. l.* 1. De Apoſtolis ſeu literis dimiſſoriis, de quib. *d. c.* 24. dixi ad *tit.* D. *de libell. dimiſſ.* Appellationes, quæ fiunt moræ cauſa, non admittuntur. *d. c.* 15. quod tunc demum procedere exiſtimo, quando manifeſte de calumnia conſtat, ut *ſup. ſæp.*

Ad c. 26. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 26. fructus ſequeſtrandi ſint, haud obſcura eſt in *ipſo d. c.* Sed de jure Civili & Moribus appellationem non admitti in cauſis poſſeſſoriis, dixi ad *l. ult.* D. *de appell. recip.* Hodie quoque illam pœnam quadrupli, de qua *c.* 27. in uſu non eſſe, dixi ad §. *Inſt.* 1. *de pæn. tem. litig. & alib. ſæp.* Uſum *cap.* 28. quod deſumtum eſt ex *Nov.* 23. indicavi ad *tit.* D. *quand. appell. & ad tit C. de temp. & reparat. appell.* Excuſſio *d. c.* 9. qui depromptus eſt ex *l.* 1. §. *ibid.* 5. *D. quand. appell.* facta eſt in *not. noſtr. ad d.* §. 5. ut & (ut non videar acta agere) excuſſio *c.* 30. qui excerptus eſt ex *l.* 1. D. *de recip. appellat.* Item excuſſio *d. c.* 31. qui originem traxit ex *l. un.* D. *de libell. dimiſſ.*

Ad c. 32. & ſeqq.

Illam excommunicationem *d. c.* 32. nimis rigidam videri, indicavi ad *d. c.* 18. *& ſeqq.* Si *c.* 33. accipiatur de eo caſu, quando convenit, ne à ſententia judic. elector. daretur appellatio, recte procedit *d. c.* 33. ſed alias non temere videri renuntiatum juri appellationis vel reductionis, probavi plurib. ad *tit. de recept. qui arbitr.* An ergo in *c.* 34. particula negativi inerenda ſit, nullus attendo. Videſis tamen *Gloſſ.* ad *d. c.* Quando & quoties in Belgio confœderato appellatio, de qua, *c.* 35. *& ſeq.* concedenda ſit inter perſonas Eccleſiaſticas, dixi *ſup. aliquot.*

Ad c. 35. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 31. appellationis ſententia non debeat obeſſe priori judi-

judici, hæc eſt; quia quilibet pro ſua conſcientia ſententiam pronuntiat, niſi ſit in dolo. *d. c.* Ratio, cur in *c.* 38. præſes vel cognitor non poſſit eſſe teſtis, vulgaris eſt in *l.* 10. D. *de teſt.* Si *d. c.* 39. accipiatur de eo caſu, quo quæſtio movetur de appellatione tertia, recte datur conſilium, ut potius eligantur judices, à quorum ſententia ex acto non detur appellatio, ut *lat. ad tit. C. ne liceat in una ead. cauſ. tert. provoc.* An & quando in cauſis capitalibus, de quib. *d. c.* 40. procurator admitti poſſit, dixi ad *l.* 3. *C. de accuſat. & alib. ſæp.* De anno & biennio, de quib. in *c.* 41. dixi ad *l.* 2. *& auth. ſeqq.* C. *de temp. & reparat. appellat.*

Quæstio VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. laicus non poſſit eſſe teſtis, contra Epiſcopum? Quo loco prohibetur? Sane ratio in *d. c.* expreſſa longe petita eſt, imo inepta eſt. Quæ enim illa conſequentia? Deus ſæpe Rectores populi punit propter peccata populi, ergo unus ex populo non poteſt eſſe teſtis adverſus rectorem populi, vel non poteſt accuſare clericum. *c.* 2. *&* 3. Quin ipſi anathematizati, de quib. *c.* 4. aliquam fidem mereri poſſunt, ut lat. ad *c.* 22. *& in noſtr. ad tit. de teſtib.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Rationes in *d. c.* 5. *& ſeqq.* expreſſas non eſſe ſufficientes, dixi ad *d. c.* 1. *& ſeqq.* Quin ipſum *cap.* 7. confirmat ſententiam noſtram, licet abeſſe dicatur à pleriſque antiq. exempl. Quouſq; Eccleſiæ miniſtri, de quib. *c.* 8. noſtris Epiſcopis obedire debeant, dixi *ſup. ſæp.* Sane hos per quemlibet accuſari vel deferri poſſe, nemo dubitet. Et quæ ratio quæſo in *c.* 6.? Cham *Geneſ.* 9. non operuit pudenda patris, ergo unus ex fidelibus non poteſt Epiſcopo inferre accuſationem, hoc eſt, contumeliam, ut eam vocat Pontifex in *fin. d. c.* Sed minor non debet accuſare majorem. *c.* 10. *& ſeqq.* & vitia proximorum potius tegenda, quam detegenda ſunt. *c.* 12. Sed quid hæc ad rem, vel contra ſententiam noſtram? Si in cauſa fidei ovis paſtorem accuſare vel deferre poſſit *c.* 13. cur non etiam in aliis cauſis, quæ vel Eccleſiæ vel Reipub. ſalutem ſpectant?

Ad c. 14. & ſeqq.

Duram eſſe illam præſumptionem, qua in *d. c.* 14. omnes laici præſumuntur oppido infeſti Epiſcopis, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sed ipſe Chriſtus in *c.* 15. Sacerdotes peccantes ejecit, ergo non poſſunt accuſari per illos. Quinimo tangit pupillam oculi Dei, qui tangit Prophetas. *d. c.* Sed quid hæc ad rem faciunt? Quid non quærit ſuperbia, quando ſupra modum cæpit ſuperbire? Per me licet, ut primo juxta *c.* 16. Epiſcopus familiariter conveniatur & admoneatur, & etiam æſtimatio prius excutiatur. *c.* 17. *& ſeq.* ſed accuſatio nuſquam prohibita eſt.

Ad c. 19. & ſeqq.

Per me licet, ut non temere admittatur accuſatio adverſus Epiſcopum, ſed hoc minime probat locus *Exod.* 13. vel locus *Apoſt.* 1. *Tim.* 5. in *d. c.* 19. indicatus, ut cuilibet ingenue judicanti apparet. Ob ſolam Epiſcopi conventionem, vel aliam leviorem cauſam nequaquam accuſatorem ſeu delatorem privandum eſſe communione, manifeſte probatur ex *d. c.* 23. Sed nec temere quemlibet accuſatorem admittendum eſſe, præſertim ſi de perverſitate accuſatoris

cuſatoris conſtet, ulterius probatur ex *c.* 21. *& ſeq.* ſed locus *Johan.* 18. in *d. c.* 22. allegatus nihil ad rem facit, niſi quod evincat contra *d. c.* 1. *& ſeqq.* ipſum Epiſcopum teſtimoniis convinci poſſe. An & quatenus infames, de quib. *c.* 23. fidem mereantur in ſuis teſtimoniis, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 24. & ſeqq.

Per me quoque licet, quia jure licet, ut apoſtatarum ſimiliumque, de quib. *d. c.* 24. *& ſeq.* tiſtimonia ſint dubia & ſuſpecta, ſed male in *dd.* capit. in totum rejiciuntur, cum ex illis ſæpe aliquid veritatis elici poſſit, ut *ſup. notat.* Si hæreticus in *c.* 26. teſtis adduci poteſt pro orthodoxo, quidni etiam contra orthodoxum? Vide *not. noſtr. ad l.* 17. *C. de teſtib.* Interim recte in *c.* 27. dicitur delicta quædam toleranda eſſe, quæ quis publicis documentis probare non poteſt, ut *ſup. & demonſtrat. ſæp.* Sane varias gloſſas, quæ *d. c.* 27. ſubjectæ ſunt, mihi ridiculas videri, ſignificavi *ibid. ſup. ſæp.* Quinimo pontificii mihi ludere videntur in multis locis SS. Scripturæ interpretandis. Somniant involucra, quæ ſano cerebro non conveniunt. Extra mentem & voluntatem Spiritus Sancti plurimos textus explicant, ut videantur ſubtiles aut ſpirituales in ſenſu S. Spirit. inveſtigando.

Ad c. 28. & ſeqq.

Apoſtolus Paulus 1 *Tim.* 5. non ſimpliciter prohibet ſeniorem increpare, licet hoc ſcripſerit Gregorius in *d. c.* 28. ſed ut bene animadverterunt noſtri Interpretes, Doctor gent. vetat increpationem acerbam, non vero omnem aut paternam, ut patet ex ipſo *verſ.* 1. *d. c.* 8. Poſſe tamen ſeniores ob graviora delicta gravius increpari, ut etiam docet *d. c.* 28. nemo negat. An ergo loca SS. Script. in *d. c.* denotata ad rem faciant, nullus animadverto, ut nec ad loca, quæ in *c.* 29. *& ſeq.* indicantur; quia etiam certum eſt, non officium aut dignitatem facere Epiſcopum, ſed ipſam vitam, quæ ſola reverentiam inducit.

Ad c. 31. & ſeqq.

Quo caſu docti ab indoctis, vel clerici à laicis, de quib. *d. c.* 31. reprehendi & accuſari poſſint, ſignificavi *ſup. aliquot.* Qui officio Epiſcopi non fungitur, non epiſcopus, ſed potius canis impudicus dicitur *d. c.* 32. Paulus reſiſtit Petro *Gal.* 2. ergo minor non poteſt accuſare majorem. Deum immortalem, quæ hæc in *c.* 33. conſequentia? Sed Paulus fecit hoc fiducia electionis, ſciens ſe non eſſe imparem. *Gloſſ. d. c.* ſed quid non facit animus præjudicio correptus? Liceat ergo dictum argumentum retorquere hoc modo: ſi Paulus auſus eſt reſiſtere Petro, id eſt Apoſtolorum Principi, ut illi ajunt, quidni laicus clerico? De vita, quæ majorem facit in *c.* 34. dixi *ſup. aliquot.*

Ad c. 35. & ſeqq.

Hanc comparationem, quæ fit in *d. c.* 35. inter Apoſt. Petr. & Cyprianum, laborare aliquo faſtu, aut ſaltem injuſtitia in gradib. dignit. notavi *ſup. ſæp.* Patri etiam inique agenti, de quo in *c.* 36. honorem à filio exhibendum eſſe, ſignificavi ad *c.* 28. *& alib.* Fruſtra in *c.* 37. quæri, an & quatenus Petrus & Paulus æquales fuerint meritis, ſed inæquales in gradu dignitat. notavi *ſup. aliquot.* Reliqua *d. c.* 37. excuſſa ſunt *alib.* Utrumque canon. ſcilicet. *& c.* 38. *& c.* 39. cenſura dignum videri, non tantum noſtra *præced.* evincunt, ſed & ipſe *Gloſſat. ad. d. c.* 39. Sane reſponſio, quæ eſt in *c. ſeq.* 40. non ſolvit objectionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ctionem, quæ ibidem indicatur ex *Act.* 11. ubi fideles Petrum perſtringunt.

Ad c. 41. & ſeqq

Factum, quo ſe Pontifex in *d. c.* 41. *& ſeq.* commiſit judicio Imperatorio, non ſolum laudabile cenſeo, ſed etiam neceſſarium. *Rom.* 13. ut *alib. lat.* De gloſſis ergo, quæ *d. c.* 41. ſubjecta ſunt, ſolicitus non ſum. Sane multas ex illis inſuetas & inſanas eſſe, nemo ſanæ mentis inficiabitur. Factum ſubditorum, de quo *c.* 33. *& ſeq.* ſententiam noſtram confirmat, ut & *c.* 45. ubi ſubditi prælatos accuſare poſſunt. Sed quomodo hæc conveniunt cum præcedentibus? Quinimo ſubditi in *c.* 46. *&* 47. invitantur ad correctionem Prælatorum, præſertim ſi graviora quædam delicta perpetrata dicantur. *d. c. & ſup. ſæp.* Si clerici in *c.* 47. *& ſeq.* exceſſum Epiſcopi teneantur deferre, quæ quæſo ratio differentiæ in aliis fidelibus? Recte tamen primo excutitur fides vel exiſtimatio teſtium, ut in *c.* 49. *& ſup. ſæp.*

Ad c. 50. & ſeqq.

Quibus documentis & qualitatibus, de quib. *d. c.* 50. *& ſeqq.* debeat eſſe inſtructus accuſator, ſignificavi *ſup. aliquot.* Reliqui canon. aut excuſſi ſunt, aut inutiles ſunt, ut cuilibet Lectori ex *præced. noſtr.* conſtat.

QUÆSTIO VIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* olim accuſator debuerit inſcribere in crimen talionis, data eſt in *not. noſtr. ad tit.* D. *&* C. *de accuſat. & inſcrip.* ubi etiam ratio reperitur, cur accuſator debeat eſſe præſens, atque etiam accuſatus. Latiorem explicationem *c.* 2. qui deſcriptus eſt ex *l. ult. C. de probat.* videre licet in *noſtr. ad eand. l. ult.* Latiorem explicationem *d. c.* 3. videſis in *noſtr. ad l. ult. C. de accuſat.*

CAUSA III.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1 *& ſeqq.* Epiſcopo ſpoliato non poſſit objici crimen, antequam ei res ſuę reſtitutę ſint, data eſt in *noſtr. ad l. ult.* §. 2. *C. de compenſat.* An *c.* 3. recte extendatur ad laicos, ſignificavi ad *l.* 1. §. 6. *D. de vi & vi arm. Gail.* 2. *obſ.* 75. Qui vim patitur, magnum cruciatum ſuſtinet. *d. c.* 4. An tamen excommunicandi videantur, qui ſacerdotibus opprobrium intulerunt. *c.* 5. arbitrio Judicis Eccleſiaſtici committo, ſed benigniori, ut *ſup. ſæp.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Tempus illud, de quo *d. c.* 1. rectius ſtatui arbitrarium, ſignificavi *alib. ſæp.* Faciunt ad hoc *c.* 2. *& ſeqq. quæſt.* 3. ſed primum ejecto Epiſcopo, poſſeſſiones reſtituendæ ſunt. *c.* 2. quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos opponere debemus. *c.* 3. ſed proprior ratio indicata eſt ad *d. c.* 1. *quæſt.* 1. Qui loca expulſorum fœditate invaſit, ille dejicitur & fit infamis. *c.* 4. Certum illud tempus, de quo *c.* 5. *& ſeqq.* hodie in uſu non eſſe, aut ſaltem arbitrarium videri, notavi ad *d. c.* 1. Quid juris habeat Epiſcopus, de quo *c.* 7. quamdiu res oblatæ non ſunt reſtitutæ, dixi *ſup. aliquot,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ut & hoc, quod in *c.*8. non poſſit vocari ad cauſam, antequam reſtitutus eſt. Ab adminiſtratione tamen removendus eſt, qui res Eccleſiæ diſpergit. *c.*9.

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Venienti ad judicium non ſunt denegandæ induciæ à Lege indultæ. *d. c.* 1. De tempore, quod laicis tribuitur in *c.* 2. dixi ad *l.* 4. D. *ad l. Jul. de adult.* Sane delationes rectius arbitrarias ſtatui, probavi ad *tit. D. & C. de delat.* ſed & ipſum tempus 6. menſ. de quo *d. c.* 2. *& ſeqq.* arbitrarium videri, aut ſaltem extendi poſſe, manifeſte patet ex ipſis *dd. can.* Forſan tamen non male ſtatuitur certum tempus ſub pœna pecuniaria, ſed male tamen ſub pœna denegandæ defenſionis, quæ in æternum competere, aut ſalva eſſe debet, ut *alib. lat.*

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Infideles vel infames anathematizati, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* non plane ab omni teſtimonio & accuſatione excludendos eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Verum tamen eſt, quod ipſorum accuſationes aut delationes non veræ aut legitimæ, quæ plenam fidem merentur, ut *lat. ad l.* 3. *D. de teiſtb.* De differentia excommunicationis & anathematizationis dixi *ſup. ſæp.*

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & ſeq.

An & quando teſtes domeſtici vel inimici, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* admitti poſſint, ſatis ſuperque me indicaſſe exiſtimo in *præced.* Recte quidem illorum teſtimonia ſuſpecta videri poſſunt ob ration. in *d. c.* 2. 3. *&* 12. expreſſas, ſed qui omni modo vult inquirere in cauſæ veritatem, neminem temere repudiare debet à teſtimonio, quod facile ſine infamia alicujus audiri poteſt. Nec hodie tanta ſanctitas in Epiſcopis, quanta fuit in Apoſtolis. Cur ergo in *c.*8. ſimplex alienigena removetur ab accuſatore Epiſcopi? Sed de Loth ſcriptum eſt *Geneſ.* 19. ingreſſus es ut advena &c. Dico voces eſſe Sodomitarum, & ideo nulla ex illis conſequentia, niſi contraria, ut nos *lat. ad tit.* D. *& C. de teſtib.* ubi iſtæ leges ſæculares, de quib. *dd. can.* cum uſu excuſſæ ſunt.

QUÆSTIO VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ult.* cauſa ventilanda ſit in illo loco, ubi crimen commiſſum dicitur, hæc videtur; quia & ibi puniri debet, & melius ibid. in crimen inquiritur. Altera pars *d. c.* 1. quæ eſt de pœna talionis aut deſcriptionis, hodie vix uſum habet, ut notavi ad *tit. de accuſat. & inſcript. & ad l. un. C. de famoſ. libell.* De induciis, de quib. *c.* 3. dixi ad *quæſt.* 3. De appellatione ad ſedem Apoſtolicam ſeu ſynodum, de qua *c.* 4. *& ſeqq.* dixi etiam *ſup. ſæp.* Sane Paſtores noſtri nec in conſiſtoriis, nec in claſſibus volunt videri judices pedanei, ut comprovinciales & metropolitani in *c.* 7. *& ſeq.* ſed ſententiam pronuntiant cum effectu, niſi provocatum ſit. Reliqua de primatu Eccleſ. Rom. de quo *c.* 9. *& ſeqq.* dixi *ibid. ſup. ſæp.* Summa tamen ex *c.* 10. hæc eſto: Eccleſia quandoque tolerat pro pace, quæ alias toleranda non ſunt, ſed oppreſſis Synodus ſuccurrere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſolet. *c.* 11. De peregrinis, de quib. *c.* 12. *&* 13. dixi ad *d. quæſt.* 5. An & quando leges ſæculares, de quib. *c.* 15. permittant reum conveniri coram aliis judicibus quam ordinariis, dixi ad *l.* 1. *& ſeqq. D. de judic.* Reliqua in *reliq. can.* excuſſa ſunt in *anteced.*

QUÆSTIO VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* infamis non poſſit eſſe cognitor vel judex, data eſt ſæpe ad *tit. de judic.* De procuratoribus & advocatis, de quib. etiam in *dd. can.* dixi ad *tit. de procurat. & ad tit. D. & C. de poſtul.* De advocatis fiſci dixi ad *l.* 2. *C. de adv. fiſc.* De arbitrio dixi ad *tit. D. & Cod. de recept. arbitr.* Reliqua de infamia videre licet in *noſt. r ad tit. C. ex quib. cauſ. inf. irrog.* Summa cæterorum *canon.* hæc eſto: accuſatores vel accuſationis judices eſſe non poſſunt, qui vel majori vel pari crimine laborant. Quo facit locus *Johan.* 8. in *c.* 3. ſed loca in *c.* 5. nobis minus ad rem facere videntur. Proprius ad rem illud *Salluſtii*, qui in alium dicere paratus eſt, carere debet omni vitio.

QUÆSTIO VIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quod recte in *d. c.* 1. *& ſeqq.* accuſatores debeant carere ſuſpicione, ut videantur omni exceptione majores, notavi *ſup. aliquot.* Sed ratio ſubjecta videtur peregrina, & nullo modo fundata in *l. pen. C. de ſentent. omn. jud.* ut facile videre eſt ex *not. noſtr. ad d. l. fin.* An & quando abſens judicari vel accuſari poſſit, de quo in *fin. d. c.* 1. lat. ad *quæſt. ſeq.* An & quomodo liceat plures judices requirere quam tres, ſignificavi etiam *ſup. ſæp.*

QUÆSTIO IX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* abſens nec damnari, nec accuſari poſſit, cuilibet obvia eſt ex *Act.* 19. *&* 25. *& noſtr. ad l.* 5. *D. de pœn.* Sed ſi in *fin. c.* 9. perſona minus digna admittitur ad accuſandum crimen læſæ Majeſtat. cur ſecus eſt in aliis, præſertim ſimilibus? De exceptione, quæ eſt in *c.* 10. *&* 14. ob contumaciam vel negligentiam abſentis, dixi etiam ad *l.* 5. *de pœn. & ad tit. de accuſat.* De teſtib. de quib. *c.* 15. *& ſeqq.* dixi *ſupra ſæp.*

QUÆSTIO X.

Ad c. 1. & ſeqq.

Sane non multum fidei mereri, qui in *d. c.* 1. deficit in uno crimine probando, recte conſtitutum cenſeo, ſed eundem ſtatim ab omni alia accuſatione aut delatione excludendum eſſe, ſupra improbavi *ſæp.* An excluſio ejus, de quo *c.* 2. recte aut pie uſque ad exitum præſcripta ſit, ſignificavi *ibid. ſup. ſæp.* Illa exceptio, quæ eſt in *c.* 3. confirmat ſententiam noſtram, de qua ad *d. c.* 1. & lat. *noſtr. ad tit. de except. rei jud.* Adde *not. ad quæſt.* 1. *& ſeqq. c.* 4. *quæſt.* 6.

QUÆSTIO XI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur accuſati in *d. c.* 1. *& ſeqq.*

ſeqq. nec accuſatorem, nec alium accuſare poſſint, niſi ſe prius purgaverint, ſubjecta eſt *c.* 3. ſed nimis generalis, ut patet ex *noſtr. ad l.* 29. *C. de his qui accuſ.* quæ in *c.* 2. repetita eſt, ſed minus caute, cum ne quidem in Eccleſia Romana talis accuſatio recepta ſit, de qua *d. l.* 19.

CAUSA IV.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. ille, qui perſeverat in excommunicatione, non debeat admitti ad accuſationem, hæc videtur; quia ſimilis eſt ei, qui infamiæ maculis aſperſus eſt *d. c. in fin.* Sed hæc ratio potius ſuſpicionem, quam remotionem inferre videtur, ut *ſup. not. ſæp.* An ergo *c.* 2. loquatur de quolibet excommunicato, vel an excommunicatus aut ſciſmaticus proprie dicatur hæreticus, qui nec teſtificari, nec accuſare poſſit orthodoxum, parum attendo.

QUÆSTIO II. & III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. non poſſit eſſe teſtis, qui non poteſt accuſare, ſignificata eſt *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *fin. d. c.* impubes non poſſit admitti ad teſtimonium, data eſt in *noſtr. ad l.* 3. §. 6. D. *de teſtib.* An *c.* 2. palea dignus ſit, nullus inquiro, niſi quatenus teſtis in *d. c.* debeat eſſe jejunus, modo non ſit ſemipotus. Omnes illæ leges, quæ in *c.* 3. indicantur & repetuntur tum ex D. tum ex C. de teſtibus excuſſæ ſunt à nobis cum uſu & cenſura quorund. nævor ad *dd. titt.*

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* nemo poſſit ſimul eſſe accuſator & teſtis vel judex, ſubjecta eſt *ibid.* ſed inſcriptionem illam, de qua in *fin d. c.* 1. hodie in uſu non eſſe, dixi *ſup. ſæp.* An & quatenus hodie judex, de quo *c.* 4. in crimen ſuſpicionis incidat, quando vel accuſator vel teſtis ex ipſius domo producitur, ſignificavi etiam *ſup. ſæp.*

QUÆSTIO V.

Ad c. 1.

Qui impeditus non venit, non poteſt ſuſpendi à communione *d. c.* 1. quod ſententiam noſtram, qua omnem temerariam excommunicationem damnamus, mirum in modum confirmat. Reliquas pœnas contumaciæ allegavi quoque *ſup. ſæp.* Scilicet nec temere quis excludi debet à defenſione, quæ jure naturæ competit.

QUÆSTIO VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Excuſſio *d. c.* 1. *& ſeqq.* qui coincidit cum *c.* 3. *quæſt.* 10. adamuſſim facta videtur in *not. noſtr. ad c.* 3. Sane ſi accuſator culpabilis poteſt admitti in cauſa propria civili, ergo & in criminali, cum Reipub. interſit, ut delicta innoteſcant & puniantur. *l.* 18. D. *de injur. & l.* 51. D. *ad l. Aquil.*

CAUSA V.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Auctor famoſi libelli flagellatur, excommunicatur, anathematizatur. *d. c.* 1. *& ſeqq.* An tamen hæc mitior pœna pugnet cum *c.* 19. *Deut. v.* 19. aut cum *l. un. C. de famoſ. libell.* dixi cum uſu ad *d. l. un.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qui non eſt citatus, non tenetur reſpondere accuſatori, licet præſens ſit. *d. c.* 1. qui latius excuſſus eſt ad *tit. D. de in jus voc.* ſed tempus aut ſpatium, quod in *c.* 2. definitum eſt, hodie nec in Eccleſiis noſtris, nec in civilibus Curiis obſervari, ſed potius arbitrarium eſſe, notavi ad *l.* 68. *& ſeqq. D. de judic. & alib.* Ratio, cur in *c.* 3. accuſator non poſſit accuſare per ſcripturam, data eſt *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 4. ejecti non teneantur venire, aut non poſſint vocari ad Synodum, niſi primo reſtituti, data etiam eſt *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *d. c.* 4. prius, vel in ipſa vocatione cauſa exprimenda ſit, partim in *d. c.* expreſſa eſt, partim in *not. noſtr. ad l.* 1. *D. de edend.*

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Epiſcopus in *d. c.* 1. *& ſeqq.* poteſt ſe per legatum aut advocatum defendere, aut ſaltem excuſare, niſi fuerit contumax, de quo *ſup. ſæp.* Sed cur in criminalibus, non licet reo ſe defendere per procuratorem *c.* 2.? Videtur Pontifex *d. c.* 2. deſcripſiſſe ex *l. pen. D. de pub. judic.* ſed mirum eſt, quod Papa non animadverterit in nævum *d. l.* de quo *nos lat. ad eand. in not. & ad l.* 32. §. 2. *de procurat. & ad l.* 3. *C. de accuſ.*

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Epiſcopus criminationibus pulſatus non poteſt damnari aut audiri, niſi Synodus legitime convocata ſit. *d. c.* 1. De teſtibus 12. de quib. *c.* 2. dixi *ſup. ſæp.* ut & de ordine procedendi, qui in noſtris Eccleſiis ſervatur. In cauſarum autem cognitione, non debent adhiberi contentioſi. *c.* 3. nec concilium riſu aut tumultu conturbandum eſt. *d. c.* 4.

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & ſeqq.

An, quomodo & quando liceat vel oporteat crimen proximi indicare, de quo caſu *d. c.* 1. *& ſeqq.* ſignificavi *ſup. aliquot.* Quæſtio mere Theologica eſt, & ideo nullus inquiro, an illa loca SS. Script. quæ in *dd. can.* indicantur, ad rem faciant. Sane malevolus delator ſtatim non eſt, qui aliena crimina indicat, niſi ex odio vel nimia facilitate. *d. c.* 4. *& ſeqq.* Plura de fraterna correptione apud *Ameſ. de conſc. lib.* 5. *c.* 9.

QUÆSTIO VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quomodo *d. c.* 1. *& ſeqq.* conciliari poſſint cum *canonib. quæſt.* 1. non ſum ſolicitus, cum pœna ejus, qui temere crimen detulit, videatur hodie arbitraria. Sane non quemlibet delatorem, licet ex invidia detulerit,

capite plectendum eſſe, evincunt *noſtra ad l. un. C. de famoſ. libell.* contra *d. c.* 5. Reliqua, quæ ſunt de pœna Eccleſiaſtica, ſeu de excluſione communionis, excuſſa ſunt *ſup. ſæp.*

CAUSA VI.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quomodo Presbyter vel Epiſcopus accuſari poſſit à criminoſis, de quib. in *d. c.* 1. *& ſeqq.* ſignificavi *ſup. ſæp.* Quænam ſint iſtæ leges ſeculi, quas indicat *d. c.* 2. ſatis conſtat ex *not. noſt. ad tit. de his qui not infam.* Sane rationes in *dd. can.* allegatæ & indicatæ vix ad rem faciunt, ut cuilibet ſubactioris judicii facile apparet. Quæ ratio ergo, cur in *c.* 5. accuſator Epiſcopi debeat eſſe coæqualis? Certe hoc difficulter probatur ex *Johan.* 8. *v.*7. vel ex 1. *Corinth.* 4. ſed nec ex aliqua lege civili probari poteſt (licet hoc affirmet Pontifex in *fin. d. c.* 8.) quod minor non poſſit accuſare vel deferre majorem, ut *lat. ad tit. de accuſat.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 6. teſtis debeat habere uxorem & filios, nulla dari poteſt, & ideo varie *d. c.* explicatur. Si *c.* 7. *& ſeq.* accipiantur de accuſationibus, quę ex invidia originem habent, haud dubie ſuſpecta videri debent, ut *not. ſup. ſæp.* Sed quomodo ſacerdos in *pr. c.* 8. dicitur proprio ore Corpus Domini conficere? Vel quomodo ordinationem Dei improbat, qui improbum accuſat? Vel quæ ratio in *dd. can.* 7. *&* 8. diſcipulus non eſt ſupra magiſtrum *Matth.* 10. ergo ſubditi vel alii pravæ vitæ homines Epiſcopum pravum accuſare non poſſunt? Sed tamen linguæ malorum ex ordinatione Dei ſæpe excitantur, ne fideles nimis confidant de propriis viribus. *c.* 10. *& ſeq.*

Ad c. 12. & ſeqq.

An in *d. c.* 12. presbyteri recte dicantur ſpirituales, nullus inquiro, ſed nullus video, cur non poſſent accuſari à criminalibus, modo non ſint iniqui ſubditi, de quibus forſan *c.* 13. Sane qui nocet, ſapiens non eſt. *c.* 14. Sed cur detractatores Epiſcoporum in *c.* 15. ſint deteriores raptoribus, nullus video, cum Epiſcopi non habeant ſanctitatem, quam ſibi tribuunt. Quid ergo ad rem locus ex 1. *Johan.* 3. indicatus in *c.* 16.? An illi merito in *c.* 17. referantur inter infames, qui traditionibus patrum ſe opponunt, notavi *ſup. aliquot.*

Ad c. 18. & ſeqq.

Pœnam illam perjurii, de qua *d. c.* 18. in noſtris Eccleſiis arbitrariam videri, notavi *ſup. ſæp.* Quænam ſervetur in foro civili, dixi ad *l.* 13. §. *ult. D. de jurejur. volunt. &c.* Si Pontifex in *c.* 19. auſus eſt confugere ad leges ſæculi, quæ prohibent accuſationem Epiſcoporum, cur non etiam admittit leges, quæ accuſationem ipſorum infamium aliquo ſaltem modo aut temperamento admittunt? Si infames in cauſa hæreticorum audiri poſſunt. *c.* 20. cur ſecus in orthodoxis, qui probabiliter accuſantur? Cur in *c.* 21. an hæreticus neſciens gravius peccet, quam ſciens avarus, aut catholicus peſſimis moribus præditus? Scilicet in crimine læſæ majeſtatis multa ſunt ſingularia, & ideo *duæ* ll. ex *tit. C. ad l. Jul. majeſt.* repetitæ ſunt in *c.* 22. *& ſeqq.* Sed & mirum eſt, cur pontifex non animadverterit in illa vitia, quæ in *d. l.* 4. *&* 6. *Cod.* continentur. Vide *not. in diſp. noſt. ad eaſd.*

QUÆ-

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d.c.* 1. *& ſeqq.* ne quidem Epiſcopo retorquenti accuſationem, vel objicienti crimen plena habeatur fides, data eſt *ſup. ſæp. ex noſtr. ad l.* 9. *C. de teſtib.* Quo ordine autem, quove in loco probatio fieri debat, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* An interim Epiſcopus, qui non probat crimen, quod objecit, coercendus ſit à communione, de qua *c.* 3. dixi *ſup. ſæp.*

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quatenus *dd. can.* agunt de archiepiſcopis, vel aliis primatibus in Eccleſia, nullum uſum in noſtris Fccleſiis habere intelliguntur, ſed membrum hujus Eccleſiæ, non poteſt judicari ab alia Eccleſia. *arg. d. c.* qui reſpicit *Deut.* 23. ſed rectius confirmatur ex *l. ult. D. de juriſdic.* Reliqua de numero Civitatum, quę Provinciam conſtituant, vel de numero teſtium apud Reformatos, plane inutilia ſunt. An ergo *c. ult.* palea dignus ſit; nullus inquiro.

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quando comprovinciales ſeu correſpondentes Epiſcopi aut Presbyteri inter ſe diſſentiunt, plures ex aliis provinciis convocandi ſunt. *arg. d. c.* 1. *& ſeqq.* Abſolutum tamen Epiſcopum in ſua Eccleſiâ non debet ulterius judicari ab alia Eccleſia. arg. *c.* 6. niſi tamen major auctoritas aliter judicet. *c.* 6. quæ aliquando ex juſta ratione judicium renovare poteſt. *c.* 7. Reliqua de metropolitanis inutilia ſunt.

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & 2.

Ratio, cur in *d. c.* 1. reo non incumbat probatio, quod reus non ſit, quando accuſator vel actor non probavit, datur in *c.* 2. *ſeq.* qui deſcriptus eſt ex *l.* 23. *C. de probat.* ubi *nos lat.* Sed quid dicendum, ſi publica fama reum vexet? Vide *not. noſtr. ad c.* 5. *cauſ.* 2. *q.* 5. *& not. noſtr. ad l.* 6. §. 3. *D. de his qui not. infam. & not. noſtr. ad l.* 4. *C. de edend. & ad* §. 1. *Inſt. de act.*

CAUSA VII.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Nequaquam quælibet ægritudo corporis privat Epiſcopum ſuo honore, aut beneficiis. *d. c.* 1. 3. *&* 4. ſed non male alius ſæpe adjungitur coadjutor. *c.* 12. *& ſeqq.* Ratio prioris reddita eſt in *c.* 2. *ſeq.* Nullus eſt Epiſcopus, qui viventi Epiſcopo ſubſtitutus eſt. *c.* 5. *&* 6. *&* 10. Sed quomodo nullus ſit, aut in Eccleſia non ſit, qui pacem cum Epiſcopo non habet. *c.* 7. nullus video, niſi *d. c.* accipiatur de eo, qui Eccleſiæ obrepſit, ut *ſup.* Periculoſum eſt cædere juri à Deo conceſſo. *c.* 8. qui confirmatur *Geneſ.* 25. Sciſmaticorum cenſuram & pœnam, quæ in *d. c.* 9. denotantur ex variis Sacris Paginis, hodie res arbitrarias videri, notavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 11. non liceat Epiſcopo dimitttere ſuam Eccleſiam, expreſſa eſt *ibid.* ſed an & quomodo ipſe Epiſcopus in *fin. d. c.* dicatur Legatus Dei & preco veritatis, excuſſi *alib. ſæp.* Excuſſio *c.* 10. 12. 13. *& ſeqq.* facta eſt in *noſtr. ad d. c.* 1. *& ſeqq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſeqq. Sacerdos ſacrificans vel adminiſtrans vicinum habeat, ne deficiat. *c*. 15. cujus ratio tamen longe petita videtur ex *Eccleſ*. 4. *v*. 10. Cœpta igitur adminiſtratio ſacramenti per ſocium abſolvi poteſt. *c*. 16. De coadjutore, de quo *c*. 17. *& ſeqq*. dixi ad *d*.. *c*. 1. *& ſeqq*. De commigratione, de qua *c*. 19. & 21. dixi ad *d*. *c*. 11. Hodie pœnam monaſterii, de qua *c*. 20. in Belgio confœderato non obſervari, ſignificavi *ſup*. *ſæp*. ubi tamen arbitraria non excluditur

Ad c. 22. & ſeqq.

De interceſſoris pœna, vel de pœna ejus, qui ad ſuam Eccleſiam redire noluit, de quib. *c*. 22. *& ſeqq*. videor dixiſſe ad *d*. *c*. 20. Ratio, cur in *c*. 25. *& ſeqq*. non liceat hanc Eccleſiam relinquere, & tranſire ad aliam, data eſt ad *d*. *c*. 11. Ergo nec in *c*. 25. *& ſeqq*. licet ad aliam tranſire, vel ſupergredi collegam, vel abeſſe diebus ſolennibus, ſed careat cathedra ſua, qui alienam appetiit. *c*. 31. & careat utraque Eccleſia, qui contemptu minoris aſpiravit ad majorem. *c*. 32. Dejiciatur etiam, qui muneribus dignitatem in Eccleſia adquiſivit. *c*. 33. Quod interdum ob utilitatem Eccleſiæ Epiſcopi mutari & evocari poſſint, probat & *c*. 34. *& ſuper*. Aliud enim eſt mutare & mutari, ſeu alia eſt cauſa neceſſitatis, alia cauſa propriæ voluntatis ex avaritia vel ſimili. *c*. 35.

Ad c. 36. & ſeqq.

Chriſtum quodammodo negat, qui Epiſcopis neceſſitatem, vel perſecutionem patientibus denegat miſericordiam. *d*. *c*. 36. ubi in *pr*. denotatur locus 1. *Reg*. 12. ſed parum aut nihil ad rem facere videtur. Quo caſu, quave auctoritate Epiſcopus, de quo *c*. 3. de Eccleſia ad Eccleſiam tranſire debeat, notavi *ſup*. *aliquot*. In proprio gradu Epiſcopum recipiendum eſſe, docet *c*. 38. Eccleſia hujus Senatus Eccleſiaſtici non poteſt diſponi auctoritate alterius. *arg*. *c*. 39. Deponatur, qui contra juſtitiæ regulam alterius locum invadere non timet. c. 40. De prælatis, de quib. *c*. 41. dixi, quod conſtituantur contra præcptum Chriſti, quod omnem hierarchiæ ſpeciem damnat. De commigratione & reditu Epiſcoporum, de quib. *c*. 42. dixi *ſup*. *ſæp*. Deciſio *c*. 45. continet proprium jus pontificis Roman. Quod tamen non temere propter levem aliquam infeſtationem liceat deſerere Eccleſiam, oſtendunt *c*. 46. *& ſeqq*.

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qui frequenti laborat morbo caduco ſeu comitiali, ille à regimine Eccleſiæ removendus aut ſuſpendendus eſt. *d*. *c*. 1. *&* 2. Quid dicendum ſit, ſi morbus rarior eſt, dixi ad *c*. 15. *q*. 1. Sed qnæ ratio, cur in *fin*. *d*. *c*. 2. non ſint exhibendæ carnes hædinæ? Reſpondit *Gloſſ*. quia dæmones provocant. Dignum patella operculum.

CAUSA VIII.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

An Petrus habuerit adjutores Linum & Cletum, ſed Clementem ſucceſſorem, de quib. *d*. *c*. 1. nullus inquiro, quum illa quæſtio nullo modo ad meum inſtitutum pertineat. Si quis tamen meam deſiderat opinionem, ego crediderim *d*. *c*. ex mera fictione conflatam eſſe, & ideo merito *c*. 2. notatur palea, ſaltem quoad rei veritatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

de qua agitur. An tamen Epiſcopo poſtea ſibi ſucceſſorem nominare juſte interdictum ſit in *c.* 3. *& ſeqq.* fruſtra apud Reformatos diſquiritur, quia apud illos non niſi legitima electio locum habet, ut loquitur *c.* 5. Deinde nulli proprie apud nos Epiſcopi reperiuntur, de quib. *dd. can.*

Ad c. 8. & ſeqq.

An in *d. c.* 8. recte dicatur diſcalceatus *arg. Deut.* 25. qui Chriſto non ſuſcitat ſemen, vel utroque pede calceatus, qui ſuſcitat, inquirere non lubet. Ut cupientibus locus in Eccleſia denegandus, ita fugientibus offerendus eſt. *c.* 6. ubi tamen varia allegantur loca ex ſacris Paginis, quæ minus ad rem facere videntur. Qui anhelat ad Epiſcopatum, non videtur obedientiæ operam dare, cum tamen locus dejectionis debeat eſſe in voto dignitatis in neceſſitate. *c.* 10. Epiſcopum etiam agere non videtur, qui præeſſe vult, ſed prodeſſe non vult. De proprietate vel originatione vocabuli Epiſcop. de qua in *pr. d. c.* dixi *ſupra ſæp.* Adde *Theolog. ad* 1. *Timoth.* 3.

Ad c. 12. & ſeqq

Quanquam ſententia *d. c.* 12. *& ſeq.* per ſe non ſit mala, tamen utrumque canonem palea dignum cenſeo, quia fabulam puto, ut *ſup. ſæp.* Itane, Petrus ſubſtituit Clementem, qui præeſſet omnibus? Credat Judæus Appella. Contra ipſum Chriſtum facit, qui ex ſola gratia gradum Eccleſiaſticum tribuit. *c.* 14. ſed quid ad hoc locus *Luc.* 10. in *d. c.* indicatus, qui vos ſpernit, me ſpernit? Ad ſacerdotium elegi debet ille, qui eſt doctior & ſanctior. *c.* 15. ſed adſtante vel atteſtante populo. *d. c. verſ. & act.* qui confirmatur. 1. *Tim.* 3. Reliqua de explicatione loci, qui eſt *Levit.* 8. abſurda mihi videntur, ſed ſubjicio me Theologis, quibus in arte ſua credendum eſt, ut *ſup.*

Ad c. 16. & ſeqq.

Gubernatio populi ei tradi debet, qui in ſe Spiritum Dei habet, quique Moyſi ſimilis eſt. *d. c.* 16. Subſtitutio ergo privata prohibetur, ſed tamen electio conceditur, modo non fiat ex favore. *c.* 17. *& d. c.* 14. Aliquando Princeps populi, ſeu Epiſcopus datur malus ob mala ſubditorum *c.* 18. qui confirmatur *Oſeæ* 8. Mercenarius eſt ille Epiſcopus, qui honorem ab hominibus appetit. *c.* 19. qui latius explicatur à Theolog. ad 1. *Phil.* 2. Electio non præficit, ſed comprobat. *c.* 20. de quo *lat. ſup.* Qui domui Dei inſerviunt, ſermone & ſcientia antecellere debent. *c.* 21. Populus aliquando judicat Epiſcopum, qui ſuo officio non fungitur. *c.* 22. Sed quid ad rem locus *Matth.* 12. Qui non novit corrigere ſuos, quomodo corriget populum. *c.* 23.? Si in ſacris Literis unica credendi pariter & vivendi regula præſcripta eſt. *c.* 14. cur inſuper tot requiruntur Eccleſiæ traditiones? Sed laicis ſufficit pictura pro doctrina. *Gloſſ. ad d. c.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

In electione Epiſcopi abſint datio muneris & patrocinia, ſed adſint vita & boni mores, qui in ſacerdote requiruntur. *d. c.* 1. Quiſque non ſuæ, ſed communi utilitati ſtudeat. *d. c.* 2.

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & 2.

In ſpeciem ſimoniæ incidit, qui futurus Epiſcopus promittit ſecuritatem

tem de reb. Eccleſiaſt. ablatis. *d. c.* 1. ſed poſt electionem poteſt jurare de indemnitate Eccleſ. rer. modo non fecerit ante electionem *d. c.* 2.

Quæstio IV.

Ad c. 1.

Ratio, cur in *d. c.* 1. clerici, ſeu membra alicujus Eccleſiæ non poſſint diſcedere à ſua Eccleſia ſeu Preſbyterio, qui ſimpliciter accuſati ſunt, ſed necdum ſententia condemnati, hæc eſt; quia accuſatio non facit criminoſum, cum à quolibet ſceleſto inſtitui poſſit. *c.* 15. *q. ult. c. ult.* ubi *lat. & ad l.* 41. *D. de ſolut.*

Quæstio V.

Ad c. 1.

Si *d. c.* 1. applicetur ei, qui ob crimen vocatus eſt ad Synodum, haud dubie quoque non debet reverti ad ſuum paſtoratum, niſi ſe purgaverit, & hoc ſynodalibus literis probaverit. An & quatenus Epiſcopi inſtituti ſint ab Apoſtolis, dixi *ſup. ſæp.*

CAUSA IX.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Excommunicatus nec recte conſecrat, nec recte imponit manus. *d. c.* 1. *&* 2. ſed quo jure vulnus videatur inflictum capiti ejus, cui ab excommunicato Epiſcopo manus impoſitæ ſunt, vel cur illa impoſitio reiteranda ſit, nullus animadverto, & ideo nec ulterius inquiro, an *c.* 2. *&* 3. digni palea ſint. Et ſane ſi ordinationes ab excommunicatis tolerantur in *c.* 4. cur non etiam præced. adminiſtrat? Scio quidem. *d. c.* 4. vulgo correctum dici per *c.* 5. aut ſaltem temperatum, ſed in veritate nec baptiſmus iterandus, nec ſimile renovandum eſt, ut *ſup. notat. ſæp.* Electio tamen irrita eſt, quæ à non catholicis facta eſt. *c. ult.*

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. non liceat alterius Eccleſiæ parochianum aut ſacerdotem judicare, ſignificata eſt in *fin.* ex *Deut.* 16. *& Prov.* 22. ſed proprior dicta eſt ſupra ex *l. ult. D. de juriſdict.* Pœna ſecus facientis eſt in *c.* 2. qui palea notatur, ſed hodie arbitraria videtur, ut in ſimilib. *notat. ſup. ſæp.* Vocatus tamen ab eo, cujus juri ſubjectus eſt, venire debet. *c.* 3. *& ſeqq.* Reliqua de miſſa ad meum inſtitutum nihil pertinent. Quid juris habeant provinciales ſynodi de quib. *c.* 9. apud Reformatos, ſignificavi *ſup. aliquot.* Summa ex *c. ult.* qui de clericis & epiſcopis Romanis, hæc eſto: ordinatus à Senatu Eccleſiaſtico alieno, ſeu minus legitimo tolerari poteſt, ſi modo ſit bonæ vitæ & ſcientiæ, quæ requiritur.

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt de Epiſcopis, metropolitanis aut aliis in Eccleſia primatibus, nullum uſum apud Belgas confœderatos habent, ſed poſſent tamen applicari Præſidibus Synod. & Claſſ. qui abſque cæteris presbyteris nihil Eccleſiaſticum decernere poſſunt, nec presbyteri ultra ſuum preſbyterium. Sed nec appellatio, de qua *c.* 16. *& ſeqq.* apud Nos conceditur ab illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

illa ſententia, quæ in Synodo pronuntiata eſt, niſi conſtet, pronuntiatum eſſe contra juſtitiam politicam, cujus cognitio & deciſio ad Magiſtratum politicum pertinet. Plura de appellat. videre licet in *noſtr. ad tit. D. de appellat.* Sane nullam Synodum, multo minus ſedem Apoſtolicam Romanam, præjudicare veritati, conſtans opinio eſt Reformatorum. Magna quidem præſumptio pro decretis Synod. ſed contraria tamen probatione tollitur. *l.* 24. *D. de probat. & præſump.*. Quomodo humiliatio illa, de qua *c.*7. conveniat cum hierarchia pontific. Rom. *ſupra & infra ſæpius* oſtentata, Aliis ulterius dijudicandum relinquo.

CAUSA X.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. *& aliq. ſeqq.* qui de epiſcopis Romanis, deque monaſteriis & altaribus, hæc eſto: omne ſacellum vel templum Dei ſub hac vel illa Eccleſia vel Claſſe ædificatum pertinet ad curam iſtius Claſſis, ſub qua ædificatum eſt. An & quæ munera, de quib. *c.* 7. *& ſeq.* Epiſcopi noſtri accipere poſſint, ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane cupiditatis ingenium exercere non oportet, præſertim ab eo, qui ſuo officio fungitur. *c.* 9. Quomodo & quando viſitationes Eccleſiarum, de quib. *c.* 10. *& ſeqq.* fiant apud Reformatos, declarant Ordinationes vel conſuetudines in unaquaque Eccleſia receptæ. Illas oblationes, de quib. *c.* 13. *& ſeqq.* à laicis (ut loquuntur) poſſideri poſſe, notavi ad *tit. C. de SS. Eccleſ. & alib.* Factæ ſunt pro peccatis, pro refrigerio animæ, ergo cum crimine læſæ Majeſtatis Divinæ, ut *lat. alib.* ſed donationes in veram Eccleſiam collatę, nullo modo in uſus profanos converti poſſunt, ut *itid. lat. ad d. tit. Cod. & ad.* §. 9. *Inſtit. de public. judic.*. Locum *Levit.* 24. qui denotatur in *c.* 15. nihil ad rem facere, aut ſaltem longe petitum eſſe, fatetur fere ipſe pontifex in *d. c.* dum ait, iſtos panes propoſit. de quib. *d. c.* 24. longe diverſos eſſe à panibus, qui in Eccleſia Romana offeruntur.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quando res Eccleſiaſticæ, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* tum veræ, tum falſæ Eccleſiæ alienari poſſint, dixi ad *l.* 14. *& auth. ſeqq. C. de SS. Eccleſ.* quæ in *dd. can.* repetitæ ſunt. Ne itaque acta agere videar, mitto Lectorem ad *not. & diſp. ad dd. ll.* unde nec de paleis aut precariis, de quib. in *dd. can.* etiam agitur, nullus ſolicitus ſum. An locus *Pauli* 1. *Tim.* 6. *v.* 8. indicatus in *c.* 7. Epiſcopis Romanis exprobet ſuas divitias & delicias, judicent Theologi, quorum hæc cenſura propria eſt.

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quale cathedraticum, de quo *c.* 1. *& ſeqq.* hodie noſtri presbyteri ſeu ſacerdotes accipere poſſint, ſignificavi ad *c.* 1. *& ſeqq. quæſt.* 1. Ad quos hodie pertineant reparationes baſilicarum ſeu templorum, de quib. etiam in *dd. capp.* ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* Epiſcopos non debere dominantes eſſe *c.* 5. *&* 6. confirmatur 1. *Petr.* 5. Prandia & convivia

Epiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Epiſcoporum non debent pauperibus damna inferre. *c. ult.*

CAUSA XI.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Hodie in Belgio noſtro contra *d. c. & ſeqq.* Epiſcopos aliosve clericos (ut vocant) poſſe conveniri coram judice ſeculari, ex *Rom.* 13. aliiſque loc. plurib. probavi *ſup. ſæp.* An ergo quidam *can. in. h. q.* digni ſint palea, nullus ulterius inquiro. Quod clericus actor non poſſit & debeat laicum debitorem convenire coram judice laico ſeu ſuo, probant *c.* 15. *& ſeqq.* An ergo & reconveniri coram eodem? Vide *not. & diſp. noſtr. ad l.* 22. *D. de judic.* Quomodo coram judice eccleſiaſtico & ſæculari puniantur illi, qui in ſuos Epiſcopos & paſtores convitia evomant, de quib. *c.* 18. *& ſeqq.* & quomodo puniantur ipſi clerici ſeu Eccleſiaſtici conjurantes aut calumniantes, de quib. etiam *dd. can.* dixi *itid. ſup. ſæp.* Tributa Eccleſiæ imponi ab Imperatore poſſe, ſtatuit ipſe Pontifex in *c.* 27. *& ſeq.* Boni quoque Paſtoris eſt curare, ne oves inter ſe committant, ſed oves, quæ ſunt membra politica vel ſubditi alicujus judicis, illi in cauſis judiciariis ſeu politicis non debent, aut non poſſunt conveniri, niſi coram eo, cui ſubjecti ſunt. De re litigioſa, de qua *c. ult* dixi ad *tit. D. de religioſ.*

QUÆSTIO I. & II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1, quæ de clerico, qui adverſarium clericum coram judice civili convenit, hæc eſto: qui dignus eſt privatione communionis, multo magis dignus eſt ſuſpenſione. Sed quæ ratio, cur in *c.* 1. *d. q.* 3. ipſa paſtoris ſententia, injuſta timenda ſit? Varii varie diſtinguunt, ut videre licet apud *Gloſſ. ad d. c.* 1. Noſtram ſententiam facile eſt colligere ex *noſtr. not. ad l. pen.* D. *de Juſtit. & jur.* Excommunicatus ab uno Epiſcopo ſeu Senatu Eccleſiaſtico, non debet recipi ab Alio, niſi ſatisfecerit *c.* 2. *& c.* 27. Communicans excommunicatis communicandus videtur. *c.* 2. *& ſeqq.* Ad quem judicem hodie appellet inique excommunicatus, de quo etiam in *dd. can.* 3. 4. *&* 5. ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 16. & ſeqq.

Miniſter Eccleſiæ damnatus à Synodo miniſteria ſub pœna adminiſtrat. *d. c.* 6. *& ſeq.* ſed dura eſt in *c ſeq.* excluſio reconciliationis, vel etiam levior excommunicatio. *c.* 8. *&* 42. Damnandam eſſe illam pœnam, quæ in *c.* 11. ob ſolam inobedientiam infligitur, notavi *ſup. ſæp.* Peccat quidem ille in Chriſtum, qui veritatis Doctorem contriſtat. *c.* 12. ſed ipſe Chriſtus nuſquam ei vitam adimit; nec ad rem facit locus Deutr. 27. indicatus in *c.* 14. quia loquitur de illis, qui ſuperbe reſiſtunt Legi Dei, vel ſuperbe dilabuntur ad apoſtaſiam. Utique non temere quis tradendus eſt diabolo, quod tamen fit in *d. c.* 14. niſi ſit ſimilis iſti Corinth. de quo *Paulus* 1. *Corinnh.* 5. ubi etiam ex *verſ.* 11. conſtat de vero ſenſu *c.* 15. qui latius excuſſus eſt in *noſter. ad diſtinct.* 93. *c. ſi inimic.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 16. & ſeqq.

An & quatenus cum excommunicatis, de quib. *d. c.* 16. *& ſeqq.* converſari liceat, dixi ad *d. c.* 1. *diſtinct.* 93. *& alib. ſæp.* Nomen excommunicati publice indicandum eſt. *c.* 20. ſed quo jure in *eod. cap.* eadem excommunicato interdicitur auditu vel aditu Eccleſiaſtico? Quot modis, de quib. *c.* 21. aliquis tradatur Satanæ, diſquiſitioni Theologorum relinquendum cenſeo, licet de noſtra ſententia conſtet ex *anteced. noſtr.* Sane non omnes malos ſeparandos à bonis, docet *c.* 22. quod confirmatur *Matth.* 13. Exemplum à Jebuſitis vel Hebuſæo deſumptum, longe petitum videtur. Idem cenſeo de locis *Hieron.* 15. *& Pſalm.* 49. qui in *c. ſeqq.* indicantur. Revera tamen porcis & canibus ſancta non ſunt committenda. *Matth.* 7.

Ad c. 24. & ſeqq.

Quo ſenſu debeat accipi verbum *comedere* in *verſ.* 11. *cap.* 5. *Corinth.* 1. de quo *d. c.* 24. *& ſeqq.* ſignificavi *ſup. aliquot.* Adde *Theolog. ad Matth.* 18. *v.* 17. 2 *Theßalon.* 3 *v.* 14. *& Johan.* 2. *v.* 10. Ergo colloquium vel acceſſio ad domum excommunicati ex cauſa ſaltem civili male prohibetur in *c.* 26. Excuſſio *c.* 27. facta eſt *ſup. in noſtr. ad c.* 1. *&* 2. Quando quis ad Synodum recurrere poſſit, de quo caſu agit *c.* 30. dixi *ſup. ſæp.* An & quatenus ſacerdotes novi Teſtamenti ligare poſſint, de quo *c.* 31. dixi *itid. ſup. ſæp.* Quo ſenſu excommunicatus in *c.* 32. *& ſeq.* dicatur ſatanæ traditus, ſignificavi etiam *ſup. ſæp.* Quo gradu apud Nos presbyter vel diaconus damnatus, de quib. *c.* 34. *& ſeq.* debeat queri aut appellare, ſignificavi *ſup. tot.* Sane tempus anni, quod in *c.* 36. *& ſeq.* requiritur, non poſſe requiri ſub pœna excluſionis in poſterum, notavi ad *l.* 2. *& ult.* D. *de requir. reis.*

Ad c. 39. & ſeqq.

Gravior contumacia meretur tardiorem veniam. *d. c.* 39. Pœnitentem ſucceſſor ſolvere aut liberare poteſt. *c.* 40. Ob quas culpas, de quib. *c.* 41. quis excommunicari poſſit, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sane ob leviores excommunicare non licet *c.* 42. qui & à nobis in hoc decreto Gratiani allegatus eſt *ſæp. & in noſtr. ad l.* 30. *C. de epiſcop. & cleric.* Sane certum eſt, certum non eſſe, quod ob certa crimina in *c.* 43. enumerata poſſit fieri excommunicatio, hoc eſt (ut illi ajunt) ſatanæ conſecratio aut traditio, ut manifeſte patet ex *noſtr. anteced.* Sententia paſtoris proprie nec ligat, nec ſolvit, ſed officium oſtendit. *c.* 44. De palea *c. ſeq.* non ſum ſolicitus, cum apud me nulla ſanctio Eccleſiaſtica liget ſub pœna anathematis aut excommunicationis, ut *ſup. notat. ſæp.*

Ad c. 46. & ſeqq.

Iniqua ſententia non opus habet ſolutione. *d. c.* 46. Nam natura Dei nocet nemini. *c.* 47. & injuſta vincula diſrumpit juſtitia. *c.* 48. Temeritas judicis noceat judici, non vero reo innocenti. *c.* 49. Injuſta ſententia homini non obeſt. *c.* 50. modo conſcientia non accuſet. *c.* 51. quæ ſi bona eſt, maledicta contemnit & disjungit. *c.* 52. Fruſtra, inquam, damnatur quis ab homine, quem Deus juſtificat. *c.* 53. Tantum cauſa timenda eſt. *c.* 54. Linguæ viliores nihil curandæ ſunt. *c.* 55. Nobis conſcientia neceſſaria eſt, proximis fama. *c.* 56. Abominabilis apud Deum eſt, vel Chriſtum violat, qui juſtum pronuntiat non juſtum, vel ſanctum non ſanctum. *c.* 57 *& ſeqq.* qui deſumpti videntur ex *Exod.* 23. *Eſaiæ* 5.

Ad c. 60. & ſeqq.

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Qui jure ligandi, vel alio privilegio abutitur, eo merito privatur. *d. c.* 60. *& ſeqq.* Eccleſia vel Senatus Eccleſiaſticus non poteſt delinquentem abſolvere, niſi abſolutio ſit conveniens arbitrio judicis æterni ſive interni. *d. c.* 62. Sed quid ad hoc exemplum Lazari? Alluſio hæc nobis ridicula videtur. Si ſententia non eſt canonica, ergo nec pœna. *c.* 48. Illam ſolennem reparationem, de qua *c.* 65. hodie in noſtris Eccleſiis abrogatam eſſe, nemo noſtræ Eccleſiæ ignorat. Sententiam non provocet amor præmii, ſed juſtitiæ. *c.* 66. qui originem habet ex *Eſaiæ* 33. Poteſtas præpoſiti ſub rationem redigenda eſt. *c.* 67. Et ideo peccat graviter, qui ex ira ſententiam profert. *c.* 68. Quo pertinet *Rom.* 12. *v.* 19. licet eum nonnulli de ira Dei interpretentur. Minus ad rem facit *Luc.* 9. Ratio corrigat, quod furor promulgavit. *c.* 69. De lege Theodoſii, de qua fit mentio in *fin. d. c.* dixi ad *l.* 20. *C. de pœn.* Ergo & furor in dictandis ſententiis evitandus eſt. *c.* 70. qui ibidem confirmatur exemplo Moyſis longe petito ex *Exo.* 33.

Ad c. 71. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 71. *& ſeq.* judicium non debeat eſſe vendibile, data eſt *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 73. ejecti ob juſtam offenſam non debeant recipi & coli ab aliis ejuſdem fœderis, data eſt ad *c.* 2. *h. q.* 3. In re dubia non debet ferri ſententia certa. *c.* 74. nec credenda ſunt, quæ certis indiciis demonſtrata non ſunt. *c.* 75. Ante examen vix quiſpiam damnandus. *c.* 76. de quo lat. ad *l.* 5. *D. de pœn.* Reus eſt temeritatis, qui cito aurem præbet criminibus. *c.* 77. Ratio, cur in *c.* 78. *& ſeqq.* quatuor potiſſimum modis judicium pervertatur ipſius Chriſti, data eſt in c. 82. Melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium. *d. c.* 81. Qui pecunia corruptus falſum dixit, ſimilis Judæ eſt *c.* 83. Ille quoque Chriſtum negare videtur, qui ſe perverſis ſocium facit. *c.* 84. Quinimo qui negat ſe Chriſtianum, negat Chriſtum *c.* 85.

Ad c. 86. & ſeqq.

Veritatem quoque prodere videtur, qui veritatem non prædicat libere *d. c.* 86. parum, aut nihil hoc confirmat locus *Rom.* 10. *v.* 10. ut nec confirmat *c. ſeq.* locus *Rom.* 5. licet injuſtum anathema potius noceat ei, qui fecit aut dixit, quam qui paſſus eſt, ut *notat. ad c.* 49. Ligat ſeipſum & alios ſolvit, cujus vita non congruit officio ſuo. *c.* 88. Injuſta acta non valent. *c.* 89. & præmium ei redditur, qui injuſte maledictionem patitur. *c.* 90. Summa ex *c.* 91. qui de miſſa, hæc eſto: Epiſcopo non eſto obediendum, qui jubet quid contra jus Divinum *Act.* 4. & ita in *c.* 92. *& ſeqq.* expedit quandoque non obedire dominis Epiſcopis vel Imperatoribus. Sed qui Deum timet, non jubet aliquid injuſtum. *c.* 95.

Ad c. 96. & ſeqq.

Et qui peccat, & qui peccanti conſentit, reus eſt. *d. c.* 96. *& ſeqq.* qui etiam de injuſtis non obediendis, de quib. *ſup. ad d. c.* 86. *& ſeqq.* Hinc in *c.* 99. nec bonum deſerendum, nec malum faciendum ob ſolam obedientiam, ſed maledicitur apud Deum, qui peccanti aſſentitur. *c.* 100. & quod eſt contra Euangelizatum, non eſt admittendum. *c.* 101. qui deſumptus eſt ex *Gal.* 5. An & quatenus communicare liceat cum excommunicatis, de quib. in *c.* 102. *& ſeqq.* dixi ad *c.* 16. *& ſeqq.* Sane qui eſt in probabili ignorantia, vel qui non conſentit animo com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

communicandi, non communicat. *d. c.* 105. *& ſeqq.* Solennitarem vel modum excommunicationis vel reconciliationis, de quo *c.* 106. *& ſeqq.* hodie in noſtris Eccleſiis non ſervari, notavi *ſup. aliquot.*

CAUSA XII.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. quod de adoleſcentibus Eccleſiæ deſtinatis & monaſter. hæc eſto: junior ætas à ſeniore probato dirigi debet, præſertim illa, quæ cum aliis habitat in Collegio, quod continet ſeminarium Eccleſiæ. An & quatenus *c.* 2. pugnet cum *c.* 1. *diſtinct.* 8. nullus inquiro, quum ex *noſtr. ad l.* 5. *de Juſtit. & jur.* conſtet, diſtinctionem dominiorum recte introductam eſſe, at adeo male illam vocari iniquam in *d.c.* 2. Eadem ratio facit, ut nec inter Sacerdotes debeat eſſe communis vita, vel communio bonorum. Nec ad rem faciunt loca *Pſalm.* 133. *Act.* 4. *v.* 5. quod hic dixiſſe ſufficiat, cum & alibi probaverim, & latius Theologi ad *dd. text.* Clauſtra illa vel atria, de quib. *c.* 3. & 4. noſtri Epiſcopi non probant, ſed per me licet, ut juxta Eccleſiam habitent, vel potius in illa portione civitatis, quæ cuique paſtori viſitanda commiſſa eſt.

Ad c. 5. & ſeqq.

Ratio, cur in *d.c.* 5. *& ſeqq.* clericus nihil ſæculare poſſidere, aut agere debeat, intermixta eſt *ibid.* ſed frivola profecto ex *Pſalm.* 16. *v.* 5. quia illa ratio, Dominus pars mea eſt, generalis eſt in omnibus fidelibus, & ideo perperam ſolis clericis applicata. Quis autem ſit verus ſenſus *d. verſ.* vide apud *Theolog. ad eund.* Cauſis tamen civilibus vel ideo abſtineant, quod cauſæ Eccleſiæ requirant totum hominem, ut *ſup. notat. ſæp.* Per me quoque licet, ut Eccleſia noſtra habeat ſuos loculos, ſed hoc probari per exemplum Domini noſtri, cujus loculis Angeli miniſtraſſe dicuntur in *c.* 12. nuſquam lego aut reperio. Sed ſi clerici nihil forenſe quid agere debeant, vel nihil præter Deum curare debeant. *d. c.* 6. *&* 7. cur ergo in *c.* 13. diſpenſatio vel adminiſtratio permittitur? Diſtricte tamen vivant religioſi. *c.* 14.

Ad c. 15. & ſeqq.

Ratio, cur in primitiva Eccleſia, vel cur in Judæa Apoſtoli non ſint adepti prædia, expreſſa eſt in *d. c.* 15. ſed quæ nobis omnino futilis videtur. Scilicet in *capit. præced.* clerici nihil proprium poſſunt poſſidere, ſed poſtea placuit, ut donata prædia poſſidere poſſent. *d. c.* 15. *& ſeq.* De loculis Chriſti, de quib. *c.* 17. dixi ad *d. c.* 12. Mirum profecto eſt, cur tot Pontifices per primativam Eccleſiam intelligant ſolos Apoſtolos, aut Illos præcipue, cum ratio communionis tunc ſpecialis fuerit ex ſpeciali conſtitutione Eccleſiæ ſeu credentium. Mutavit ipſe Auguſtinus ſuam ſententiam de *reb. propr. poſſid. d. c.* 18. quod tamen facere non potuit, ſi jure Divino ſacerdotes nihil proprium poſſidere poſſent.

Ad c. 19. & ſeqq.

Si Epiſcopi in *d.c. & ſeq.* res proprias habere poſſint, cur non etiam alii Clerici? Ratio, cur Epiſcopi ſeu Paſtores Eccleſiæ debeant vivere ex bonis Eccleſiaſticis, ſi quæ ſunt, & ſi neceſſitas urgeat, reddita eſt in *fin. c.* 22. deſumpta ex 1. *Cor.* 9. Hodie contra *c.* 23. diſpenſationem recte Epiſcopis noſtris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſtris ademptam eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Nulla igitur conſequentia in *c.*24. ſi Epiſcopis animæ concreditæ ſunt, ergo multo magis diſpenſationes rerum Eccleſiaſticarum per diaconos &c. Sane qui renuntiant pontificatui Romano, illi facile etiam ſuperiori appendici renuntiare debent. Si in caſu *c.* 25. clerici res proprias retinere & poſſidere poſſint ſine peccato, cur ſecus in aliis? Utique acceptura diſpenſatori relicta non mutant jus Divinum, quod pontifices præſupponunt. Res veræ Eccleſiæ relictas non licet in uſus ſuos vel profanos convertere. *arg. c.* 27. Sed res Eccleſiæ Romanæ relictæ, hoc eſt, antechriſtianæ vel falſæ haud dubie poſſunt, ut *lat. ad quæſt. ſeq.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Dicit quidem Papa in *d. c.* 1. quod velut homicida damnandus videatur, qui pecuniam Eccleſiæ furatus eſt, ſed nulla lege Divina probatur. Sine lege loqui erubeſcit Imperator in rebus humanis *Nov.* 18. ergo multo magis Pontifex in rebus Divinis erubeſcat. *c.* 2. qui agit de vaſis ſacratis, hæc eſto: Eccleſiæ ademptum Eccleſiæ reſtituendum eſt. Pertinet enim ad jus ſacerdotum, quod Deo vel Eccleſiæ (ſcilicet veræ) conſecratum eſt *c.* 3. & ideo ſacrilegium aut ſaltem furtum committit, qui abſtulit. *d. c.* 3. *&* 5. Vide *diſputat. noſtr. ad* §. 9. *Inſt. de public. judic. & not. ad c.* 2. *cauſ.* 10. *q.* 2. De pœna excommunicationis, de qua *c.* 4. dixi *ſup. ſæp.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 6. videatur homicida? Reſpondit pontifex, quia Eccleſia eſt mater, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regeneravit, & qui matri aliquid abſtulit, homicida eſt, imo qui dicit peccatum non eſſe, homicidiæ particeps eſt. *d. c.* 6. Quod raptor vel fur rer. Eccleſiar. etiam quo ad raptum debeat reſtituere *c.* 7. probari videtur. *Luc.* 19. *& can.* 9. Leges ſæculi, de quib. *c.* 8. *&* 10. ſunt Leg. Longobard. *tit. de agreſſ. in vic. fact.* Quomodo leges Romanæ puniant invaſores vel raptores, dixi ad *tit de vi bon. rapt.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Si in *d. c.* 11. Eccleſia non poteſt rem ſuam recipere cum augmento, quo jure ergo defraudator aut raptor tenetur reddere decuplum aut quadruplum. *d. c.* 10. *&* 7.? Sane jus Divinum loquitur generaliter, & ſane, ſi privatus ad quadruplum poteſt agere, ergo multo magis Eccleſia, cujus conditio favorabilis eſt. Interim fateor, recte conſtitutum in *d. c.* 11. ex quo forſan hodierna conſuetudo, quæ etiam privato prohibet, ne ſentiant lucrum ex alterius delicto, cum alia apud Nos ſit ſpecies regiminis, quam fuit apud Judæos in Vet. Teſtam. Ratio, cur in *c.* 12. acquiſita non poſſint alienari, allegata & excuſſa eſt *ſup. aliquot.* Ratio exceptionis, quæ eſt in *c.* 13. *& ſeqq.* excuſſa eſt in *noſtr. ad* §. 8. *Inſtit. de rer. diviſ.*

Ad c. 17. & ſeqq.

Illam ſolennem pœnitentiam, quæ in *d. c.* 17. imponitur invaſoribus rer. Eccleſ. hodie apud Reformatos non eſſe receptam, ſignificavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur nec Epiſcopus *c.* 18. nec Abbas *c.* 19. nec ipſe Papa *c.* 20. prædia Eccleſiæ alienare queat, data eſt *ſup. ſæp.* Scilicet voluntas teſtatoris tanquam lex ſervanda eſt. Ergo quod Eccleſiæ relictum eſt, non debet Eccleſiæ auferri, niſi pietas aliter ſuadeat ex ipſa veriſimili voluntate teſtatoris, qui nunquam pietatem ex-

cluſiſſe præſumitur. *c.* 52. *& ſeqq.* Sane ſacrilegium non eſſe contra *c.* 21. qui bona, quæ data ſunt pro remedio peccatorum vel requie & ſalute animarum, vertit in uſus profanos, evincit vel unicus locus 1. *Epiſt.Johan. c.* 1. *v.*7. Crimen, inquam, læſæ majeſtatis Divnæ committitur, quando Chriſto adimitur redemptio peccatorum, ut *alib. lat.*

Ad c. 22. & ſeqq

Principis auctoritas non poteſt façere, quo minus ſacrilegium (quod ſcil vere tale eſt) ſit ſacrilegium vel ſacrilegii pœna *d. c.*22. An & quando res Eccleſiæ, de quib. *c.* 23. *& ſeqq.* alienari poſſint, dixi *ſup. ſæp.* Alioquin privilegia Eccleſiaſtica non eſſe calcanda, recte monent. *d. c.* 24. *& ſeq.* Cæterum diviſionem in quat.part. de qua *d. c.* 25. *& ſeqq.* hodie & in Belgio confœderato non eſſe in uſu, notavi *ſup. ſæp.* Ergo non tantum *cap.* 31. palea notandum eſt, ſed omnia etiam cætera capitula, quæ de ſimilibus diviſionibus loquuntur, cenſoria virgula notanda ſunt. Noſtros quoque presbyteros nullam habere diſpenſationem aut adminiſtrationem bonor. Eccleſiaſt. de qua *c.* 22. dixi *ſup. aliquot.* Documenta Eccleſiæ non ſunt ſupprimenda ſine pœna. *c* 33.

Ad c. 34. & ſeqq.

Nullam rationem invenio, cur in *d. c.* 34. Epiſcopus improles Eccleſiam teneatur inſtituere hæredem. An & quando res Eccleſiæ liceat alienare, de quib. *c.* 35. *& ſeqq.* dixi *ſup. ſæp.* Utut ſit, hoc juſtum eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium. *d. c.* 45. *in fin.* Sed ſi Eccleſia non poteſt aliena invadere. *c.* 47. quo jure poteſt retinere aut accipere bona, quæ jure naturę debentur liberis aut parentibus donantis? Ratio, cur in *c.* 52. res Eccleſiaſticæ interdum poſſint alienari, puta ſi Epiſcopus meliora proſpiciat, aut majorem utilitatem Eccleſiæ. *c.* 53. *& ſeqq.* data eſt *ſup. ad c.* 17. *& ſeqq.* Hodie in Belgio confœderato nec libertos, nec ſervos, de quib. agitur in *cap. ſeqq.* reperiri, dixiſſe ſufficiat. De uſu *c.* 70. dixi ad *c.* 17. *& ſeqq.* Ex *c.* 71. hæc eſto: Epiſcopi gloria eſt, pauperum inopiæ providere, & ignominia ſacerdotis eſt, propriis ſtudere divitiis. Res divini juris nulla occaſione negligendæ ſunt. *c.*73. Summa ex *c.*74. *& ſeqq.* qui de monaſteriis, hæc eſto: Res Eccleſiæ dicatæ poſſunt pro parte ſaltem impendi in ædificationem templorum, quæ Dei cultui inſerviant, ut *notat. ad c.* 53.

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d.c.* 1. quod de Epiſcopis & diaconis loquitur, qui res Eccleſiaſticas adminiſtrarunt, hæc eſto: qui nihil habuit, cum ordinaretur ad officium, ille præſumitur invaſiſſe, ſi agros ſuo nomine comparavit durante officio vel ceſſante. Sane quod perſonæ relictum apparet, nequaquam ſiniſtram ſuſpicionem meretur. *d. c.* 1. *& ſeqq.* Horreo, quando iterum in *c.*2. dicitur, quid donari poſſit pro redemptione animæ, ut *ſup. lat.* Reliqua *dd. capit.* inutilia eſſe, manifeſte patet ex *anteced. noſtr.*

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Apud Belgas confœderatos, quibus inprimis ſcribimus, res Eccleſ. de

dequib. *d. c.* 1. *& ſeqq. & anteced.* ſæcularizatas eſſe, atque adeo *dd. capit.* nullum apud Nos uſum habere, notavi *ſup. ſæp.* Poſſent tamen aliquo modo applicari Quæſtoribus noſtris, qui ante quæſturam nihil vel aliquid in bonis habuerunt. Hinc detrimenta per negligentiam illorum illata reb. Eccleſ. reparare tenentur *d. c.* 2. An & quomodo ſcriptura, de qua *c.* 3. requiri poſſit ſub pœna deportationis vel pecuniæ, dixi *ſup. cent.*

Quæstio V.

Ad c. 1. & ſeqq.

De rebus propriis (quas olim Epiſcopi habere non poterant) Epiſcopi teſtari poſſint, non vero de Eccleſiaſticis. *d. c.* 1. *&* 4. De caſu monaſterii, de quo *c.* 3. dixi ad *c.* 74. *q.* 2. Si tamen Epiſcopus de rebus Eccleſ. aliquid legaverit, legatum non eſt plane inutile, modo tantundem ex bonis propriis ſuppleatur aut ſubſtituatur. *d. c.* 5. An ergo jure Canon. legatum rei alienæ valet contra *c.* 6. *ext. de teſtam.*? Vide *not. noſtr. ad d. c.* 5. *& not. & diſp. noſtr. ad* §. 4. *Inſt. de legat. & ad* §. 7. *l.* 39. *D. de leg.* 1. De ſucceſſione Eccleſiæ, quando Epiſcopus mortuus eſt ab inteſt. de quo caſu *c.* 6. *&* 7. fruſtra apud Nos diſquiri, *notat. ſup. ſæp.*

CAUSA XIII.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Apud Belgas reformatos ſinguli quoque ſacerdotes habent ſuas proprias Eccleſias ſeu paſtoratus, ut in *d. c.* 1. ſed jus decimationis ſeu decimarum, de quo in *not. prolix. ad c.* 1. *ſubjectis*, nequaquam apud Nos ſervatur. Rationes dedi in *tractat. de injuſtit. quarund. ll. Rom. c. ult. lib.* 1. *& alib.*

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. facultates vel res Eccleſ. præſcribantur ſpatio 30. annor. ſubjecta eſt *ibidem* ex *ll. Roman.* quæ ſunt in *tit. de præſcript.* ſed rationes *illar. ll.* vix procedere, præſertim in bonis Eccleſiaſticis, notavi *ſæp. ad tit. Inſtit. & Pand. & Cod. de uſucap. & præſcrip.* Itane? poſſetne Epiſcopus in foro conſcientiæ (quod ille imprimis ſpectat, aut ſaltem ſpectare debet) retinere propter lapſum tempus, quod alias ad alium pertinere intelligit? Ratio, cur in *c.* 2. *& ſeq.* mariti cum ſuis uxoribus, & filii in ſepulchris parentum debeant ſepeliri, adjecta eſt *ilid.* ſed vix ad rem faciens, præſertim illa, quæ deſumpta eſt *Matth.* 19. ut ipſe fatetur *Gloſſat. ad d. c.* 2.

Ad c. 4. & ſeqq.

Sane ſi conſtat ex voluntate teſtatoris, ubi ſepeliri velit, voluntas ſervari debet. *d. c.* 4. modo nihil voluerit contra bonos mores aut bonas leges, ut *alib. lat.* An & quatenus ſervus Eccleſiæ vel hominis poſſit facere teſtamentum, de quo caſu *c.* 5. dixi ad *tit. de ſtat. homin.* Nec jus decimar. nec jus ſepult. de quib. *c.* 6. *& ſeqq.* hodie in Belgio confœd. ſervari, notavi *ſup. ſæp.* Quæ ratio, cur in *c.* 8. tam religioſus ſit pontifex, ut nolit accipere hæreditatem defuncti, qui filium juſta de cauſa exhæredavit, & Eccleſiam conſtituit hæredem? Si quilibet privatus hoc caſu poteſt accipere, multo magis Eccleſia, cujus conditio favorabilis

rabilis eſt. Sane ſi nulla ſubeſt cauſa, nulla eſt religio, ſi Eccleſia abſtineat, ut *lat. ad tit. Inſt. de exheredat. liber.*

Ad c. 9. & ſeqq.

Summa ex *d. c. 9. & ſeqq.* qui de oblationib. Roman. hæc eſto: qui res Eccleſiæ relictas vel negant, vel retinent, excommunicatione aut ſuſpenſione digni videntur. Pro ſepultura nihil muneris exigi poteſt. *c. 11. & ſeqq.* quod maxime procedit in Eccleſiis noſtris, quib. nihil operę in ſepulturam à ſacerdotibus impenditur. Quomodo & quando hodie apud Nos terra ſeu ſepulchrum vendi poſſit, dixi ad §. 9. *Inſt. de rer. diviſ. & ad tit.* D. *de religios.* Horreo rurſus, quando lego in *fin. d. c. 14. & ſeqq.* quod aliquid poſſit dari propter redemptionem animæ defuncti, & quod prope altare conficiatur corpus & ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Eodem horrore dignum eſt, quod legitur in *c. 16.* de dimiſſione peccatorum, & conſecratione Eccleſ. quam ſibi attribuunt Papæ, quique in *c. 17.* Domino recte preces fundi ſtatuunt poſt mortem defuncti, ut *alib. notat. lat.*

Ad c. 18. & ſeqq.

An quis in Eccleſia, an juxta Eccleſiam ſepeliatur, de quib. *d. c. 18. & ſeqq.* vix apud Nos attenditur. Si in *d. c. 20.* orationes viventium non proſint verſantibus ante tribunal Chriſti, cur ergo in *d. c. 17. & alib.* requiruntur preces pro animis defunctorum? Si ne quidem ſacerdos pro impiis intercedat. *c. 21.* quomodo intercedet pro peccatoribus? Scio quidem, Canoniſtas diſtinguere inter peccatum mortale & non mortale, ſed hæc diſtinctio nec difficultatem tollit, nec per ſe admittenda videtur, ut *lat. Theol. de peccat.* Ergo iſti quatuor modi, quib. in *c. 22.* animæ defunctorum ſolvuntur, quater negantur, quia ſolus ſanguis Chriſti ſolvit. 1. *Epiſt. Johan.* Sed quid, ſi ante diem judicii ſacrificia offerantur? Idem tamen contra *c. 23.* dicendum videtur propter identitatem rationis ſupra allegatæ.

Ad c. 24. & ſeqq.

Ratio, cur certi vel recepti dies in *d. c. 24.* ſerventur in commemoratione ſeu deprecatione, aut aliis officiis mortuorum, intermixta eſt *ibid.* ſed ut verum fatear, aut ſaltem meam libere mihi liceat proferre ſententiam, longe petita videtur. Melior ratio expreſſa eſt in *c. 25.* cur nec pro noſtra, nec pro aliorum morte contriſtari debeamus. Quinimo puſillanimitas vel infirminas eſt. *c. 26.* Ratio tamen in *pr. d. c.* præmiſſa vix ad rem facit, videturque pugnare cum ipſis *c. 18. & 19.* An & quatenus mortuos lugere oporteat, de quo jure *c. 27. & ſeq.* puto Theologis diſcutiendum relictum ad 1. *Theſſ.* 4. Sane Stoicorum mores, qui omnes affectus, atque adeo ipſam triſtitiam temperatam damnabant, damnandos eſſe, nemo Chriſtianus ibit inficias. Male ergo in *d. c. 28.* explicatur *loc. Johan.* 11. de Lazaro, quem omnino Chriſtus triſtitia aut compaſſione proſequutus eſt, dum ploravit. An & quatenus mortui in cœlis vel extra cœla, de quib. *c. 29.* ſciant, quid à vivis agatur, nullus curioſe inquiro, ut nec in *c. 30. &* paleas *ſeqq.* quia iſtæ & ſimiles quæſtiones ad meam profeſſionem nullo modo pertinent. An & quando fur ſuſpendi poſſit, vel occidi tempore furti, dixi ad *tit. de furt.*

CAU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

CAUSA XIV.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d.c.* 1. Epiſcopus ne quidem provocatus debeat temere litigare de rebus levioribus aut tranſitoriis, data eſt *ſup.ſæp.* ex 1. *Tim.* 3. Poteſt tamen repoſcere, quod ſibi debetur, modo non exigat ultra debitum. *d. c.* 2. ubi indicatus locus ex *Matth.* 5. & *Luc.* 6. vix ad rem facere videtur, ut *lat. Interpret. ad dd. text.* Ubi datur conſilium, ibi eſt arbitrium offerentis. *d. c.* 3. ſed potius videtur præceptum in *dd. capit. Luc.* 6. & *Matth.* 5. ubi Spiritus Sanctus ſeu Chriſtus utitur verbis imperativis. *verſ.* 29. & 40.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quando clerici ſeu Eccleſiaſtici pro ſua Eccleſia teſtimonium dicere poſſint, de quo caſu in *d. c.* 1. ſignificavi ad *l.* 7. §. 1. D. *quod cujuſ. univerſ. nom.* & *ad tit. de teſt.* Sed quæ ratio, cur in *d. c.* 2. ſacerdotes non poſſint eſſe teſtes in conficiendis inſtrumentis ſecularibus, cum illorum teſtimonia in *pr. d. c.* 2. dicantur credibiliora? ſcilicet Paſtores non debent ſe immiſcere negotiis civilibus, niſi tamen veritas aliter occultaretur. *d. c. in fin.*

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si *dd. canon.* accipiantur de uſuris, quæ nec promiſſæ, nec in ſtipulationem deductæ ſunt, nulla laborabunt iniquitate, ſed ut verum fatear, ſatis aperte omnes uſuræ in *dd. capit.* prohibitæ videntur, ſed male tamen, ut *lat. ad tit. ext. de uſur.* & *tit. D. eod.*

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quanquam ſacerdotibus in *d. c.* 1. & *ſeqq.* male forſan omnis queſtus negotiationis prohibitus ſit, præſtat, tamen abſtinere & commercio & fornicatione, ut melius inſerviant Eccleſiæ, cui ſe natos jurarunt miniſtros. Quis ſit intellectus *Pſalm.* 15. *v. ult.* vide apud *Interpret. ad d. verſ.* & *verſ.* 36. *Levit.* 25. & *nos ad tit. de uſur.* Sane turpia lucra nec clericis, nec laicis ſectari licet. *d. c.* 7. & *ſeq.* ſed quomodo ſimplex uſura videatur turpe lucrum, vel illud lucrum, quod quis accepit, quia eo animo emerat. *c.* 9. nullus video. Si creditor ſuo fœnore pauperem quodammodo trucidare videtur, recte crudelis dicitur in *c.* 11. vel rapinam facere *d. c.* 10. qui tamen generaliter loquitur. An & quatenus hoſtibus liceat dare pecuniam ſub uſuris, de quo caſu *c. ult.* qui deſumptus videtur ex *v.* 20. *Deut.* 23. ubi extraneis licet dare, non fratribus, ergo nihil ad rem facere videtur. An & quando liceat ſtipulari uſur. centeſim. de quo caſu *d. c. ult.* & *d. c.* 8. dixi ad *tit. de fœn. naut.*

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & ſeqq.

De uſuris (accipe de illicitis) non recte dantur eleemoſynæ. *d. c.* 1. Sane oblatio vel donatio Eccleſiæ facta ex rapina à Deo reprobatur. *c.* 2. nec rapiendum à divitibus, quod detur egenis. *c.* 3. An *c.* 4. & 5. recte notentur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

palea, vix inquiro; quum Eccleſiæ de quib. *pal.* 1. rapta poſſidere non liceat, *ſup. notat. ſæp.* An & quando liceat emere res raptas, de quib. *pal.* 2. dixi ad *tit. de rapt.* An & quando furtum committat, qui non reſtituit inventum, de quo *c.* 6. *&* 8. dixi ad §. *ult. Inſt. de rer. diviſ. & tit. D. pro derel.* Eleemoſina ex rebus juſte quęſitis data placet Deo. *c.* 7. ſed ex injuſtis data non juſtificat. *c.* 9. *&* 11. nec alicui ſubvenire licet cum detrimento alterius. *c.* 10. An illud exemplum *Exod.* 3. quod in *c.* 12. allegatur, quandoque contra *d. c.* poſſit extendi ad creditorem, qui non poteſt coram judice conſequi commode ſuum juſtum creditum, dixi *alib.* ſed *lat. Theol. ad d. c.* 23. *Exod.* Ratio, cur in *c.* 13. raptor gravius puniatur quam fur, data eſt in *noſtr. ad pr. Inſt. de act. vi bon. rapt.* An & quomodo male quęſita quandoque flecti poſſint ad bonum uſum, de quo *c.* 14. *& ſeq.* docent aut diſputant Theolog. ad *Luc.* 16. De condict. ob turp. cauſ. de qua in *d. c.* 15. dixi ad *tit. D. de condict. ob turp. cauſ.*

Quæstio VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Pœnitentia vera non eſt, ſi inſtituatur re ablata non reſtituta. *d. c.* 1. de quo *lat. Theolog. ad Luc.* 10. Qui non compellit ad addendum, cum poſſit compellere, ille ſocius fraudis eſt. *d. c.* 1. *verſ. Illud &c.* Illam conſecrationem, de qua *c.* 2. in Belgio confœderato ſublatam eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Eccleſiaſtici non temere debent intercedere pro malis. *c.* 3. Ratio, cur in *c.* 4. furtum committatur etiam in re minoris pretii, addita eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad* §. 16. *Inſt. de rer. diviſ. & ad* §. 6. *l.* 5. D. *de adq. rer. dom.*

CAUSA XV.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Peccata neſcientium ſunt peccata nolentium, ſed coacta ſunt volentium. *d. c.* 1. cujus latior probatio peti poteſt ex *noſtr. ad l.* 53. *pr.* D. *de furt. & ad l.* 21. §. *ult. D. quod met. cauſ.* Excuſſionem *l.* 3. D. *de injur.* quę in *c.* 2. repetita & canonizata eſt, videre licet in *not. noſtr. ad eand.* Fruſtra tamen requiritur pœnitentia ab eo, qui adhuc parvulus eſt. *c.* 3. Ratio, cur in *c.* 4. quod ex *Levit.* 20. pecus (quod tamen non habuit animam delinquendi) cum ipſa muliere occidatur, adjecta eſt *ibid.* Reus conſtitui non poteſt, qui neſcius deliquit. *c.* 5. Quid dicendum ſit de eo, qui poſt delictum factus eſt furioſus, dixi ad *l.* 13. D. *de offic. præſid.* Reus etiam voluntate conſtringitur, non vere neceſſitate. *c.* 6. ubi locus denotatur. *Deut.* 4. *&* 19. An & quando ebrii de quib. *c.* 7. mereantur veniam in delictis, dixi ad *l.* 1. §. 2. *D. ad l. Cornel. de car.*

Ad c. 8. & ſeqq.

Abſque culpa eſt, qui non conſentit in inobedientiam vel concupiſcentiam. *d. c.* 1. An tamen primus ille concupiſcentiæ motus ſit ex peccato originali, ſeu pars peccati, Theologis diſcutiendum relinquo. Culpæ itaque reus non eſt, quatenus non conſentit, ſed tamen culpæ reus videtur, quatenus peccati originalis particeps eſt. Hinc Loth non tam de inceſtu, quam de ebrietate culpatur. *c.* 6. *&* 10. Ergo & miniſter Dei dici poteſt, qui invitus homicidium commiſit. *c.* 11. qui conſtat *quibusd. loc. ſacr.* quæ tamen hoc proprie non dicunt. *Exod.* 21. *Deut.* 19. Ratio, cur in *c.* 12. levior pœnitentia indicenda ſit ei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ei, qui inſaniens deliquit, & ad ſanam mentem reverſus eſt, data eſt *ſup. ſæp.* Injuſte tamen in *c.* 13. reus dicitur legis, qui non habuit voluntatem delinquendi. Lex enim de involuntariis loqui non videtur

Quæstio II.

Ad c. 1.

An *d. c.* 1. accipiendus ſit de ipſis clericis, qui vitam canonicam profitentur, parum attendo; quum noſtri Advocati clerici haud dubie ſalarium petere poſſint, quod mercenarius dignus ſit ſua mercede. Quin imo generali conſuetudine Eccleſiæ receptum eſt, teſte *Gloſſ. ſub d. c.* clericos more Advocatorum patrocinia præſtare & munera exigere.

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Excuſſio *d. c.* 1. facta eſt in *not. noſtr. ad l.* 12. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* Excuſſio *d. c.* 2. facta eſt in *noſtr. ad l.* 18. *D. de teſtib. & ad l.* 1. *D. de accuſat. & inſcript.* Cæteræ quoque *ll.* quæ in *c.* 3. denotantur, excuſſę ſunt in *noſtr. ad eaſd.* An in *c.* 4. ſimonia recte comparetur crimini læſæ majeſtatis, notavi *ſup. ſæp.* ſed quæ ratio, cur in *c.* 5. confeſſio de ſe ſuper crimen læſæ majeſtatis præjudicet ſocio, cum regulariter non præjudicet, nec præjudicare debeat, ut *alib. lat.*

Quæstio IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si epiſcopi vel presbyteri non poſſunt ſe immiſcere negotiis ſæcularibus, quo jure poſſunt in *d. c.* 1. *& ſeqq.* judicare de ſecularibus? An & quæ opera charitatis in ipſo etiam feſto die fieri poſſint, notavi ad *l.* 2. *D. de fer. & dilat.*

Quæstio V.

Ad c 1. & 2.

Quando diaconus, de quo *d. c.* 1. vel alius debeat præſtare jusjurandum purgatorium, dixi ad *l.* 6. §. 4. *D. de his qui not. inf. & ſup. ſæp* Ratio, cur in *c. ſeq.* diaconus non ſit ſpoliandus ſuo officio, niſi convictus aut confeſſus, nota & data eſt *ſup. ſæp.*

Quæstio VI.

Ad c 1. & ſeqq.

Hodie vel in abſtracto non ſolam confeſſionem miniſtrorum Dei, de qua *d. c.* 1. ſpontaneam requiri, ſed etiam aliorum, demonſtravi plurib. ad *tit. de quæſt.* quæ etiam indicant, plura loca in *d. c.* expreſſa nimis longe petita eſſe. In illicitis juramentis, de quib. *c.* 2. non opus eſſe abſolutione, quum illud, quod eſt contra jus Divinum morale vel contra bonos mores naturales, ſit ipſo jure nullum, ut dixi in *tract. de injuſt. quar. ll. Rom. tit. de remiſſ. juris. &.* ad *auth. Sacram. pub. C. ſi adv. vendit. & alib. ſæp.* Quo jure ergo pontifex in *c.* 3. poteſt ſubditos liberare à juramento, quod Imperatori minus utili præſtiteruut, aut communicatis in *c.* 4. niſi ſint reconciliati. *c.* 5. ?

Quæstio VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si pontifex eſt ſupra concilia, quo jure in *d. c.* 1. *& ult.* eſt infra concilium, ita ut ne quidem presbyter abſque examine concilii dejici poſſit? Cauſæ clericorum à ſenioribus Eccleſiæ judic an-

dicandæ ſunt. *c.* 2. *&* 6. Ne Deo videamur ſapientiores, male in *c.* 3. *& ſeqq.* plures teſtes quam duo aut tres requiruntur, niſi forſan ſub pœna pecuniaria, ut *alib. lat.*

QUÆSTIO VIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. *&* 4. qui de oblatione & ſacrificatione, hæc eſto: presbyter, qui ante ordinationem ſe graviter peccaſſe fatetur, presbyterio fungi non poteſt. 1. *Timoth.* 3. Licite tamen ſacramenta ſumuntur ex manu ſacerdotis, qui ab Eccleſia toleratur. *c.* 5. Hodie illam ſervitutem, de qua in *c.* 3. nequaquam in uſu eſſe, patet ex *ſuperiorib. noſt.* quibus probavimus, Miniſtris Eccleſiæ matrimonium licitum eſſe. Quomodo hodie noſtri Sacerdotes inſerviant altari, de quo *c.* 2. dixi *ſup. ſæp.* ſed per me licet, ut etiam Noſtri poſt pœnitentiam tolerentur, atque etiam gravius puniantur, ſi iterato ut canes ad vomitum reverſi fuerint. *d. c.* 2.

CAUSA XVI.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt de monachis, nullam apud Reformatos uſum habent. Sane nuſquam legitur, quod quis ſemper debeat eſte triſtis & officio vacans, ut vult pontifex in *c.* 8. An & quatenus voluntates teſtatorum ſint ſervandæ, de quib. *d. c.* 14. *& ſeqq.* dixi ad *l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* Quis apud Reformatos poſſit prædicare, de quo *c.* 19. omnibus notum eſt, & *indicat. ſup. ſæp.* Pro defunctis, de quib. *c.* 23. nec apud Nos offerri, nec offerri poſſe, probavi *ſup. aliquot.* Qualis poteſtas ligandi & ſolvendi, de qua *c.* 25. competat noſtris Epiſcopis, dixi *itid. ſup. ſæp.* Inter bonos meliores ſectari oportet. *c.* 26. Eccleſiaſtica officia nec avida elatione appetenda ſunt, nec blandiente deſidia reſpuenda. *c.* 30.

Ad c. 31. & ſeqq.

Quorum vita, religio & mores comprobati ſunt, illi recte ad Eccleſiaſtica munera evehuntur *d. c.* 31. *& ſeqq.* Quod uni ſigillatim conceditur, non ſtatim convenit omnibus. *c.* 39. An monachi, ſeu aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, de quib. *c.* 40. recte excuſentur à tutela vel cura, dixi ad *tit. de excuſat.* Summa ex *c.* 40. *& ſeqq.* qui de decimis, hæc eſto: jus Eccleſiæ quæſitum non poteſt per teſtamentum, vel per novas Eccleſias auferri. Cæterum ipſas decimas Eccleſiæ Romanæ, vel Sacerdotibus Romanis aſſignatas pro pretio peccatorum *c.* 59. recte contra *d. c.* ad alios uſus flecti poſſe, notavi *ſup. ſæp.* Quinam in Belgio noſtro poſſint conjungere Epiſcopatus aut Paſtoratus, de quib. *c.* 48. *& ſeqq.* dixi *ſup. ſæp.* Certe bona veræ Eccleſiæ donata, Eccleſiæ non ſunt auferenda *c.* 61. ſed an Carolus propter ablationem vel ſeparationem torqueatur, aut tortus ſit in inferno inferiori, conſpiciente S. Eutherio, vide in *ſubject. ad d. c.* 59. Epiſcopi non debent eſſe turpis lucri avidi. *c.* 64. Sterilis tamen eſt, qui viris Apoſtolcis ſeu Euangelizatoribus juſta alimenta denegat. *c.* 67.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. *& ſeqq.* qui de monaſteriis & decimis, hæc eſto:

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Præſes collegii nihil decernat aſque conſilio multorum fratrum diligenter exquiſito. *d. c.* 1. Deum non timet, qui Deo non ſolvit, quod ipſi debetur. *d. c.* 2. *& ſeqq.* Epiſcopis non competere illam poteſtatem, quam tribuunt *c.* 6. *& ſeq.* notavi *ſup. ſæp.* Noſtram ordinationem Eccleſiaſticam ſignificavi *itid. in anteced. ſæpen.*

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. *& ſeqq.* qui de Epiſcopis Romanis, hæc eſto: ei Eccleſiaſtico Senatui competit dedicatio vel gnbernatio, in cujus territorio nova Eccleſia aſſurgit. Ratio à nobis data eſt in *not. ad l. ult. de juriſdict.*

Quæstio IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Per me quoque licet, ut ex poſſeſſ. 30. ann. naſcatur magna præſumptio, ſed nequaquam permitto, ut ex ea domino, qui probat rem ſuam eſſe, auferatur dominium, ut lat. contra *d. c.* 1. *& ſeqq. in not. noſtr. ad tit. Inſtit. D. & C. de uſucap. & ad tit. de præſcript. in* 6. Et ſane, ſi dicta præſcriptio non adimat conventum. *c.* 3. quo jure præſcribit alia jura, quæ alterius eſſe probantur? Vel ſi extra provinciam non procedat, cur in provincia? Si ſtatus parochiarum tempore non mutatur *c.* 5. cur probantur præſcriptiones aliæ? Si limitis poſſeſſio non præſcribatur *c.* 6. vel ſi non præſcribantur ſpatia definita. *c.* 7. cur aliæ res præſcribuntur? Qua conſcientia præſcribit ipſa Eccleſia in *c.* 8. *& ſeqq.*? Quæ ratio, cur in *c.* 10. non incipiat præſcriptio à tempore male deficientis? Quæ in beneficiis poſſidentur *c.* 11. vel quæ ex humanitate præſtantur, non præſcribuntur. *c.* 12. Metus vel furor hoſtilitatis præſcriptionem impedit. *c.* 13. *& ſeq.* ubi tamen ratio ex *Deut.* 4. longe petita eſt. Sed ſi in illis caſibus ceſſat præſcriptio, cur ſecus in aliis? Hinc nullus inquiro, an in *c.* 15. per 6. menſes denotetur triennium. Plura de præſcript. 40. annor. & cent. annor. de quib. in *c.* 17 *& ſeq.* videre licet in *noſtr. ad tit. C. de præſcript.* 30. *anno. & ad l.* 23. *cum auth. ſeq. C. de SS. Eccleſ.*

Quæstio V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si abbates vel monachi in *d. c.* 1. non præſcribant poſſeſſiones ſeu fundos Eccleſ. aut Epiſcop. cur ſecus eſt in aliis? Et ſi denegetur præſcriptio 30. annor. quo jure permittitur 40. annor. in *c.* 2. *& ſeq.* Reliqua vide in *not. noſt. ad d. authent. quas action. C. de SS. Eccleſ.*

Quæstio VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Res Eccleſiæ non tam manibus, quàm judicio defendendæ ſunt. *d. c.* 1. cujus tamen debilis confirmatio petitur ex *Philip.* 2. *v.* 3. potius arma ſacerdotum preces ſunt. Sane ſi Epiſcopus propria autoritate rem Eccleſiæ auferat, pœna quidem pecuniaria vel ſimili dignus eſt, ſed vix patior, ut recte in *c.* 2. patiatur totius cauſæ amiſſionem, ut *lat. notat. ad l.* 7. *C. und. vi & ad l.* 12. *& ſeqq. D. quod met. cauſ.* Ratio, cur in *c.* 3. res ablatæ Eccleſiæ ſint reſtituendæ, & ab ipſis hæredibus repetendæ, addita eſt *ibid.* de qua *lat. ad. c. ult. de ſepulchr.* Ratio,

tio, cur in caſu *c.* 4. *&* *fin. c.* 8. punienda ſit perſona, ſed abſtinendum à communione vel adjudicatione bonorum, data ex *c.* 18. *Ezech.* eſt ad *l.* 22. *C. de pæn.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Illud genus pœnæ, de quo *d. c.* 5. apud Reformatos in uſu non eſſe, notavi in *ſuperiorib. ſæp.* Inutilitas ſacerdotis non derogat dignitati Eccleſiæ, quæ ſemper caput manet. *c.* 6. Ob peccatum præſidis non ſunt toti collegio bona auferenda. *arg. c.* 7. Quæ bona data ſunt à prioribus, non debent tolli à poſterioribus. *pr. c.* 8.

Quæstio VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. quod de decimis, quas Noſtri in Novo Teſtamento non requirunt aut admittunt, hæc eſto: quod pie relictum eſt ad uſum Eccleſiæ, non debet poſſideri à laicis. Graviter peccat, qui juſta alimenta denegat ſacerdotibus: *arg. c.* 3. quod morale latius excutitur *Malach.* 3. ſed nuſquam pœna excommunicationis legitur, de qua *c.* 5. Legem illam, de qua *c.* 6. abrogatam eſſe, poſſem probare ex uno *cap.* 7. *Hebræor.* Sed plures rationes vide apud *Zepper. de legib. Moſaic. for. pag.* 44. *&* 362. Qui non reddit Dei Miniſtris, quod ipſis debetur, eum ſequitur indictio fiſci. *c.* 8. & columbas quaſi vendit in domo Dei, qui Eccleſiam committit minus moratis Eccleſiaſticis. *c.* 9.

Ad c. 10. & ſeqq.

Ad cujus regimen novæ baſilicæ ſeu ædes Dei, de quib. *d. c.* 10. pertineant apud Reformatos, dixi *ſup. ſæp.* ut & de officiis Eccleſiaſticis, de quib. in *c.* 11. An & quatenus hodie apud Nos Laici vel Canonici ſeculariſati contra *c.* 12. *& ſeqq.* poſſint conſtituere Epiſcopos vel Paſtores, dixi etiam *ſup. ſæp.* Scilicet Pontificii plane excludunt Magiſtratum, alii eum nimis inducunt, ſed *nos* mediam viam eligendam cenſuimus, ſalvo tamen Theologorum judicio. Oeconomos illos, de quib. *c.* 21. *& ſeq.* apud Belgas confœd. non dari, notavi *itid. ſup. ſæp.* De nova eccleſia vel novo templo Dei ædificato, de quo *c.* 26. *& ſeqq.* dixi ad *d. c.* 10.

Ad c. 29. & ſeqq.

Quando Magiſtratus laici poſſint presbyteros, puta ſeditioſos aut ſimiles, de Eccleſia ejicere, de quo caſu in *d. c.* 29. *&* 37. *& ſeq.* dixi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 30. Eccleſiæ ſubinde teneantur alere fundatores, facile colligitur ex *noſtr. ad tit.* D. *de agnoſc. & alend. liber. &c.* Heredes fundatoris curam fundatæ Eccleſiæ gerere debent. *c.* 31. Fundator ordinare non poteſt abſque adprobatione Senatus Eccleſiaſtici. *arg. c.* 32. Mirum tamen eſt, cur pontifices, qui laicis fere nihil in Eccleſiaſticis tribuunt, jus tamen præſentandi conceſſerint. Plura de jure patronat. *alib.* Reliqua de monaſteriis & decimis aut reliquiis, de quib. in *cc. ſeqq.* apud Nos inutilia eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Si omnes res heredibus reſtituendæ ſunt, ut vult *c.* 42. quas Epiſcopi Romani defunctis perſuadendo abſtulerunt, crediderim pleraſque monaſteria ad uſum laicum convertenda eſſe.

Causa XVII.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quænam vota, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* ſervanda aut Deo reddenda ſint, pro-

proprie diſcutiendum eſt à Theologis, qui hac de re ad *Pſalm.* 75. *Num.* 30. *Deut.* 23. Sane votum virginitatis, de quo *c.* 2. abſque conſenſu patris factum nequaquam obligare, manifeſte apparet ex *d. c.* 30. *Num.* Idem dicendum de voto monachali, de quo *c.* 3. Vota contra jus Divinum ipſo jure nulla ſunt, ut *alib. lat.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *dd. can.* qui de monaſteriis, hæc eſt: diligenter primo explorandi ſunt, qui ſe miniſterio Dei aut Eccleſiæ conſecrarunt. De voto caſtitatis, de quo in *c.* 2. dixi ad *q.* 1.

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. qui de rebus Eccleſ. Rom. hæc eſto: honore privetur, qui privat Eccleſiam re ſua. Idem dicendum de eo, qui privat Rempub. bono publico. *c.* 2. qui hoc ſenſu male notatur palea. Quin ſacrilegi inſtar eſt, qui repetit aut retinet, quod ſemel Eccleſiæ donatum eſt. *c.* 3. *& ſeq.* vel etiam alienet. *c.* 5. Qua pœna puniendi videantur illi, qui res Ecclеſ. vel frangunt vel rapiunt, de quib. *c.* 6. *& ſeqq.* dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 9. & ſeqq.

Si *d. c.* 9. generaliter loquens generaliter accipiatur, manifeſte pugnabit cum *cap.* 21. *Exod.* & cum ipſo *cap* 1. *ext. de homicid.* An alias aſyla ſint licita, quatenus adhuc metuitur effuſio ſanguinis innoxii, dixi ad *tit.* 8. *Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. & ad l.* 2. D. *eod.* An tutius concedantur Principibus ob res bene geſtas, quam Eccleſiis noſtris, dixi *ibid.* Atque ita accipe *c.* 10. *& ſeqq.* Reliqua de ſacrilegiis videntur propria Eccleſiæ Romanæ, ut patet ex *præmiſſ.* Quando autem proprie apud Reformatos committatur ſacrilegium, quaque pœna hoc puniatur, dixi ad. §. 9. *Inſt. de publ. judic. & ad tit.* D. *ad l. ult. pecul. & de ſacrileg.* Sed forſan nobis non licet judicare de judicio pontific. aut ſed. Apoſtol. *c.* 30. nullus tamen metuo fulmen ex vitro, quia ratio ibidem ſubjecta aut nulla eſt, aut ſaltem adhuc ſub judice lis eſt. Propter Romanæ, inquit, Eccleſiæ primatum Chriſti munere in beato Petro Apoſtolo divinitus collatum. Quæ hæc ratio, quæ loquutio? An & quatenus Eccleſiæ liceat habere ſervos, de quib. *& dd. can.* dixi tum ad *Inſtit. tit. de ſerv.* tum ad D. *eod.* De filio exheredato, de quo *c. ult.* dixi ad *tit. Inſt. de exheredat. liber. & ad tit.* D. *de lib. & poſth. hered. inſtit. vel exhered.* ubi & hoc indicavi, *dict. can.* (qui nimis generaliter loquitur) accipiendum eſſe de filio injuſte exheredato. Alioquin nullus video, cur pater non poſſet bona relinquere Eccleſiæ, quæ poteſt relinquere cuilibet privato. De donatore, qui poſt donationem procreavit liberos, de quo in *fin. d. c.* dixi ad *l. ult.* C. *de revocand. donat.* ubi proprior ratio allegata eſt. Poteſt tamen tolerari diſtinctio inter jus ſoli & jus poli, quatenus nihil aliud eſt, quam diſtributio juris in ſtrictum & æquum, ut *alib. lat.*

CAUSA XVIII.

QUÆSTIO I.

Ad c 1. & ſeqq.

Noſtros Epiſcopos ſeu Paſtores bona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

bona ſua, de quib. *d. c.* 1. poſſe quidem Eccleſiæ relinquere, ſed non cogi, dixi contra *d. c. ſup. ſæp.* Sed quid, ſi concionator nullos habeat proximiores egentes, teneretur ne ſaltem in foro poli ſeu æquitatis aut conſcientiæ aliquid relinquere Eccleſiæ, à qua tot & toties accepit vitæ alimenta? Vide *not. noſtr. ad* §. 11. *l.* 25. D. *de hered. petit.*

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeqq.

In *d. c.* 1. abbates per ſolos Epiſcopos conſtituuntur, & in *c.* 2. *& ſeqq.* ſola monaſterii congregatio conſtituit. Scilicet fuit diſſenſio inter pontifices, de qua non ſum ſolicitus, ut nec de cæteris canonib. qui agunt de abbatis electione, deque monachis & monialibus, quia illos ſanctos aut miniſtros Eccleſiæ non agnoſcunt Reformati moti rationib. *ſup. allegat. ſæp.*

CAUSA XIX.

Quæstio I.

Ad c. 1.

An monachi, de quib. *d. c. unic.* revera vitam ducant otioſam aut illicitam, nullus inquiro; ne videar terminos meæ profeſſionis egreſſus. Certus tamen ſcio, etiam extra monaſteria me Deo quoque ſervire & animam meam ſervare poſſe, ut loquitur *c.* 1. *q.* 3.

Quæstio II.

Ad c. 1. & 2.

Nemo eum, qui eſt alterius poteſtati ſubjectus, poteſt ad ſe vel ad ſuam poteſtatem trahere, niſi conſentiente primo, qui primam poteſtatem habet. *arg. d. c.* 1. ſed nec afflatum Spiritus Sancti impedire licet. *d. c.* 2. An tamen illo impulſus dici poſſit, qui appetit vitam monaſticam aut ſimilem, admodum dubito. Non ſtatim quælibet intentio, aut pia inclinatio, eſt lex Dei aut afflatus Spiritus Sancti, niſi Sacris Literis conſentaneus ſit, ut *alib. lat.* An ergo perverſa ſit diſtinctio, inter legem publicam & privatam in *d. c.* 2. vel perverſa allegatio locorum ex *Rom.* 2. *Rom.* 7. *Tim.* 1. 2. *Cor.* 3. *Gal.* 5. parum attendo.

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si non licet Spiritui Sancto reſiſtere, ut dicitur in *d. c.* 2. *q.* 2. quo jure ergo prohibetur canonicus regularis fieri monachus in *d. c.* 1. *& ſeqq.*? Cur opus eſt conceſſione in *c.* 3. quæ non requiritur in *d. c.* 2. *q.* 2. ſed quid mihi cum monachis? monaſteria, de quib. *c.* 4. *& ſeqq.* rectius converti in ſtabula aut diverſoria, ne amplius in illis committantur idololatrię, aut alia impia, tradunt noſtri *Theolog. paß.* Improbati non ſunt adplicandi ſervitio Dei. *arg. c.* 6. An & quando monachi poſſint teſtari, de quo caſu agunt *c.* 7. *& ſeqq.* dixi *ſup. aliquot.* & inprimis ad *l.* 20. *& auth. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric.* Quæ ratio, cur in *c. ult.* pater non poſſit punire filium ingratum, ſi factus eſt monachus? Utique non temere coërcenda eſt poteſtas, quæ jure Divino competit.

CAUSA XX.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qua ætate profeſſio vel conſecratio virginitatis, vel ingreſſus monaſterii fieri poſſit, de quib. in *d. c.* 1. *& ſeqq.* nul-

nullus inquiro; quum totam illam religionis profeſſionem improbem, ut *ſup. ſæp.* Sane paterna devotio non debet eum facere monachum, qui infans in monaſterium detruſus eſt, quia nec ipſo jure Can. retruſi extra voluntatem propriam retineri poſſunt. *d. c.* 9. Sed nec puellis, quę ſpontaneo judicio propoſitum virginitatis ſuſceperunt, prohibitum eſt matrimonium contrahere, cum præſtet nubere quam urere. 1. *Cor.* 7. atque ipſa profeſſio ipſo jure nulla ſit, ut *ſup. lat.*

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si in *d. c.* 1. pater tonſuram vel veſtem religioſam improbare poſſit, ſi filius in minori ætate ſuſceperit, cur ſecus eſt in aliis religionis partibus? Si velamen poteſt revocare, quod filia ſuſcepit puella. *c.* 2. cur non etiam poteſt filiam ex monaſterio evocare, licet major 12. ann. ingreſſa ſit? De oblatione vel devotione patris, de qua *c.* 4. dixi ad *quæſt. præced.*

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Non ſolum propoſitum monachi, ſeu veſtitus religioſus deſeri poteſt contra *d. c. & ſeqq.* ſed etiam debet, ut *notat. ſup. tot.* Si juxta *c.* 4. nemo invitus poſſit ſubjici monaſterialibus diſciplinis, cur ergo egredi non poſſunt ex monaſterio in *c.* 2. *& ſeqq. d. q.* 1.? cur ergo illecti ſeu decepti in *c. ult.* coguntur perſeverare?

Quæstio IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si in *d. c.* 1. virgines non ſunt prohibendæ, quomodo abbatis conſenſus requiritur in *c.* 2.? Sed quid ego de monachis & abbatibus? Quorum conſenſus in noſtris Eccleſiis requiratur, quando agitur de creando vel Epiſcopo vel presbytero vel diacono, dixi *ſup. ſæp.*

Causa XXI.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeq.* nemo in duabus Eccleſ. cõnumerari poſſit, expreſſa eſt in *d. c.* 1. ſed poteſt quis unam habere commendatam, licet in altera ſit titulatus. *c.* 3. An & quando unus poſſit duobus præeſſe miniſteriis ſeu officiis, de quib. *c.* 4. *& ſeq.* dixi *alib. ſæp.*

Quæstio II.

Ad c. 16. & ſeqq.

Hodie Paſtores noſtros etiam dimiſſoriis literis, de quib. *d. c.* 1. tranſire ad alium paſtoratum, notum exiſtimo, ſed ſi prima Eccleſia ſit deſtituta Epiſcopo, non licet tranſire ad ſecundam. *c.* 2. nec quid commune habebit cum prima, ſi tranſierit ad ſecundam. *c.* 3. Sive in *c.* 4. per presbyterum intelligamus ſacerdotem ſive prælatum, moribus Belgii confœderati ratio in *d. c.* expreſſa non attenditur, nec attendi poteſt, quia plures paſtores plures poſſunt habere oves, & debent habere. Proprios tamen non conductitios habere oportet. *c. ult.*

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq.

In *d. c.* 1. quod palea notatur, clerici vocantur ad tutelam minorum, ſed in *c.* 4. prohibentur vocati. Rectius cauſas excuſationum committi arbitrio judicis, pluribus provocavi ad *ad tit. de excuſat.* Ratio, cur in *c.* 2. *&* 3. Epiſcopi aut presbyteri non poſſint fieri procuratores aut adminiſtratores rer. ſecul. adjecta eſt, *ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ibid. ex Paulo. 1. *Timoth.* 3. ubi tamen non reperitur illa generalis regula toties in jure Can. decantata, nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſæcularibus, ſed tantum vile lucrum captare vetatur. Sed hoc latius apud *Theolog.* Sane ſi verum eſſet, quod ſcriptum eſt in *fin. c. 6.* ſcilicet Miniſtros verbi Divini oportere die ac nocte cœleſtibus inſervire, tunc facile crediderim, eos excludendos ab omnibus ſæcularibus, quę tamen ad eoſdem ſpectant, quatenus ſpiritualium ope opus habent. Quid hodie uſu ſervetur tum in Epiſcopis noſtris, tum pontificiis, nemo in Belgio ignorat.

Quæstio IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Corripiendi ſunt clerici ſive presbyteri, qui mollibus ſeu ſuperbis veſtibus utuntur. *d. c.* 1. quod fundamentum habetur in *c.* 11. *Matth.* ſed nimis claudicat ſimilitudo, quæ in *c.* 3. deſumta eſt ex 1. *Cor.* 11. ut mulier orans non poteſt eſſe ſine velamine capitis, ita nec ſacerdos ſine operimento. Quo autem genere veſtimenti teneantur uti Epiſcopi, nuſquam in Novo Teſtamento expreſſum exiſtimo.

Quæstio V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si Magiſtratus non fruſtra gerat gladium. *Rom.* 13. nullus video, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* clericus vel quilibet alius fidelis non poſſet confugere ad Imperatorem, vel ſimilem Magiſtratum ſuperiorem, quando vel à Synodo inique condemnatus eſt, vel læſus contra mandata Principum, qui membra politica tueri tenentur. *d. c.* 13.

CAUSA XXII.

Quæstio I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. fœdus pacis juramento poſſit & ſoleat confirmari, haud obſcura eſt in *d. c.* de qua *nos lat. ad tit. de jurejur. & alib.* De juramento teſtis dixi *ad l. 9. C. de teſtib.* De juramento purgationis ad *l. 6. §. 4. D. de his qui not. infam. & alib.* Nequaquam tamen juramento delectari oportet. *c.* 2. ſed ad majorem ſecuritatem, vel quando proximi aut Reipub. intereſt, poteſt præſtari tanquam in cauſis neceſſariis. *c.* 4. Ergo jurare per ſe peccatum non eſt. *c.* 3. *& ſeqq.* ſed nec video, quo jure in *c.* 13. incurrat in crimen perjurii, qui uſum jurandi facit. Quomodo, quave ſolennitate jusjurandum fiat, dixi ad *d. tit. de jurejur. & alib.* De pœna perjurii ex *ſeqq. anteced.*

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qui ex nequitia decipit credentem, vel qui dolo jurat, aut promittit, cum aliter facturus ſit, ille perjurium committere dicitur. *d. c.* 1. *& ſeqq.* de quo lat. ad *l. 2. C. de reb. cred. & jurejur.* Lingua rea non eſt, niſi mens rea ſit. *c.* 3. nec mentitur, qui putat verum, licet falſum dixerit. *c.* 4. *& ſeqq.* De variis mendaciorum generibus, de quib. *c.* 8. lat. *Theol. & Ethic.* Unus inſtar omnium videatur *Ameſ. lib. 5. de conſcient. c.* 53. ubi meo judicio eleganter perſtrinxit mentales reſervationes ſeu æquivocationes pontificias. Quin ipſum *c.* 13. prohibet, ne quis ſimplici verbo circum-

cumveniatur, quia inquit, animam occidit, qui quoquo modo mentitus eſt. Dixerim ergo contra *c. ult.* Abrahamum vix à mendacio excuſari poſſe. Utique humilitatis profitendæ, vel arrogantiæ vitandæ cauſa mentiri non licet. *c.* 9. *& ſeqq.* 2. Falſum dicere non licet, licet verum tacere aliquando liceat. *c.* 14. ubi tamen in medio *can.* male abſolvitur magna culpa, qui mentitus eſt in gratiam proximi, ut *ſup. lat.* Noſtris peccatis non licet alterius ſaluti conſulere. *c.* 15. *& aliq. ſeqq.* Sed quid hæc ad forum noſtrum? Quo modo mendacium puniatur apud judices ſæculares, notavi ad *l.* 11. §. 3. *D. de interrogat. in jur. fac. & alib.*

QUÆSTIO III.

Quatenus *d. q.* 3. agitur de Epiſcopo & archidiacono, nihil ad Belgas confœderatos pertinet, ſed poteſt tamen applicari ei, qui juravit, ſe non præſtiturum, quod jure Divino præſtare tenebatur. ſcilicet male juratum pejus ſervatur. *Theolog. ad Pſalm.* 15. *& Matth.* 14.

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Præſtat ſtulta vota non ſervare, quàm crimen committere. *d. c.* 1. *&* 5. etiamſi juramentum interceſſerit. *c.* 2. Hinc non tam pietas fuit in *c.* 3. quam neceſſitas, quam lex Dei, quæ dictitat, Davidis ſacramentum ſeu potius juramentum ipſo jure nullum eſſe, quia temere & contra præceptum Divinum juraverat. *c.* 5. Ergo nec bene reſponſum eſt in *c.* 7. Davidem ex duob. malis minime elegiſſe, nec bene tolerabilius eſſe. *c.* 8. An tamen Jephte non ſervaverit juramentum, hoc eſt, non immolaverit filiam, relinquo Theologis ad *judic.* 11.

Ad c. 9. & ſeqq.

Quo ſenſu Deus in *d. c.* 9. *& ſeqq.* dicatur ſua ſtatuta vel ſuam ſententiam mutare, decidere nolo, ſed hoc tamen certo certius credo. *Rom.* 14. *v.* 5. Deum ſepe ἀντρόπολογεῖν. An decretum Dei circa homines ſalvandos ſit mutabile, nequaquam ſolicitus inquiro; quum certus eſſe poſſim de fide & ſalvatione, ſive prædeſtinatio ponatur abſoluta, ſive conditionalis. Qui credit in Chriſtum, habebit vitam æternam *Johan.* 6. ſed nemo Deum videbit ſine ſanctimonia. *Hebr.* 12. Sane mutatio Dei nihil facit ad mutationem, de qua agitur in *d. c.* 8. *&* 12. Aliquando ſcilicet præſtat non jurare, ſed ſi juratum eſt, jusjurandum ſervantum eſt. *c. fin.* de quo *lat. ad tit. de aleat.* Cætera facile explicantur ex *anteced.*

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & 2.

Qua pœna vel cenſura eccleſiaſtica plectendus videatur, qui perjurium compulſus commiſit, de quo *d. c.* 1. *& ſeqq.* ſignificavi *ſup. ſæp.* ſcilicet & in Eccleſia & in foro arbitraria eſt, ſed ſalva mitigatione, de qua *lat. ad l.* 6. *D. de teſtib. & l.* 4. *de reg. jur.* & ſic intellige *d. c.* 1. *&* 3. An tamen compulſor gravius peccet, quam homicida, ut vult *c.* 5. admodum dubito, quum perjurus nuſquam capite puniatur. Sed non peccat, qui neſcit adverſarium pejeraturum. *c.* 6. Sacerdoti non male indicatur, aliquem falſo juraſſe. *c.* 8. Callidum perjurium non excuſat. *c.* 9. ſed & ſupra lapidem committi poteſt. *c.* 10. Verba jurantis non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

non ex ore, ſed ex corde apud Deum procedunt. *c.* 11. *&* 13. nec inter juramentum & ſimplicem loquelam aut affirmationem fidelium differentia eſt. *c.* 12. ſed hoc intellige quoad obligationem, non tamen quoad pœnam, cum gravius peccetur contra juratam promiſſionem, quam ſimplicem, ut *alib. lat.* Qui non eſt præditus rationabilitate, non cogitur jurare. *c.* 14. & ideo impuberes non coguntur. *c.* 15. ſed & hoc potius arbitrarium ſtatuitur, ut *lat. ad l.* 3. §. 5. *D. de teſtib.* Hodie apud Nos nec jejunia, nec tempora, de quib. *c.* 14. *& ſeq.* obſervantur, ſed tamen ſobrio & legitimo tempore jurandum eſt, ut lat. ad *tit. de fer. & dilat.* Requiſita, quæ in juramento fidelitatis requirantur, videre licet in *c.* 13. ſed ut verum fatear, hodie ipſa fidelitatis officia domino præſtanda rectius in ipſo juramento exprimuntur. Mentitur & ille, qui profeſſionem non oſtendit ſuis operibus. *c.* 20. Sed quæ ratio, cur in *c.* 22. clericus non poſſit jurare laico etiam ad purgandum? Utique illud præceptum Chriſti *Matth.* 5. quod in *d. c.* 22. indicatur, non ſolum ſacerdotes obligat, ſed etiam quemlibet alium Chriſtianum, ut *alib. lat.* Uſus *c. ult.* nullus eſt, ut *ſup. not. ſæp.*

CAUSA XXIII.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quatenus bella carnalia, de quib. *d. c.* 1. figuram exhibeant bellorum ſpiritualium, nullus inquiro; quum de bellis ſpiritualibus conſtet ex aliis SS. Scripturæ locis, quam ex illis, quæ in *d. c.* denotantur. An & quatenus patienria, de qua *c.* 2. exercenda ſit circa injurias privatas, Theologi docent *paſſ.* Sed an & quatenus bellum ſit licitum ſive defenſivum ſive offenſivum, de quo *c.* 3. *& ſeqq.* argumentum quoque juridicum eſt, ſed de eo dixi ad *l.* 5. D. *de Juſtit. & jur. & alib.* Fides hoſti data ſervanda eſt *d.c.* 3. cur non etiam hæreticis? Forſan non oportet dare fidem hæreticis notoriis & blaſphemantibus, ſed ſi data eſt, omnino ſervanda videtur, ut *alib. lat.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quatenus edictum ſeu indictio Principis, de qua *d. c.* 1. requiratur, ut bellum juſtum videatur, ſignificavi ad *quæſt. præced.* quibus adde DD. *ad l. hoſt.* 118. D. *de verb. ſign.* An & quibus inſidiis, de quib. *c.* 2. liceat uti in bello juſto, ſignificavi *ibid. & ad tit.* D. *de dol. mal.* Innoxius tranſitus jure humanæ ſocietatis æquiſſimo competit, *c.* 3.

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ retributiones, de quib. *d. c.* 1. licitæ aut prohibitæ ſint, quære ex Theolog. ad *Matth. c.* 8. Quatenus lex talionis, de qua etiam *d. c.* hodie ſervanda ſit, dixi ad §. 7. *Inſt. de injur. & alib. ſæp.* An & quando judex poſſit & debeat inquirere in malos, licet læſi taceant, dixi ad *l.* 3. *&* 13. D. *de offic. præſid.* Licite ergo & ipſa Eccleſia auxilium ab Imperatore petere poteſt. *c.* 2. quod fundatum in *c.* 13. *Rom. & c.* 3. & 10. *d. q.* 3. Plenus juſtitiæ eſt, qui patriam à Barbaris tuetur. *c.* 5. Qui fratris aut ſocii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſocii non repellit injuriam, ſimilis eſt ei, qui facit. *c.* 7. Qui non obviat impietati, cum poſſit, favet ei, ſceleriſque reus eſt. *c.* 8. *& ult.* ſeverioribus tamen vindictis caſtigari debent, quæ juſſa Divina contemnunt *c.* 9.

Quæstio IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quatenus mali, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* tolerandi vel evitandi ſint in Eccleſia, pertinet ad inſtitutionem Eccleſiaſticam ſeu Theologicam, quam videre licet ad 2. *Corinth.* 6. De pacifico, de quo *c.* 3. Theologi ad *c.* 5. *Matth.* Quatenus ſe malis ſociare liceat, de quo caſu *c.* 6. dixi *ſup. ſæp* Hoc certum, quod aliena peccata nemini præjudicent. *c.* 7. *&* 10. nec te maculet malus, ſi non conſentias. *c.* 8. An conſentire peccatis ſit tangere immundum apud *Eſai.* 52. ut vult *c.* 9. vide apud Interpretes ad *d. c.* 52. *& d. cap.* 2. *Corinth.* 6. *Num.* 16. *Ezechiel.* 14. Idem ſentio de textu *Gal.* 16. *v.* 5. qui allegatus eſt in *c.* 11. Sane exemplum Abel & Cain in *c.* 15. ȣ̓δὲν ϖρὸς σώνυσον facere videtur. In nulla lege hoc ſcriptum eſſe, quod ſcriptum dicit *c.* 16. tenent Noſtri ad *Matth.* 5. ubi tantum Judæorum gloſſam referri dicunt. Quinimo expreſſe prohibitum ſtatuunt, inimicos odio proſequi. *Deut.* 32. *Proverb.* 25. Ratio bona allegata eſt in *c.* 17. cur liceat cum infidelibus inſtituere colloquia vel convivia. Bona item ratio in *c.* 18. cur quædam mala in Eccleſia toleranda ſint, & quædam punienda, ſed gravius aperta, levius occulta. *c.* 19. licet in caſu matrimon. & ſimilib. ſecus ſit, ut *lat. ad l. ult.* D. *de nup.*

Ad c. 20. & ſeqq.

Correptio non eſt negligenda. *d. c.* 20. quod deſumptum videtur ex *Levit.* 19. Ergo corrigendus Gregorius in *c.* 21. ubi prædeſtinationem meritis hominum adſcribit, cum ſit ex mero beneplacito vel mera gratia Dei, ut Noſtri ſaltem tuentur. Et licet dicamus, Deum elegiſſe hunc vel illum fidelem propter bona opera præviſa, tamen electio male dicitur ex merito, cum Deus gratiam dederit, ut homo per eam ſe vel ſalvare, vel etiam non ſaluare poſſit, ut *alib. lat.* Probant quoquo *c.* 22. *&* 23. ubi tamen prædeſtinatio dicitur cauſa ſtandi, ſeu bonorum operum, quæ in *d. c.* 21. dicuntur cauſæ prædeſtinationis, ut etiam animadvertit *Gloſſ. ad. d. c.* 23. Mallem ergo dicere, quod Deus præſciverit, quàm prædeſtinaverit hunc vel illum ſtaturum aut lapſurum eſſe. Sed quid ego de hoc myſterio aut occulto judicio, ut vocat *d. c.* 22.?

Ad c. 24. & ſeqq.

An & quando vindicta, de qua *d. c.* 24. *& ſeqq.* in Eccleſia ſit exercenda, vel non exercenda, ſignificavi *ſup. aliquot.* Plura de hæreticis ad *tit.* C. *de hæret. & manich.* Sane pro ſola injuria Epiſcopo illata non licet excommunicare. *c.* 27. Sed in Deum commiſſa non temere remittenda eſt. *c.* 28. Semel tamen remiſſa (ſcilicet homini facta) reviviſcere non debet. *c.* 29. de quo *ad §. ult. Inſt. de injur. & l.* 11. *§.* 1. *D. eod.* Quando ſedes Apoſtolica vel vera Eccleſia aliquem anathemate, de quo *c.* 30. ferire poſſit, notavi *ſup. ſæp.* Quatenus exemplum Pinehæ. *Num.* 25. vel exemplum Heliæ. 1. *Reg.* 1. exemplum Apoſtol. *Luc.* 9. ad rem faciant, vide apud *Interpret. ad dd. text.* Judicis non eſt aliquem damnare abſque accuſatore. *c.* 31. ſed hoc in Præſide vel Mareſchallo ſecus eſſe, apparet ex *noſtr. ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

l. 3. *&* 13. D. *de offic. præſid.* Quænam vitia deflenda potius quam punienda ſint, de quib. *c.* 32. quæque miſericordia Eccleſiæ conveniat, de qua *c.* 33. *& ſeqq.* ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 36. & ſeqq.

Quid ſit gladium accipere, definit *d. c.* 36. de quo latius *Theol. ad c.* 26. *Matth. v.* 52. Haud inutiliter inquietos, de quib. *c.* 37. officio gladii ſeu poteſtatis corrigi, multis rationibus probatur in *d. c. & in noſtr. anteced.* An & quatenus hæretici, de quib. *c.* 38. *& aliq. ſeqq.* ad ſalutem cogi aut trahi poſſint, dixi ad *tit. C. de hæret. & manich. & alib. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 41. Eccleſia poſſit & debeat petere auxilium ab Imp. vel Regib. intermixta eſt *ibid.* de qua *ſup. ad c.* 2. *& ſeqq. quæſt.* 3. An & quatenus Eccleſia malos, de quib. *c.* 42. perſequi poſſit & debeat, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* Sane Saram *Gal.* 4. repræſentare Eccleſiam, vel Eccleſiæ concedere perſecutionem malorum, ut docet *d. c.* 42. nullus video. Sed & cætera *loca SS. Scripturæ* tum in *d. c.* 42. tum in *ãteced.* indicata ſæpe nobis nimis longe petita videntur. Illud exemplum Chriſti, quo Paulum coegit ad bonum, de quo *c.* 43. plane alienum eſt à coactione, quam prætendit pontifex in *præced.* Populus potius flagellandus dilectione quam crudelitate. *c.* 44.

Ad c. 45. & ſeqq.

Tormenta ex officio adhibita non imputantur fidelibus. *d. c.* 45. Dictator quoque immunis eſt à culpa, cum legum auctoritate puniverit. *c.* 46. Ipſe Deus placatur correctione malorum. *c.* 47. An & quando inimici Eccleſiæ, de quib. *c.* 48. bellis coërcendi videantur, ſignificavi *ſup. ſæp.* An vero papiſtæ ſint pernitioſi hæretici, ut Noſtri affirmant, *Ameſ. Aliique de hæret.* nullus inquiro, quum ratio decreti prohibeat. Non patior tamen dici in *c. ſeq.* bellorum victorias eſſe ex merito fidei, quum hoc deroget merito Chriſti, vel gratiæ Dei, quo ſolo largiente victorias conſequimur. *d. c.* 49. *verſ. Sed cum &c.* Dum malorum pœna negligitur, Deus offenditur. *c.* 50. Quænam autem, qualisve vindicta aut perſecutio competat Eccleſiæ, de qua *c.* 51. *& ſeqq.* dixi *ſup. aliquot.* Sane fides cogi nec poteſt, nec debet. Dei donum eſt, quis ergo coget, niſi precibus? Doctore non tortore opus eſt. *Lipſ. lib.* 4. *civil. doctr. cap.* 4. Sed ex labiis Sacerdotum. *Malach.* 2.

Quæstio V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Nequaquam quoſlibet malos interficiendos eſſe, indicant *dd. can.* ſed miror, cur in *dd. cap.* Auguſtinus intercesserit pro homicidis, eoſque à pœna capitis liberare voluerit, licet à clericis non fuerint accuſati. Vide *not. noſtr. ad l.* 3. *&* 13. *D. de offic. præſid. & ad c.* 7. Quanam ſeveritate Principum, de qua *c.* 4. quies Eccleſiæ adjuvetur, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sane blaſphemos perſeverantes in blaſphemica, hæreſi, de quib. *c.* 5. ultimo ſupplicio puniri poſſe, probavi *pluribus ad tit. Cod. de hæret.* An ergo *d. c.* 5. palea notandum ſit, nullus animadverto. An illi, qui in hac vita puniti ſunt, de quib. *c.* 6. poſtea non ſunt puniti à Deo, nullus inquiro, ſed certo certius credo, nonnullos in præſenti ſæculo puniri, ut in futuro conſerventur. *Hebr.* 12.

Ad c. 7. & ſeqq.

An in *d. c.* 7. pro *defendat.* legendum ſit *non defendat* ut legunt *Bur-*

chard.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

chard. & Ivo. parum attendo; quum in veritate rei ſanguinis ab Eccleſia non debeant defendi, ne quidem per aſyla, poſtquam conſtat, quod revera ſanguinis rei ſint, ut *ſup. probat. ſæp.* Alioquin peccatum non committit, qui fungens officio hominem occidit. *c.* 8. Unde nec præceptum de non occidendo tranſgreſſi ſunt, qui Deo auctore bella geſſerunt. *c.* 9. ſed qui ſibi mortem intulerunt, rei ſunt homicidii. *d. c.* 9. *& ſeqq.* de quo *lat. ad l.* 3. *D. de bon. eor. qui ant. ſent.* Orationem, de qua *c.* 12. non ſolum improbandam eſſe pro illis, qui ſeipſos interfecerunt, ſed etiam pro aliis mortuis, notavi *ſup. ſæp.* Quando miles, de quo *c.* 13 alium impune occidat, dixi ad *d. c.* 8. Homicida eſt, qui eum occidit, quem judex nondum juſſerat occidi, licet revera morte dignus fuerit. *c.* 14. *& ſeq.* De vindicta, de qua *c.* 16. *& ſeq.* dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 18. & ſeqq.

Ratio, cur regia poteſtas inſtituta ſit, reddita eſt in *fin. d. c.* 18. de qua *ſup. ſæp. & inf.* Aliquando, qui cauſa mortis fuit, potius in culpa eſt, quam qui occidit. *c.* 14. Sed exemplum de fidejuſſore caute accipiendum eſt, ut hic etiam monuit *Gloſſ.* ſcilicet refertur factum vel quædam loci conſuetudo, ſed non jus, quum nullo jure fidejuſſor poſſit puniri corporaliter pro crimine rei principalis, ut *nos lat. ad l.* 8. §. 5. *D. de fidejuſſ. & alib.* Qualis poteſtas vel potentia competat Principibus circa Eccleſiaſtica adjuvanda vel corrigenda, de quib. in *c.* 20. *& ſeqq.* dixi *ſup. aliquot.* Æterna mercede fraudandus, qui fidem & reverentiam non ſervat Poteſtatibus. *c.* 24. quod fundatum eſt in 2. *Epiſt. Petr. c.* 2. *v.* 10. Sed exemplum Abrahami in *c.* 25. longe petitum eſt, ut probetur præmium, quod ſervus obediens exſpectat à Domino. An & quomodo præda debeatur Regi victori, dixi ad *l.* 5. §. *ult. D. de adq. rer. dom. & alib.* An & quando Princeps, de quo *c.* 26. excommunicari poſſit, ſi attentius non audierit querimonias Eccleſiæ, ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 27. & ſeqq.

Quatenus Magiſtratus Dei miniſter ſit, & quatenus delicta punire debeat, de quib. *d. c.* 27. *& ſeqq.* dixi *ſup. ſæp.* De fraterna correptione, de qua in *c.* 26. *& ſeqq.* dixi *itid ſup. ſæp.* Mere etiam Theologica ſunt, niſi addidero, nec ergo Magiſtratum, nec quemlibet alium teneri act. injuriar. qui fratrem fraterno more corripuit. *Levit.* 19. junct. *not. noſt. ad l.* 3. §. 1. *D. de injur.* Quouſque ſchiſmatici, hæretici, Aliique, de quib. *c.* 42. *& ſeqq.* perſequendi vel coërcendi videantur, notavi *ſup. cent.* Miror profecto, cur Gratianus monachus toties idem repetierit, idque probaverit Gregorius Pontifex 13. Arrogans quoque promiſſio videtur in *c.* 26. ubi regna cœleſtia promittuntur illis, qui in bello contra infideles caſuri ſunt. Nec video, quo jure in *c.* 47. excuſetur à pœna homicidii, qui zelo matris Eccleſiæ excommunicatum occidit. Vide *not. noſt. ad tit. D. & C. ad l. Cornel. de ſicar.*

Quæstio VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Exemplum Pauli, quod *d. c.* 1. proponit, plane ſingulare eſſe, atque ex eo non poſſe probari Eccleſiæ competere coactionem ſimilem, notavi *ſup. ſæp.* Idem cenſeo de cæteris *loc. Sac. Script.* quæ in *d. c.* indicantur. Denota-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tus locus *Ezech.* 34. in *c.* 2. potius contra pontificios facit, quia *v.* 4. *d. c.* 34. Propheta exprobat Paſtoribus, quod imperabant cum violentia & crudelitate. Ergo & illud contra *c.* 3. *pr.* conſiderandum, quod quis cogatur ad fidem per leges poteſtat. nec ad rem facit locus *Proverb.* 9. denotatus in *fin. d. c.* 3. Sed ruſticus onere penſionis ad dominum recte reducitur. *c.* 4. Sed quid & hoc ad rhombum?

QUÆSTIO VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Falſo quis rem ſuam appellat, quam non juſte poſſidet, vel quam non poſſidere juſſus eſt auctoritate Regis. *d. c.* 1. de quo *nos lat. ad l.* 11. *D. de adq. vel amitt. poſſ.* Sed quæ ratio, cur in *d. c. & ſeqq.* catholici non poſſideant aliena, quæ abſtulerunt hæreticis? Hanc illi reddunt, quia ex libro *Sapient.* 10. juſti edent labores vel ſpolia impiorum. Sane ſi ipſe *Liber ſap.* non eſt apocryphus, ſaltem dictus locus canonicus non eſt, aut non eſt probans, quod erat probandum. Nuſquam, inquam, dicitur in *Sacris Litteris*, bona hæreticorum, vel bona ad hæreticorum religionem propagandam data, tantum ad veram Eccleſiam pertinere, ſeu pauperes veræ Eccleſiæ. Verum quidem eſt quod Victor poſſit dicta bona flectere ad uſum & ſuſtentationem Eccleſiæ aut pauperum, ſed nulla lege in terminis (ut loquuntur) aut præciſe cogitur, ut *alib. lat.* Haud ita pridem magnus & nobiliſſimus Theologus obſervavit ex *Apocal.* 17. *v.* 16. Reges juſtos, qui beſtiam vel meretricem Romanam denudaturi ſunt, & jam denudarunt, carnes, id eſt bona pontificiæ religioni conſecrata comeſuros & ad proprios uſus converſuros eſſe.

QUÆSTIO VIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

An & quatenus Epiſcopi, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* arma tractare poſſint, ſignificavi *ſup. ſæp.* An ergo *dd. can.* palea notandi ſint, parum attendo. Alios tamen ad juſta arma hortari poſſunt. *c.* 7. *& ſeq.* De promiſſione vel inflammatione, de qua *c.* 3. dixi ad *c.* 46. *q.* 5. An Longobardis aut Saracenis, de quib. *c.* 10. *& ſeqq.* propter ſolam religionem licuerit bellum inferre, excuſſi *alib.* Qui tamen latrunculos aut Chriſtianorum hoſtes bacchantes non corrigit & exſcindit, cum poſſit exſcindere, innoxius dici non poteſt. *c.* 12. nec crudelitas, ſed pietas eſt, cum pro cauſa Dei arma vel ſuadeantur, vel ſuſcipiantur. *c.* 13. cujus tamen exempla longe petita videntur. Sane ſi retorquerentur in pontificios, haud dubie quererentur, ſingulares pænas illis applicari, tametſi rectius in illos quadrent, præſertim illa Lex *Deut.* 13. ubi Propheta, vel quilibet alius, qui alios Deos falſos colendos ſuaſit, ultimo ſupplicio puniendus dicitur. Sed periculoſum eſt (fateor) quoſlibet hæreticos, qui religionem Chriſtianam profitentur, comparate illis, qui denotantur in *d. c.* 13. Forſan hoc morale colligitur ex *textib. allegat.* quod notorie impii gravioribus pœnis afficiendi ſint, ut *alib. lat.* Facit & ipſum *c.* 14. ubi Chryſoſtomus prohibet ſola opera inſpicere, & ſimul jubet reſpicere tempus & cauſam & perſonarum differentiam. Summa ex *d. c.* 13. ſuperſcripta hæc eſto: quædam in Veteri Teſtamento licebant, quæ in Novo prohibentur.

Ad

Ad c. 15. & ſeqq.

Neceſſitate urgente graviore etiam in diebus feſtis ad arma & bellum ſe præparare licet. *d. c.* 15. De increpatione Petri, de qua *c.* 16. dixi ap *præced. proxim.* Epiſcopos ſeu Eccleſiam hortari poſſe ad bellum, de quo *c.* 17. *& ſeqq.* dixi *ſup. ſæp.* ut & hoc, quod tamen regulariter non debeat occupari negotiis militaribus, ut docet *c.* 19. ex 2. *Timoth.* 2. *v.* 4. Unde nec in mortem cujuslibet hominis ſe miſcere debet. *c.* 20. An & quatenus Eccleſiæ, de quib. *c.* 21. Imperatoribus ſint obnoxiæ, notavi *ſup. ſæp.* Quænam tributa, de quib. *c.* 22. *& ſeqq.* Eccleſia ſolvere debeat, dixi *itid. ſup. ſæp.* Sane myſtica illa interpretatio ex facto Petri *Matth.* 17. nobis nimis myſtica videtur. Excuſſionem *l.* 18. *C. de SS. Ecclef.* quæ in *d. c.* 23. indicatur, videre licet in *not. noſtr. ad eand.* Reliqua de primatu vel auctoritate pontificum apud Nos damnata eſſe, notavi *ſup. ſæp.* An & quatenus noſtri ſacerdotes poſſint fieri judices, vel in cauſis civilibus vel criminalibus, de quib. *c.* 29. *&* 30. dixi *itid. ſup. ſæp.* Sane neminem excommunicandum eſſe propter incendia aut ſimilia, de quib. *c.* 31. *& ſeq.* abſque auctoritate judicis vel ſententia præcedente, contra *dd. can.* notavi *ſup. ſæp.* Poſſe etiam Reges contra *d. c.* 32. *in fin.* inconſultis Epiſcopis incendiarios aut ſimiles condemnare, notavi *itid. ſup. ſæp.* De homicida, deque *c.* 32. dixi ad *cap.* 29. *q.* 5. Sed ſi judicium ſanguinis agitare non debeant, qui ſacramenta Domini tractant *d. c.* 30. quo jure ergo de homicidio, quod in rixa commiſſum eſt, agunt in *c.* 34. ? quo jure etiam in *fin. d. c.* extra noxam ſunt, qui adfuerunt & impedire noluerunt ? Vide *not noſtr. ad. l. ult. D. ad l. Cornel. ſicar.*

CAUSA XXIV.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Qui damnatam hæreſim ſequitur, ille ſe damnationis participem facit. *d. c.* 1. & non opus eſt nova ſententia. *c.* 2. *& ſeq.* Excommunicatus non poteſt excommunicare alium. *c.* 4. cujus ratio facile colligitur ex *c.* 5. *&* 6. Sed quinam heretici ? ſcilicet Eccleſia Romana ſuis meritis firma turbatur alienis. *c.* 7. & Chriſtus ſoli Petro dixit, duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationum. *d. c.* 7. ſed & aliud genus piſcandi ſoli Petro conceſſum eſt. *c.* 8. Sed ludere in ſacris non oportet. Reliqui canones loquuntur de Eccleſia Romana, quam nos credimus Antichriſtianam eſſe, multis argumentis invictis devictam, nec ſibi pontificii blandiantur aut imponant ex *c.* 14. *& ſeqq.* Afferamus, inquit pontifex in *c.* 21. ſtateram de Scripturis Sanctis, & in illa, quid ſit gravius expendamus. Cætera de hæreticis ſupra excuſſa ſunt *ſæp.* Si excommunicati dicendi non ſunt, qui ab hæreticis excommunicati ſunt. *c.* 36. niſi tamen ob aliquod facinus. *c.* 38. *& ſeq.* ergo nec Reformati, qui ab Eccleſia Romana excommunicati ſunt, quia hæretica eſt, ut *probat. ſup. ſæp.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si Eccleſia ſolos viventes poteſt ligare vel ſolvere. *d. c.* 1. *& ſeqq.* quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

jure poteſt in *c.* 3. *& ſeqq.* injungere preces vel eleemoſynas pro anima defuncti? nullus poteſt relaxare ſententiam damnationis, ſi damnatus velit manere in ſuo ſenſu. *c.* 5. An in *c.* 6. hæretici recte poſt mortem anathematizentur, nullus inquiro ob *ration. præced.* Sed quæritur in foro ſæculari ſeu civili, an tamen bona hæreticorum poſt mortem eorum cadant in confiſcationem, de qua quæſtione ſatis ſuperque (ni fallor) egi ad *tit. C. de hæret. & manich. & alib.*

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq

Pro peccatis patris non eſt anathematizandus vel puniendus filius. *d. c.* 1. cujus ratio allegata eſt *ibid.* ex *c.* 18. *Ezech. v.* 4. Qui illicite excommunicat, ille non tam alium, quam ſemetipſum condemnat. *c.* 2. Et immunditiem labiorum contrahit, qui vel ſolo ore maledixit. *c.* 3. quod tamen apud *Eſai.* non reperio in *cap.* 4. *vel.* 6. nec reperio locum *Pſalm.* 36. qui *c.* 5. indicantur. Verum tamen eſt, quod multi vitia ſacerdotum ex nimio zelo Dei perſequantur, & multi ex ſacerdotibus indiſcrete peccata fidelium perſtringant, vel ſalva anima injuſte condemnent. An & quatenus quilibet Imp. Chriſtianus ad exemplum Juſtiniani in *c.* 6. circa excommunicationem leges ferre poſſit, dixi ad *Lib.* 1. *Cod. ſæp.* Male tamen in *d. c.* contumaci denegari omnem appellationem, dixi ad *l.* 73. §. *ult.* D. *de judic.*

Vita, non ſententia, excludit ab Eccleſia. *c.* 7. & ideo ad Eccleſiam non pertinent, qui per peſſimam vitam ſeparantur. *c.* 8. Sed quid ad hoc 1. *Epiſt. ad Corinth.* 3.? An tamen Apoſtolus dicto loco etiam de ſegregatis ab Eccleſia loqui videatur, alia quæſtio eſt, de qua *Auguſtin. ſerm.* 11. *de verb. Dom.* Anathematizatus à Deo ſeparatus habetur. *c.* 9. An tamen hic ſit ſenſus Apoſtoli 1. *ad Corinth.* 8. vide apud *Interpret. ad d. c.* 5. ut *ſup. notat. ſæp.*

Ad c. 10. & ſeqq.

Maledicta fidelibus evitanda ſunt. *d. c.* 10. *& ſeqq.* de quib. *lat. Theolog. ad c.* 27. *Deut. & ad epiſt. Jud. v.* 9. *& alib.* Sane non quemlibet maledicum teneri actione injuriarum, probavi *lat. ad tit. de injur.* Quales errantes, de quib. *c.* 13. ſatanæ tradi poſſint ex ſententia Pauli. *d. c.* 5. 1. *Corinth.* dixi *ſup. ſæp.* Quænam autem præcedere debeant, de quib. *c.* 14. *& ſeqq.* antequam quis ut publicanus vel ethnicus declaretur, ſignificavi *ſup. ſæp.* ex *Matth.* 18. Subditi à præfectis varie corripiendi ſunt pro diverſitate culparum. *c.* 17. ſed incorrigibiles recte extra communionem Eccleſiæ ejiciuntur, ſeu excommunicantur. *c.* 18. Quinam adulteri, homicidæ, vel falſi teſtes, de quib. *c.* 19. *& ſeqq.* agunt, poſſint excommunicari, aut ſaltem ſuſpendi à communione, relinquo Theologis, ut *ſup. ſæp.* ſed pœnas civiles propoſui ad *tit. D. de adul. de ſicar. & falſ.* De Romipetis, monachis, aliiſque religioſis, de quib. & *dd. can.* nihil definio, quia nihil de illis in Sacris reperio.

Ad c. 26. & ſeqq.

Quænam ſit differentia inter ſchiſmaticos & hæreticos, de quib. *d. c.* 26. *& ſeqq.* petendum videtur ex labiis Sacerdotum. *Malach.* 2. ut in ſimilib. *notat. ſup. ſæp.* An & quomodo cum illis converſari liceat, ſignificavi *ibid. ſup. ſæp* Vide tamen *Ameſ.* (quem ego omnibus Patribus anteponendum cenſeo) *lib.* 4. *c.* 4. *& lib.* 8. *c.* 12. *de con-*

ſcient.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſcient. An ſint plures ſectæ hæreticorum, quam quæ enarrantur in *c.* 39. inquirere non vacat, nec decet. An ex deſcriptione hæretici, quæ eſt in *d. c.* 27. *& ſeqq.* pontificii dicendi ſint hæretici perniciſiores, ut eos vocat *Ameſ. d. c.* 4. §. 6. & an ideo in illos competat illud tritum, οἰκείοις πτεροῖς ἁλισκόμεθα propriis pennis ferimur, vel illud Ovidii, heu patior telis vulnera facta meis, vel illud, Auctorem feriant tela retorta ſuum, noſtrum non videtur definire, quamvis ſic ſentiamus, & pluribus probare poſſimus.

CAUSA XXV.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si Romana ſedes in primis decreta ſynodorum ſervare tenentur. *d. c.* 1. *& alib. ſeqq.* quo jure ergo pontifex ſupra concilia? Cæterum, ut verum fatear, ſacri canones pontificum vel conciliorum ſæpe ſacri non ſunt. Quinimo nulla Synodus per ſe obligat ſub pœna anathematis, vel in foro conſcientiæ, licet ordinis gratia leges quædam ferri poſſint circa prædicat. verb. Divin. vel diſciplin. Eccleſ. *Epiſt. Jacob.* 4. *v.* 12. *Gal.* 5. *v.* 1. ut lat. *Theol. de poteſt. miniſtr.* Blaſphemia ergo eſt, blaſphemiam Spiritus S. ſtatuere in eos, qui ſacros canones reprehendunt, ut fit in *c.* 5. brutum, inquam, fulmen eſt illud anathema, quod pontifex in *c.* 11. minatur illis, qui cenſuram Romanorum pontificum violat. Hæccine nota veræ aut falſæ Eccleſiæ? *Sleidan. lib.* 3. *de quat. imp.* ſcripſit prædicta pontificum decreta originem traxiſſe ex faſtu, avaritia & cupiditate regnandi. Ut ut ſit, Deus fruſtra colitur novis traditionibus hominum. *Matth.* 15. de quo *lat. ſup. alib.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Privilegia Eccleſiæ, quæ ſcilicet non adverſantur juri Divino, inviolabilia permanere debent. *d. c.* 1. *& ſeqq.* Apoſtolicus (ſcilicet vere talis) Apoſtolica diſtruere non debet. *c.* 4. *& ſeqq.* ut nec illud violandum, quod rationabiliter definitum eſt. *c.* 9. *& c.* 12. niſi major ratio aliter ſuadeat, ut *lat. ad §. pen. Inſt. de jur. nat. gent. & alib.* Reliqua de privilegiis metropolitanorum, vel aliorum Epiſcoporum Romanorum ſupra improbata ſunt *ſæp.* Sane quæ contra leges ſunt, ipſo jure nulla ſunt. *c.* 13. & *l.* 5. *C. de legib.* Excuſſionem *l.* 3. quæ per *can.* 14. canonizata eſt, excuſſionem *l.* 6. *C. de precib. Imp. offer.* quæ repetita eſt in *c.* 15. videre licet in *not. noſtr. ad dd. ll.*

CAUSA XXVI.

QUÆSTIO I. & II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Deſcriptio ſortilegorum, quæ eſt in *q.* 1. vix convenit omnibus ſpeciebus ſortilegiorum, ut patet ex *ſeqq.* Sors ſcilicet, quæ mittitur ad inquiſitionem quid ſit de jure, nullo modo licita eſt. *Ameſ. de ſort. cap.* 23. *lib.* 4. *de conſcient.* Idem dicendum eſt de ſorte conſultatoria vel divinatoria. *Ameſ. d. c.* 23. An idem de luſoria pronuntiandum ſit, dubito aut diſtinguo ad *tit. de aleat. & alib. lat.* Sed ſors diviſoria licita eſt, adhibitis quibuſdam temperamentis, quæ videre licet apud *Ameſ. d. loc.* & ſic intellige *c.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

d.q.2. ubi ſors per ſe non eſt ex genere mali. Alii aliter, ut videre eſt in *not. d. c.* 1. ſubjectis, Exemplum Jonæ in ſortibus ſequi recte prohibetur, *c.* 2. ſed exemplum Mathiæ uſum habere poſſet, ut patet ex *anteced.* & ex ipſo *c.*4.*ſeqq.*Qua pœna hodie puniendi videantur impii ſortilegi vel aſtrologi, planetarii aut ſimiles mathematici, de quib.& *dd. can.* dixi ad *tit.* C. *de malef. & mathem. ad tit. de aleat. & alib. ſæp.*

Quæstio III. & IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Varia divinationum genera, quæ olim in uſu fuerunt, videre licet in *d. c.* 1. Qualis pœna haruſpici vel auguri & ſimilib. præſcripta fuerit in Veteri Teſtamento, conſtat ex *c.*18.*verſ.*10. *& ſeqq. Levit.* 19. *v.* 26. *&* 31. *Exod.* 22. *v.* 18. An illa pœna moralis, an arbitraria ſit, *diſp. alib. ſæp.* Sane à cœna Domini coërcentur in *form. noſtr. de cœn. Dom. celeb.* Quot modis, de quib. *c.* 2. dæmones futura prænoſcant, recte in *c.* 3. dicitur res occultiſſima vel incertiſſima, aut ſaltem alieniſſima à Sparta noſtra, quam nacti ſumus.

Quæstio V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quali anathemate vel excommunicatione feriendi ſint arioli vel incantatores velſimiles, vel eorum obſervatores, de quib. *d.c.*1.*& ſeqq.* ſignificavi ad *quæſt. præced.* Invigilet ergo paſtoralis cura contra idolorum cultores *c.* 10. & ſtudeant Epiſcopi vel Synodi, ut modis omnibus artem magnam eliminent. *c.*12. Quod ſi facere neglexerint, puniendi videntur cum à judice Eccleſiaſtico, tum ſeculari, ut in ſimilib. *ſup. ſæp.* Magorum varia & vana præſtigia videre licet in *c.* 14. & apud *Rabin. de magor. præſtig.* An ſagarum innatationes judici certum pariant judicium vel ad mortem vel ad torturam, dixi ad *tit. de probat.* Licet autem pleraque phantaſtica ſint, recte tamen ille ſacerdos honore ſuo privatur, qui ſuperioribus maleficiis operam dedit. *d. c.* 5. *&* 13. Cæteri pœnitentiæ modi, de quib. & in *dd. cap.* apud Reformatos in uſu non ſunt.

Quæstio VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quomodo & per quos in noſtris Eccleſiis pœnitentes, de quib. *dd. canon.* reconcilientur Eccleſiæ, dixi *ſup. ſæp.* Sane morientibus pœnitentia non eſt deneganda. *c.* 12. *& ſeq.* Quid ergo, ſi tamen ſecus fiat? Dixi ad *q.* 5. Vix tamen in *d. c.* 12. probatur per *Ezech.* 18. quod ſit reus animarum, qui pœnitentiam morientibus abnegavit. Cætera ſunt propria Eccleſiæ Romanæ, quæ apud Reformatos rejecta eſt.

Quæstio VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Iſtum modum pœnitendi, de quo in *d. c.* 1. *& ſeqq.* in Belgio confœderato, cui præcipue ſcribimus, nequaquam ſervari, notavi ad *quæſt. præced.* Sane pro differentia vel gravitate peccatorum, de qua *c.* 5. *&* 7. Senatus noſtros Eccleſiaſticos pœnitentiam præſcribere poſſe, certum eſt. Vide *Theolog. in loc. com. de pœnit.* Etiam ſine perſonarum acceptione dandam, vult *c.* 6. & cum intimo charitatis affectu. *c.* 9. Quinam impœnitentes ut ethnici vel publicani declarari poſſint, de

de quib. *c.* 11. dixi *ſup. ſæp.* Præſtat autem errare in modo remittendi, quam ulciſendi. *c.* 12. Qua pœna vel pœnitentia puniendi ſint obſervatores calendar. gentil. de quib. *c.* 13. *&* *ſeqq.* dixi *ſup. aliquot.* An pœnitentia ſit ſacramentum, an ex pluribus partibus conſtet, quam ex contrit. confeſſ, & ſatisfact. vide apud *Theol. d. loc.*

CAUSA XXVII.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Antichriſtus eſt, qui matrimonium prohibet, præſertim in viduis junioribus. 1. *Timoth.* 4. *v.* 3. *&* 5. *v.* 14. Atqui pontifex prohibet, imo excommunicat viduas in *d. c.* 1. Ergo antichriſtus eſt. Sane ipſum votum caſtitatis, de quo etiam in *d. c.* 5. non agitur, ſed de voto vel promiſſione, qua ſe vidua obſtrinxerat miniſterio Eccleſiæ, directo contra Jus Divinum eſt, præſertim in illa, quæ non habet donum continentiæ, quod raro habet vidua junior, quæ ſemel venerem experta eſt. Si ergo non ſunt damnandæ primæ nuptiæ, multo minus ſecundæ, ut *lat. in repetit. noſtr. ad l.* 3. *C. de ſecund. nupt. & alib.* Ridiculum ergo eſt argumentum in *c.* 2. à contractu ad tale votum, quod ipſo jure nullum eſt, aut ſaltem ſub illa conditione factum, ſi vovens habeat vel habiturus ſit donum continentiæ. *c.* 8. *& l. impoſſibil. de reg. jur.* maxime ſi ſi loquamur de religioſo propoſito aut habitu pontificio, de quo *c.* 2. qui ſæpe improbatus eſt *ſup.*

Ad c. 4. & ſeqq.

An in virginitate exploranda falli poſſint oculi obſtetricum vel medicorum, ſeu an dentur notæ virginitatis, de quib. *d. c.* 4. *& ſeq.* rectius diſquirunt Medici, quam Pontifices. *l.* 12. *de ſtat. homin.* Qua pœna plectendus ſit in foro ſæculari, qui cum alterius ſponſa, de qua *d. c.* 6. rem habuit, dixi ad *l.* 13. §. 3. *D. ad l. Jul. de adult.* Sive virgines velatæ fuerint, ſive non fuerint, de quib. *c.* 7. *& ſeqq.* apud Reformatos nubere poſſunt, ut *notat. ſup.* Quin Papa ſibi ipſi contrarius in *c.* 8. ubi refert Paulum nullatenus vetare matrimonium illis, qui ſe continere non poſſunt, & tamen aliter diſponit auctoritate, ut idem ait, patrum ſuffultus In *c.* 9. virginibus voto obſtrictis tantum injungit pœnitentiam, in *d. c.* 2. *& aliis ſeqq.* injungit excommunicationem & excluſionem à limine Eccleſiæ, quæ etiam contraria ſunt, ut plurima in decreto *Gratian. & alib.* Sic in *c.* 40. ſeparandus dicitur ab uxore, quam poſt profeſſionem continentiæ duxit, ſed in *c. ſeq.* conjugia voventium non ſunt diſſolvenda. Sed forſan poſterius corrigit prius, vel diſtinguendum inter ſimplex votum & profeſſionem. Ut ut ſit, impie prohibetur matrimonium, quod Deus permiſit & injunxit. Et ideo ipſe pontifex rectius dicitur filius perditionis, quam ille, qui in *c.* 37. dicitur filius perditionis, quod ſanctimonialem in uxorem duxerat. Vide *Interpret. ad* 2. *Theſſal.* 2. *v.* 3. *& Bronch. miſc. cont. cent.* 1. *aſſert.* 96.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ne quidem utriuſque conjugis voluntate ſeparationem factam ſeparare matrimonium, multo minus ſeparationem unius, notavi contra *d. c.* 1. *&* 4. quod palea notatum eſt & ſæpius in *anteced. & ſequent.* præcipue tamen ad *tit. de divort. & rep.* Sed nec maritus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

eſt, qui uxorem dimittit ex cauſa adulterii ſententia judicis adprobante, ut *ibid. lat.* contra *d. c. & al. can.* Quod particula ſolus in *c.* 2. non excludat conſenſum parentum, ſed tantum coitum, apparet manifeſte tum ex primis verbis *d.c.* tum ex finalibus. Atque ita ſaltem jure Divino cautum eſſe, dixi plurib. ad *l.* 2. *D. de rit. nupt.* An illud beatæ Mariæ, virum non cognoſco *Luc.* 1. ſignificet, propoſui me non cognituram, ut explicatur in *not. d. c.*2. *& in c.* 3. Theologis excutiendum relinquo, ut & illud, an Maria poſtea plures liberos pepererit, &c.

Ad c. 5. & ſeqq.

Verum quidem eſt, quod non omnis defloratio virginitatis faciat conjugium. *d. c.* 5. ſed eam juſtam dare cauſam, ut deflorator ad contrahendum cogi poſſit, defendi *alib. ſæp.* ex *v.* 16. *Exod.* 22. Si conjuges non tam à concubitu, quam à deſponſatione dicantur conjuges. *d. c.* 6. quo jure ergo requiritur benedictio ſacerdotis pro ſubſtantia matrimonii? Sed nec ſponſa vel uxor de futuro eſt præſens uxor, licet nullæ ſolennitates rerequirantur. Poteſt qnidem cogi, ut promiſſum matrimonium contrahat etiam cum aliqua ſolennitate (ſed ſub pœna pecuniaria, ut *alib. lat.*) ſed ſponſalia nondum ſunt ipſum matrimonium, ut *lat. ad tit. D. & C. de ſponſal. & nupt.* Quænam conditiones ſponſalibus vel nuptiis, de quib. *c.* 5. *&* 6. quæ palea notata ſunt, adjici poſſint, dixi ad *tit. de ſponſ. & nupt.* Quatenus in *c.* 10. matrimonium dicatur ſacramentum, dixi ad *tit. Inſt. de patr. poteſt. & alib. ſæp.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Quo temperamento videantur accipienda *d. cap.* 11. *&* 14. dixi ad *l. pen. C. de inceſt. nupt. ad* §. *pen. Inſt. de nupt.* Si ergo in *c.* 12. nepos mortuus non habuit rem cum ſponſa ſuperſtite, nullus video, cur vel patruus vel avus non poſſit eam in uxorem ducere: nec obſtant loca in *d. c.* expreſſa, quia in illis ſponſa vocatur uxor improprie, ut notat. *ſup. ſæp.* Quo faciunt *c.* 16. *& ſeqq.* ubi mulier non pertinet ad matrimonium, vel conjux non eſt, ſi non fuit commixtio ſexus, vel non interceſſit copula carnalis, licet hoc pugnet cum *anteced.* Quid in veritate, vel ex jure divino morali dicendum ſit, ſignificavi ſemel atque iterum *ſup.* Quærit pontifex, qui audeat accuſare eos, qui per ſeparationem matrimonii continentem vitam ducere decreverunt; quia, inquit, qui minora conceſſit, non prohibuit majora. Sed illa ratio nihil infert, & ideo nec deſtruit præceptum Chriſti. *Matth.* 10. in *d. c.* 19. allegatum, quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet. *v.* 8.

Ad c. 20. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 20. *& ſeq.* quæ de muliere, quæ monaſterium vel alia vota religioſa amplexa eſt, hæc eſto: ſine conſenſu mariti nullum vitæ ſtatum eligere, vel nullam obligationem contrahere poteſt, ut nec maritus abſque conſenſu uxoris religionis propoſitum ſumere poteſt. *c.* 22. Sed quæ ratio, cur in *c.* 27. *& ſeq.* deſponſata poſſit invito ſponſo ingredi monaſterium? An ſub illa conditione ſponſalia contracta videntur? An non ſupra ſponſa habetur pro conjuge vel uxore? Nunquam à viro cognita poteſt ſeparationem petere. *c.* 29. de quo *lat. ad tit. de frigid. & malefic.* Si *c.* 30. accipiatur de uxore, quæ voluit divertere ob adulterium mariti, nihil impietatis continebit. Quod frater, de quo *c.* 31. proprie monachus vel adulter non ſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

qui rem habuit cum ſponſa fratris, dixi *ſup. aliquot.* An tamen cum ea matrimonium ſit licitum, licet frater ſponſus cum eadem coire voluerit, ſed non potuerit, eadem eſt quæſtio, quæ eſt de adultera dicenda poſt mortem mariti, de qua *alib. lat.* Sane ſponſalia confirmata copula carnali, vel nixu copulæ tranſire in matrimonium, probavi & *alib. lat.* Ratio ſpecialis videtur *c.*32. ubi pater oppreſſerat ſponſam filii, ut etiam animadvertit *Gloſſ. ad. d. can.*

Ad c. 33. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 33. *& ſeq.* rapta, quæ non conſentiit, poſſit alteri nubere, hæc videtur; quia libera eſt, ut quælibet alia virgo, ſi ſponſus eam recipere nolit. In deſponſatione tantum fuit initium conjugii *c.* 35. ſed conjunctio corporum perficit. *c.* 36. *& ſeqq.* quod tamen vix convenit cum *præced. ad c.* 5. *& ſeqq.* Ratio, cur in *c.* 39. ſponſæ poſt pacta nuptialia non ſtatim tradantur ſponſo, adjecta eſt *ibid.* Conſuetudine Scripturæ ſponſas ſæpe vocari uxores, & ſponſos viros, de quib. *c.* 40. *& ſeqq.* notavi *ſup. aliquot.* Crediderim quoque, quod Joſeph non habuerit rem cum Maria. *c.* 42. ſed ratio in *d. c.* 1. *& ſeq.* allegata nihil probationis adfert. Ratio, cur in *c.*46. raptæ etiam violatæ ſint reſtituendę ſponſis, quib. deſponſatæ fuerunt, facile deſumitur ex jure, quod ſponſis per ſponſalia quæſitum eſt. An ſponſa, quæ raptorem deſerere non vult, excommunicatione, de qua *c.* 47. digna ſit, vix ad me pertinet. Sed quid ſi ſponſus non petat? Vide *not. noſtr. ad l. un. C. de rapt. virg.* ex quibus etiam apparebit, raptus definitionem in *c.* 48. admodum inſulſam eſſe. An rapta raptori, cui primo deſponſata fuit, de quo caſu *c.* 48. poſſit auferri, ſi raptus utriuſque conſenſu factus eſt, vide ad *eand. l. un.* Alias alii deſponſata non poteſt ab aliis accipi. *c.* 50. *& ſeq.* quod tamen palea notatum eſt. Sed quid dicendum, ſi ducta eſt? vel ſi cum poſteriori ſponſo rem habuerit? vel cum utroque? Dixi *ſup. & alib.*

CAUSA XXVIII.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Bigami ſunt, qui ante baptiſmum habuerunt hanc uxorem, & poſt baptiſmum alteram. *d. c.* 1. Sed poteſt tamen infidelis derelinquere fidelem *c.* 3. *&* 4. ſed fidelis nequaquam infidelem, ſi hæc velit manere in matrimonio, cum in membris fidelis ſanctificetur. 2. *Corinth.* 7. Sed quæ ratio, cur in *c.* 2. gentilis converſus poſſit repetere uxorem, ſcilicet invitam & ex juſta cauſa dimiſſam? Si in novis nuptiis contrahendis requiratur conſenſus utriuſque, cur ſecus in illis, de quibus accipio *d. c.* 2.? Sane ob hoc, quod uxor maritum ad malum coëgerat, vel cogere voluerit, nullus video, quo jure in *c.* 5. *&* 6. maritus uxorem dimittere poſſit, etiamſi duntaxat fieret ſeparatio thori & menſæ, ut loquuntur. Duæ potiſſimum ſunt cauſæ, propter quas divortium facere liceat, adulterium ſcilicet, & malitioſa deſertio, ut probavi *ad tit. D. & C. de divort. & repud.* An & quando liceat facere ſeparationem tori & menſæ, videtur hodie relictum arbitrio judicis, ſed de juſtitia hujus praxeos vehementer dubito, cum nuſquam in Sacris habeat fundamentum. Si de facto fiat ſeparatio, & perſuaderi non poſſit, tunc forſan auctoritate judicis nulla coactio adhi-

M 2 benda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

benda videtur. Sed de jure non permittitur. 1 *Corinth.* 7. *Matth.* 5. *&* 19. An & quando pars innocens poſſit aliud matrimonium inire, *alib.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Nemo fidelis ita amet infidelem, ut nolit dimittere, ſi infidelis nolit manere in conjugio. *d. c.* 7. Sed quæ ratio, cur in *c.* 8. *&* 9. fidelis poſſit derelinquere infidelem, licet hæc velit manere in matrimonio? Dicitur quidem in *d. c.* 8. quod *Paulus* 1. *Corinth.* 7. tantum monere, vel ſuadere videatur, atque adeo contrarium permittere. *l.* 1. §. *ult. D. de lib. exhib. & l.* 7. *D. de legib.* Sed hanc admonitionem Noſtri rejiciunt, ut videre eſt apud *Interpret. ad d. loc.* Male ergo in *c.* 10. permittitur ſeparatio, ſi Judæus voluerit manere in matrimonio. *d. c.* 7. Haud perperam tamen filii fideles ſeparantur à parentibus infidelibus. *c.* 11. An & quatenus Judæi converſi poſſint & debeant converſari cum aliis Judæis aut ſimilibus infidelibus, de quib. *c.* 12. *& ſeqq.* ſignificavi *ſup. ſæp.* In Belgio noſtro contra *d. c.* 13. medicamenta accipi poſſe à Judæo Medico, certæ conſuetudinis eſt, de qua *lat. ad. l.* 15. §. 6. D. *de excuſ. tut. & alb.* Recte tamen ab initio in *c.* 15. *& ſeqq.* prohiberi matrimonium inter fidelem & infidelem vel hæreticum, probavi *ſup. ſæp. & lat. ad tit. C. de judæ. & cælic.*

Quæstio II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. factus fidelis per baptiſmum non poſſit alteram ducere priori invita, quæ vult manere in matrimonio, adjecta eſt *ibid.* ſed proprior vel ratio rationis eſt *d. c.* 7. *Corinth.* 1. Satis manifeſte evincitur ex *c.* 2. quod pars innocens ſeu fidelis poſſit aliud matrimonium contrahere, quando infidelis ex ſolo odio Chriſtianæ Religionis deſeruit fidelem, ſed quomodo hoc *cap.* conveniat cum *præced. & ſeqq. aliis* nullus video.

Quæstio III.

Ad c. 1. & ſeqq

An *d. c.* 1. corrigatur per *d. c.* 2. nullus inquiro, quum certus ſim, quod ipſa quæſtio principalis de epiſcopo ſeu ſacerdote ſupra deciſa ſit. *ſæpius.* Scilicet Eccleſiæ miniſter quis eſſe poteſt, licet quis duas habuerit uxores, quum hoc nuſquam vetitum ſit, nec vetet *Paulus.* 1. *Timoth.* 3. *v.* 2. quia Apoſtolus ibi reſpicit ad mores Ethnicorum, quibus ob leviſſimam cauſam dimittebantur uxores. *l.* 32. §. 10. *D. de donat. int. vir & uxor.* Quod non poſſit fieri Epiſcopus vel paſtor Eccleſiæ, qui ante baptiſmum habuit uxorem, & poſt baptiſmum alteram, extra dubium videri debet, ut *lat. ad q.* 1. *c.* 1. *& ſeqq.*

CAUSA XXIX.

Quæstio I.

Sane ſi meretricem vel corruptam non liceat repudiare, ut dicitur in *fin. d. q.* ut & eſt quoque probabilius, ergo nec de jure licet ab eo, qui eſt ſervilis vel vilioris conditionis reſilire, licet alius promiſſus fuerit nobilior. Imputet ſibi mulier, cur non accuratius inquiſierit in futurum maritum, cum ſciret aut ſcire debuerit, quod matrimonium ſemel contractum non teme-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

temere reſcindendum ſit.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Matrimonium licitum eſſe inter hominem liberum & ancillam, traditur & probatur in *d. c.* 1. *& aliq. ſeqq. & lat. in noſtr. ad* §. 10. *Inſt. de nupt.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 4. liceat ancillam repudiare, ſi quis eam per errorem duxerit in uxorem? ſi ob ſolam fornicationem. *d. c.* 2. dimittere liceat, cur ergo ob ſolum errorem qualitatis? Adde *not. noſtr. ad. d. q.* 1. Plura de ſervis non addo, quia in Belgio reformato nec ſervi nec adſcriptitii reperiuntur.

CAUSA XXX.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur contra *d. c.* 1. *& ſeqq.* nulla cognatio ſpiritualis oriatur ex baptiſmo vel adoptione, quæ commatrem faciat, aut nuptias impediat, aut ſeparationem inter virum & uxorem, data eſt ad *l.* 26. *C. de nupt. & ad* §. 1. *Inſt. eod.* Itane? tam facile permittitur diſſolutio matrimonii, aut ſeparatio thori aut menſæ contra *Matth.* 10. *&* 1. *Corinth.* 7. vel contra ipſum *c.* 3. *&* 6.? Summa igitur ex *cæt. capit.* hæc eſto: gravius peccat ſacerdos quam alius, qui rem habuit cum filia, qui in SS. baptiſmate fuit compater; ut & pater adoptivus gravius peccabit, qui rem habuit cum filia adoptiva.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1.

Ratio, cur in *d. c.* 1. matrimonia vel ſponſalia non obligent, quæ incunabulis per parentes contracta ſunt, vel ante ann. ſeptim. perſpicua eſt ex *pr. d. c.* junct *noſtr. not. ad l.* 14. *D. de ſponſ. & ad tit. ext. de ſponſ. impub.*

QUÆSTIO III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quo jure, quove ſenſu dicatur filius in *d. c.* 1. *& ſeqq.* qui de ſacro fonte ſuſceptus eſt, ſignificavi ad *q.* 1. Nimis, inquam, honeſti ſunt pontifices in hoc articulo, jugumque imponunt nulla lege ſubnixi. Cur enim in *c.* 2. *& ſeqq.* filius ſalten non poſſet cum filia ſpirituali matrimonium contrahere, vel vice verſa? Poteſt in ipſo *c.* 4. ſed in *c. ſeq.* non poteſt. Notatum quidem eſt palea *c.* 6. ubi filia adoptiva emancipata poteſt nubere fratri, hoc eſt, filio naturali patris adoptivi, ſed in veritate firmum inde ducitur argumentum ad filiam ſuſceptam in baptiſmo, præſertim ſi ſit emancipata, quo caſu etiam ipſi patri hodie nubere poſſet, ut *lat. ad d.* §. 1. *Inſt de nupt.*

QUÆSTIO VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. non liceat commatrem vel relictam vel aliam ducere in uxorem, & vel unam commatrem poſt alteram? Reſpondit Papa, quia meminiſſe oportet iſtius *Geneſ.* 2. erunt duo in carne una. Quid quæſo eſt ludere in ſacris, ſi hoc non eſt? Ipſum vocabulum compatris aut commatris peregrinum ſeu alienum eſt à ſacris Literis, multo magis ipſum impedimentum nuptiarum, quod per baptiſmum contrahitur. Itane? tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

facile duo efficiuntur una caro? tam temere ſit ſeparatio, vel prohibetur ſolutio juſti debiti? Recte retorquetur ex ipſo *c.* 4. Numquid non poſſunt conjungi, quos nulla proximitas carnalis, vel nulla ſecernit generatio ſpiritualis?

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Clandeſtina conjugia prohibentur, vel nuptiæ publice celebrandæ ſunt. *d. c.* 1. *& ſeqq.* Quæ tamen hoc temperamento accipio, ut ſolennitas tantum requiratur ſub pœna pecuniaria, non vero ſub pœna nullitatis matrimonii, ut *alib. lat. & ſæp.* Per ſe nuptiæ ſunt, ſi interceſſerit conſenſus contrahentium & parentum, ut *lat. ad l.* 2. *D. de rit. nupt.* Quinimo ex *c.* 9. uxor ſit legitima, quam quis ſe habiturum loco uxoris juravit, licet nulla ſcriptura intervenerit, quod tamen intelligo quoad actionem, & quatenus ſponſus ex ſua promiſſione cogi poteſt, ut etiam *alib. lat.* Sed ante probationem juſtam nemo ex promiſſione condemnandus eſt. *c.* 10. *& ſeq.*

CAUSA XXXI.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, vel quæ lex vetat adulteram, de qua *d. c.* 1. ducere in uxorem, ſive prior maritus mortuus ſit, ſive adultera à ſuo marito derelicta ſit? Reſpondent Nonnulli, *d. c.* 1. corrigi per *c.* 2. vel *d. c.* 2. adjuvandum eſſe particula negativa, ſed tunc rurſus obſtabit *c.* 3. quod coincidit cum *d. c.* 1. Ut ut ſit de jure Canon. hoc certum puto ex jure Divino, quod ſcilicet matrimonium non ſit prohibitum inter adulteram & adulterum, modo primum matrimonium fuerit diſſolutum. Quin David duxit Bathſabam, licet priori marito Uriæ ſtruxerit inſidias. 2. *Samuel.* 11. Saltem poſt peractam pœnitentiam ducere licet. *c.* 5. *&* 7. Adde *not. noſtr. ad l.* 27. *C. ad l. Jul. de adult.* Alias ſecunda matrimonia licita eſſe, de quib. *c.* 8. *& ſeqq.* probavi *ſup. ſæp.* Sed ſi ſunt licita, cur in *d. c.* 8. merentur pœnam aut pœnitentiam contra *l.* 4. *C. ad l. Jul. de adult.*? Cur etiam in *c.* 9. dicuntur ſecundum veritatis rationem veræ fornicationes, licet ſecundum præceptum Apoſtol. ſint licita & præcepta? Sed honeſtæ ſunt. *d. c.* 9. Quæ hæc contradictio? Agnoſco antichriſtum, vel doctrinam dœmonum. 1. *Timoth.* 4. Scio Alios in *d. c.* 9. pro *præceperunt* legiſſe *permiſerunt*, ſed hoc non tollit ἀντινομίαν, cum poſtea præceptum Pauli repetatur. Alii quoque dicunt, verum Chryſoſtomum negaſſe, ſecundum matrimonium fornicationem eſſe, ut videre licet in *not. ad d. c.* 9.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* puella ne quidem auctoritate patris poſſit cogi ad matrimonium, data eſt in *not. noſtr. ad l.* 20. *D. de rit. nupt.* Recte ergo palea notatum eſt *c.* 2. Sed nec metu coactus poteſt quis, licet Rex ſit, uxorem primam relinquere, & ducere ſecundam. *d. c.* 3. ubi & ratio intermixa eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

QUÆSTIO III.

Ad c. 1.

An in *d. c.* 1. negatio expungenda ſit, parum animadverto; quum pœnitentia triennii, de qua potiſſimum agit *d. c.* 1. in noſtris Eccleſiis in uſu non ſit. Sed in foro civili haud dubie parentes mulctandi videntur, qui fidem ſponſaliorum fregerunt, atque etiam liberi, qui conſenſerunt.

CAUSA XXXII.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Rurſus ex illo Chryſoſtomo, qui dicitur auct. operi imperfect. injuſtus & patronus turpitudinis eſt, qui adulteram uxorem non dimittit. *d. c.* 1. *&* 2. niſi tamen pœnituerit per duos annos. *c.* 4. per tres *c.* 6. Poteſt etiam vir repetere uxorem adulteram poſt pœnitentiam adulterii. *c.* 5. *&* 7. Nec prohibetur quis meretricem in uxorem ducere. *c. ult.* Qua ratione ergo, vel qua lege injuſtus dicitur, qui uxorem adulteram retinet, præſertim ſi eam adulterii pœniteat? Scilicet frater frati ſepties condonare tenetur, ergo & maritus uxori, cum nec ipſe maritus adeo honeſte vivat aut vixerit. Vide *not. noſtr. ad l.* 2. *C. ad l. Jul. de adult.* An dimiſſa adultera liceat aliam ducere, de quo caſu *d. c.* dixi *ſup. plurib.* An & quatenus nuptiæ vel primæ vel ſecundæ ſint licitæ & commendatæ, de quib. *c.* 12. *& ſeq.* dixi *itid. ſup. ſæp.* Singulas enim nugas ſeu ineptas rationes, quæ plures ſunt in *d. c.* 12. refutare non vacat.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Si per ſolam cauſam in *d. c.* 1. intelligamus præcipuam, ut vulgo explicant, nulla cenſura *d. c.* dignum erit, ſi contra, obſtabit 1. *Corinth.* 7. *v.* 2. Sane in *c.* 2. incaute dicitur adulterium, quando incontinentiæ vel libidinis explendæ cauſa matrimonium contrahitur. Immoderatus uſus conjugatorum dicitur malum in *c.* 3. ſed veniale propter nuptiarum bonum. Addunt nonnulli, quod ob intemperatum uſum poſſit videri commiſſum ipſum adulterium, quatenus adulterium nihil aliud eſt, quam exceſſus in venere legitima, vel nimis luxurioſa corporis conjunctio. Sed de hac quæſt. *lat. Theolog. & Ethic. ad loc. de temper. Canoniſt. ad c.* 5. *q.* 4. Sane à juſto & temperato actu conjugali non abeſt præſentia Spirit. Sanct. quidquid reclamet *c.* 4. quod nec lege, nec ratione utitur. De concubinis, de quib. *c.* 5. dixi ad *tit. D. & C. de concub.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Quanquam Theologice in *d. c.* 6. forte non ſit conjugium, quando vitandæ ſobolis gratia inter juniores conjuges copula non intercedit, vel inter illos convenit, ut tantum ad tempus coirent, tamen juridice matrimonium valet quoad vera effecta, quæ judex attendit. Sane qui ſterilitatem procurat, de qua *c.* 7. haud dubie à judice puniendus eſt. Sed an homicida ſit, qui abortum procuravit, non eſt omnium eadem ſententia. *c.* 8. Recte tamen ſentit Auguſtin. in *d. c.* 8. *& ſeq.* ut & Hieronym. in *c.* 10. homicidium non committi in partu, cui necdum anima infuſa eſt. Sed quando demum anima infunditur? Hoc ex Medicis petendum videtur, ut *lat. ad l.* 8. *D. ad l. Cornel. de ſicar.* Proficit in honeſtate, qui concubinam abjicit, & uxorem accipit. *c.* 11. Et licet quis habeat concubinam, tamen ea mulier,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

quæ jungitur habenti concubinam, legitima erit uxor , ſi per legitimas nuptias juncta ſit. *c.* 12. *& ſeqq.* ubi etiam de conſenſu parentum , de quo *ſup. ſæp.* An & quatenus ergo *c. ult.* prioribus contrarium ſit , nullus ulterius inquiro.

QUÆSTIO III.

Ad c. 1.

Cum Jure Canon. verum ſit matrimonium inter ſervum & ancillam, miror , cur in *d. c.* 1. magis attendatur avi conſenſus , quam patris , licet ſervus ſit. Hoc mirum videtur etiam adnotaſſe *Gloſſ. ad d. c.*

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Facile Abraham in *d. c.* excuſatur à crimine fornicationis , quatenus poſt mortem Saræ duxit uxorem aliam , ſed quomodo in *c.* 3. excuſatur à crimine adulterii , quatenus vivente uxore ſuſcepit filios ex ancilla? Sane ſacramentum , quod in *c.* 2. ex facto Abrahami colligitur, longe petitum nobis videtur. Quia ipſe Ambroſius ſibi contrarius dixit ad ulterium committi , quando quis jus legitimæ uxoris violavit. *c.* 4. Sic Auguſtinus Patriarchas excuſat in *c.* 7. accuſat in *c.* 8. *& ſeqq.* ubi ſaltem in genere præſtat abſque liberis diſcedere , quam ex coitu illicito ſtirpem quærere. Quomodo autem ſuccedant liberi vel ex ſtupro vel ex adulterio nati, de quib. *d. c. & ſeqq.* & quomodo differant ſtuprum & adulterium, quaque pœna puniantur, dixi ad *tit. D. ex C. ad l. Jul. de adult. & alib. ſæp.*

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Minime intelligitur virgo corrupta, quæ mente ſervata pudica oppreſſa eſt. *d. c.* 1. *ſeqq.* Unde nec pœna ſtupri in talem exerceri poteſt , ut *lat. ad d. tit. de adult.* De caſtitate , quæ animo amittitur corpore intacto , de qua *c.* 12. Judex aut JC. ſecularis non judicat. Quis proprie mœchari dicatur , de quo *c.* 15. *& ſeqq.* dixi *ſup. ſæp.* Sane jure Canon. etiam cum innupta committi adulterium per uxoratum , certum eſt ex *d. c.* 15. *& ſeqq.* An etiam jure Divino , vide in *noſtr. ad. d. tit. de adult.* De cauſis repudii , de quib. *c.* 17. *& ſeqq.* dixi *ſup. ſæp.*

QUÆSTIO VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. ille, qui ipſe fornicatur , non poſſit dimittere uxorem fornicantem vel fornicationis cauſa, intermixta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad tit. de adult. & ad tit. de compenſat.* Qui puram quærit , ipſe purus eſto. *c.* 2. nec de alio judicet , quod de ſe judicari renuit. *c.* 3. Gravius tamen videntur puniendi adulteri , quam adulteræ. *c.* 4. & 5. ubi & ratio adjecta eſt , quæ tamen non procedit, quando maritatus rem habuit cum innupta, ut *lat. in not. & diſp. ad.* §. 4. *Inſt. de publ. judic.*

QUÆSTIO VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ ratio quæſo , cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* vinculum conjugii non videatur diſſolutum ob fornicationem , cum in *anteced. capp.* ſæpius dictum ſit , ob ſolam fornicationem dimitti poſſe uxorem? ſcilicet quos Deus conjunxit , homo ne ſeparet. *Matth.* 19. ſed ille textus *eod. loc.* recipit limitationem , niſi ob fornicationem , & ideo qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

qui derelictam (videlicet extra cauſam adulterii) ducit, adulterium committit. Alioquin ſequeretur hoc abſurdum, quod innocens cogeretur uri πυρoῦσθαι propter nocentem, aut pœnam ſubire, cum non peccaverit. Utique Chriſtus non reprehendit Judæos ex eo capite, quod pars innocens aliud conjugium contraheret, ſed potius ob hoc ſcelus, quod judæi propter leviſſimas cauſas facerent divortia. *d. c.* 19. Sed quid ego de hoc articulo Theologico? Propria ſedes eſt in *d. q.* 7. & fori mixti, ut judicantur & reliquæ cauſæ matrimoniales, ut *lat. in diſp. noſtr. ad* §. 1. *Inſt. de patr. poteſt.*

Ad c. 12. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 12. Loth recte hoſpitalem gratiam prætulerit pudori filiarum *Geneſ.* 19. interjecta eſt *ibid.* ſed quæ noſtro judicio adeo obſcura eſt, ut nihil omnino adſtruat. Deinde quid hoc ad caſum, quando maritus cum uxore coiiſſe contra nauram dicitur? Reliqua exempla in *capp. ſeqq.* magis ad rem faciunt, ut cuilibet patet ex *Rom.* 1. Varias ſpecies fornicationis ſeu adulterii (ut ſæpius confunduntur, licet in *c.* 11. diſtinguantur) quæ recenſentur in *c.* 15. latius videre licet apud *Theolog.* Sed ſi vitium fornicationis maximum ſcelus eſt in *d. c.* 15. cur ergo tam leviter punitur? An reliqua verba *d. c.* ſint Judoci aut Originis, parum attendo. An etiam adulterium in *c.* 16 dicatur crimen gravius duntaxat ad deteſtationem, ut voluit *Gloſſ. ad d. c.* nullus inquiro; quum quid jure Divino & hodierno ſervandum ſit, dixerim ad *d.* §. 4. *Inſt. de publ. judic. & ad tit. D. & C. de adult.*

Ad c. 17. & ſeqq.

An Ambroſius, qui in *d. c.* 17. viro conceſſit, ut dimiſſa ob fornicat. uxore vivente poſſit aliam ducere, poſtea ſuam ſententiam mutaverit, aut de inceſtuoſa fornicat. locutus ſit, nihil animadverto; quum in veritate res ſupra deciſa ſit. An illud Gregorii, de quo *c.* 18. adverſum ſit doctrinæ Apoſtolicæ & aliis canonibus, vide apud *affirmant. notat. ad d. c.* 18. Sane ſi *d. c.* cum *Gloſſ.* accipiatur de nimis arcta, cnm qua nullus ab initio poſſit eſſe uſus aut coitus, nihil abſurdi continebit, ut *alib. lat.* ex *Bez. de divort. repud.* Vide etiam *c.* 25. *& not. noſtr. ad l.* 10. *C. de repud.* Quæ ratio, cur in caſu *c.* 19. parti innocenti non denegetur aliud matrimonium? imo cur denegatur nocenti, ſi pars innocens jam aliud matrimonium contraxerit, vel uterque in diverſa regione habitet? vel cur etiam maritus non poſſet repetere vel retinere uxorem, cum qua frater ejus rem habuit? Rationes *noſtr.* videre licet in *præced.* ex quibus etiam conſtat de *cæter. canonib. ſeqq.* An in *fin. c.* 27. Auguſtinus ſibi in *c.* 8. & 10. *d. q.* 5. contrarius ſit, aut ſaltem juri Divino, dixi ad *dd. can. & alib.* Mitior forſan pœna intelligenda eſt, quando uxor propter ſuam ſterili tarem permittit marito aliam ſuperinducere, ut naſcantur liberi communes, ſed per ſe fas non eſt vel in veteri vel in novo Teſtamento, ut *ſup. probat. lat. & ſæp.*

QUÆSTIO VIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Fidelem uxorem non poſſe dimitti, ut maritus infidelem lucretur, certum eſt. *d. c. & anteced. cap. plurib.* ſed votum continentiæ, de quo *id. cap.* 1. ipſo jure nullum eſſe, atque adeo nullo modo obſtare, quo minus vovens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

vens matrimonium contrahat, *ſupra* contra *d. c.* 1. notavi *ſæp.*

CAUSA XXXIII.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. mulier, cum qua vir ob vitium aliquod naturæ coire non poteſt, poſſit alteri nubere, hæc eſt; quia ab initio non fuit matrimonium, aut ſaltem ſub illa tacita conditione contractum, ut liceat diſſolvere & alteri nubere. Ratio, cur in *c.* 2. vir, qui coire non poteſt, teneatur tamen uxorem volentem manere in matrimonio retinere tanquam ſororem, expreſſa eſt *ibid.* Ratio, cur in *fin. d. c.* conjugium ſit repetendum, quando ob falſam frigiditatem diſſolutum fuerat, vulgaris eſt in *d. c.* 19. *Matth. v.* 6. De pœna perjurii dixi ad *l.* 13. §. *ult. D. de jurejur.* Ratio, cur in *c.* 3. potius credatur affirmanti marito, quod coierit, licet uxor neget, adjecta eſt *ibid.* Potior ratio, cur in *c.* 4. reconciliari non poſſint, hæc eſt; quia ſeparatio videbatur facta ex juſta cauſa, cum conjux ab initio maleficiis (puta **neſtelknopingen**/ aut aliis artibus diabolicis) impeditus coire non potuerit, nec ſanari potuerit.

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Cum Eccleſiæ non competat juriſdictio, quo jure in *d. c.* 1. Eccleſiæ probanda eſt cauſa dimiſſionis ſeu diffidii? Hæc, inquam, cauſa, ut & ſimilis pertinet ad cognitionem judicis ſæcularis, ut *notat. ſup. ſæp.* An & quando jure Divino, de quo *c.* 2. liceat viro uxorem dimittere, dixi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 3. & 4. mulier ſpoliata reb. famil. primo reſtituenda ſit, data eſt ad *l. ult.* §. *ult. C. de compenſat.* ex *c.* 7. *ext. de reſtit. ſpoliat.* Si in *c.* 4. homicida eſt, qui uxorem occidit, quomodo quæritur de alio conjugio? Sane ſi vita permittatur, videtur & matrimonium permittendum. Vide *not. noſtr. ad l.* 36. *& ad l.* 38. §. 1. *D. ad l. Jul. de adult.* An & quatenus Eccleſia conſtringatur legibus mundanis, de quib. *c.* 6. dixi ad *d.* §. 8. *&* §. 4. *l.* 22. *D. de adulter & alib. ſæp.* Miror, cur Papa in *c.* 7. *& ſeqq.* ſolicitus fuerit de pœnitentia præſcribenda, cum homicida uxoris debeat puniri ultimo ſupplicio, niſi forſan ſit exceptio in Rege aut Comite aut juniore, cui vita donata eſt, ſed cur ille non poſſet uti vino aut carne, cum nuſquam prohibitum ſit?

Ad c. 9. & ſeqq.

Recte in *d. c.* 9. prohibetur maritus occidere uxorem adulteram, ut *ſup. probat. ſæp.* ſed male prohibetur innocens aliud matrimonium contrahere, ut *itid. probat. ſup. ſæp.* Hodie apud Belgas Confœd. non ſervari iſtos ſeptem annos, vel alios modos pœnitentiæ, de quib. *c.* 10. *& ſeq.* ſignificavi *ſup. ſæp.* Quinimo ridicula videtur illa collectio ſept. ann. pœnitentia ex pœnitentia Mariæ Prophetiſſæ. *Num.* 12. Pœnitentes matrimonium contrahere prohibentur. *c.* 12. ſed admittuntur. *c.* 12. An & quatenus juvenili ætati ignoſcere liceat, de qua in *c.* 14. *& ſeqq.* dixi ad *l.* 37. *D. de minorib.* 25. *ann. & alib. ſæp.* Sane caſum eſſe in *c.* 15. ubi filius minor, vel major caſu matrem occiderat, vel cum ea fornicatus erat in *c. ſeq.* evincunt *noſtra ad d. c.* 1. *& ſeqq.* De ſenſu *verſ.* 6. *Mat.* 19. de quo *c.* 18. dixi *ſup. ſæp.* De pœnitentia, quæ non impedit uſum matrimonii, de qua *c. ult.* dixi *itid. ſup. ſæp.*

TRA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

TRACTATUS DE POENITENTIA.

QUÆSTIO III.

DISTINT. I.

Ad c. 1. & ſeqq.

MAgnum pœnitentiæ initium in eo eſſe, qui ob peccata ſentit contritionem cordis, de qua *d c.* 1. *& ſeqq.* certum eſt; ſed nuſquam lego, eam inducere peccatorum remiſſionem, cum illa ex ſola gratia Dei ſit. Plura de ſenſu *Pſalm.* 61. vide apud *Intepret. ad eund.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Ratio, cur Gratian. vel Alius *d. c.* 6. *& ſeqq.* vel *leges*, quæ per *dd. can.* repetitæ ſunt, ſequantur *can. præced.* qui de pœnit. agunt, allegata eſt à *Gloſ. ad d. c.* 6. Sed ſatis frigida, quæque abſurditatem vix tollit, ut latius probare poſſem, ſi qua inſtructio inde reſultare poſſet. Sane ſolam illam intentionem, de qua *d. c.* 6. hodie illam pœnam non inferre, quam proponit *d. c.* vel *l.* 5. *C. de Epiſcop. & cleric.* probavi ad *d. l.* 5. Idem dixi de machinatione, de qua *c.* 7. *&* 8. quæ deſumta ſunt ex *l. ult. C. de poſtul.* Sed ſit ita, quod ſola voluntas in malo ſæpe damnetur, inde tamen non ſequitur, qnod peccata ſola voluntate contraria tollantur. Cenſuram & not. *ad q.* 9. quod depromptum eſt ex *l.* 5. *C. ad l. Jul. majeſt.* vide ad *l.* 5. Ad *c.* 10. *&* 11. quæ deſcripta ſunt ex *l.* 8. *&* 9. *C. ad l. Cornel. de ſicar.* vide ad *d. l.* 8. *&* 9. Miror profecto, cur pontifex *dd. ll.* canonizatione dignas judicaverit.

Ad c. 12. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 12. *& ſeqq.* ob attentationem competat actio injuriar. data eſt ad *l.* 9. *& ſeqq.* D. *de injur.* Quatenus in *c.* 13 nemo patiatur pœnam cognitionis vel cogitationis, dixi in *not. ad. l.* 18. D. *de pœn.* Excuſſio *can.* 15. ſive *l.* 1. D. *de extraord. crim.* facta eſt in *not. noſtr. ad eand.* Excuſſio *c.* 16. ſeu *l.* 21. *D. de furt.* facta eſt in *noſtr. ad eand. l.* 21. Exuſſio *c.* 17. ſeu *l.* 1. §. 2. D. *quod quiſque jur. in al. ſtat.* facta eſt à *nob. ad d. l.* 1. §. 2. Sed aut *d. c.* 17. non pertinet ad *can. præced.* ubi de ſola attentatione aut voluntate, aut ex *d. c.* colligendum eſt, quod *præced. cap.* loquantur de voluntate, quæ fuit cum aliquo actu & effectu, & tunc pœnæ graviores ſunt, ut *lat. ad dd. ll.* ſed in caſu dubio potius molliendæ ſunt, quam aſperandæ. *c.* 18. *& l. pen.* D. *de pœn.* Excuſſionem *c.* 19. ſeu *l.* 16. D. *de pœn.* videre licet in *not. noſtr. ad d. l.* 16.

Ad c. 20. & ſeqq.

Quâ pœnâ quave pœnitentia Ec-

cleſiaſtica ſola cognitio vel cogitatio puniatur, nullus inquiro, ſed ſufficit, pœnam civilem indicaſſe ad *c.* 14. Hodie quoque in maleficiis non tam voluntatem, quam exitum ſpectari, notavi ad *l.* 14. *D. ad l. Cornel. de ſicar. & alib. ſæp.* Excuſſio *c.* 21. ſeu *l.* 3. *D. de divort. & repud.* facta eſt ad *d. l.* 3. Excuſſio *c.* 22. facta eſt in *noſtr. ad c. ſi quis* 5. *cauſ.* 2. *quæſt.* 2. Quomodo quis coram Deo homicida eſt, qui conſilio & fraude hominem occidit in *c.* 23. nec ratio inſtituti, nec profeſſionis permittit, ut inquiram, ſed qua pœna in foro puniendus videatur, dixi ad §. 11. *Inſt. de obl. quæ ex del. & alib. ſæp.* Sane illa conciliatio Euangeliſtarum, quæ eſt in *d. c.* 13. videtur ridicula, melior nobis videtur, quod unus Euangeliſta loquatur ſecundum Judæos, aliter ſecundum Romanos ſeu Romanorum computationem. *Joan.* 18. &c. Si *c.* 24. accipiatur de homicidio Theologice ſumpto, nulla cenſura dignum erit.

Ad c. 25. & ſeqq.

Quoad pœnitentiam delictum quoq; ex ſola voluntate commiſſum intelligitur. *d. c.* 25. *& ſeq.* ſed locus ex *Pſ.* 56. nihil ad rem facit, cum non tam de mente delinquentis, quam de dente & lingua. Sane prout quis majus vel minus delictum voluit in mente, ita vel majorem vel minorem pœnitentiam agere debet, & ſic intellige capitula *præced. & ſeqq.* Omnis homo ad pœnitentiam invitandus eſt *c.* 31. ut ad gaudia ſempiterna perveniat. *c.* 32. Pœnitentia vel reſipiſcentia inprimis procedat à corde *c.* 33. *& ſeq.* qui deſumti ſunt ex *Prophet. Joel.* 2. *& Zach.* 2. ubi lat. *Interpret.*

Ad c. 35. & ſeqq.

Reſuſcitatus in anima præſente Deo vivito. *d. c.* 35. Renatus ex Deo non peccat. *c.* 36. Sed an inde ſequatur, quod peccatum ſola cordis contritione remittatur, licet fiat ante confeſſionem oris, ſignificavi *ſup. ad c.* 1. *& ſeqq.* An fides reſipiſcentiam antecedat, quæſtio Theologica eſt. An & quatenus confeſſio, de qua *c.* 38. *& ſeq.* pertineat ad juſtificationem vel reſipiſcentiam, diſputant *Tholog. de pœnit.* Sane auricularem confeſſionem non agnoſco, quia SS. Scriptura non agnoſcit, præſertim in privatis & occultis delictis, ut *alib. lat.* De definitione pœnitentiæ, quæ in *d. c.* 39. *& ſeqq.* adjecta eſt, *lat. ad c.* 1. *q.* 3. Sane illa ratio, quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt in cœlo. *c.* 44. nullo modo infert, quod omnia peccata ſacerdoti confitenda ſint. Explicatio *verſ.* 5. *Pſalm.* 51. quæ eſt in *c.* 45. non convenit cum *adnot. Interpret.* Sed quid ad rem *c.* 46.? deſumptum eſt ex *Ambroſ. de pœnit.* quod tamen non excuſat, ut etiam animadvertit *Gloſſ. ad d. c.* 46. Reliqua capitula de confeſſione, de qua *ſup.*

Ad c. 50. & ſeqq.

Si in *d. c.* 50. Deus nullum excepit crimen, ſed omnia condonavit, cur pontifex quædam reſervavit? De excepto peccato in Spirit. Sanct. dixi *alib.* Si verbum Dei dimittat peccata. *c.* 51. quo jure dimittit pontifex? Reliqua ſunt de confeſſione & ſanctificatione operis. Sane delicta, quæ cum offendiculo Eccleſiæ facta ſunt, requirunt ſatisfactionem coram Eccleſia, ſed Deo nulla ſatisfactio præſtari poteſt. Veteres ſatisfactionem vocabant, quæ fiebat vel culpæ confeſſione vel deprecatione vel abſtentione à ſignis gratiæ, ut reſipiſcentia magis innoteſcat, de qua *alib.* Quo ſenſu Deus dicatur ſuam ſententiam mutare, de quo *c.* 64. *& ſeqq.*

dixi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

dixi *itid. ſup. aliquot.* Quo ſenſu crimina in *c.* 76. dicantur eleemoſynis redimi, dixi *itid. ſup. ſæp.* Scilicet miſericors Deus ſæpe tribuit bonis operibus, quod revera ſoli gratiæ Divinæ debemus, ſed quid ego de his? & quid hæc ad jus vel Corpus juris?

DISTINCT. II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quorſum *hæc capita* de charitate? Scilicet ſunt Nonnulli, qui negant pœnitentiam reiterari poſſe, quod charitas ſemel habita nunquam amittatur. Si vero criminalis culpa pœnitentiam aliquando ſequitur, vera pœnitentia non fuit, nec veniam à Domino impetraſſe videtur. Cæterum ut & hic meam ſententiam dicam, ſed ſalvo meliori judicio Theologico, recte dictum in *c.* 42. ex verb. *Auguſt.* mirandum eſſe, cur Deus quibuſdam dederit fidem operantem per dilectionem, & tamen non dederit perſeverantiam. Etenim ipſe Apoſtolus Paulus exclamavit, ô profunditatem ſapientiæ. *Rom.* 11. Plura de perſeverantia ſanctorum, vel de mero beneplacito Dei circa dilectionem hominum, vel redemptionem vel converſionem vel cauſam fidei vide apud Theologos, quorum opiniones facile noſtro judicio conciliari poſſent, nec rationem ſciſmatis continere videntur, ut & *ſup. indicat. aliquot.*

DISTINCT. III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Definitionem pœnitentiæ in *c.* 1. *&* 6. minus perfectam eſſe, facile colligitur ex *præced.* Quidni, inquam, poſſet videri vera pœnitentia, licet fidelis poſtea ex infirmitate, quæ ſemper adhæret, commiſerit idem peccatum. Quin ipſe pontifex ſibi contrarius eſt in *c.* 23. *& ſeqq.* & intolerabile eſt illud vocabulum ſatisfactionis in *c.* 3. vel meriti in *c.* 3. quaſi per pœnitentiam etiam veriſſimam quis poſſet mereri vitam æternam, ut *ſup. notat. ſæp.* Sane diviſio pænitentiæ in legalem & Euangelicam dictam definitionem improbat, ut *lat. Theol. de pœnit. vel reſipiſcent.* quæ ipſis etiam duplex eſt, vel univerſalis vel particularis, hæcque rurſus duplex vel ordinaria vel extraordinaria. quarum deſcriptiones nec ad meum inſtitutum, nec ad juris materiam pertinent. Videſis ergo *Theolog. d. loc.*

DISTINCT. IV.

An & quatenus peccata dimiſſa redeant, de quib. *d. c.* 1. *ſeqq.* an ſecundum juſtitiam, non vero præſentiam, inquirere non vacat, ſed hoc non patior, quod in *fin. d. c.* 1. dicatur, peccata originalia remiſſa eſſe in baptiſmo, cum hoc deroget meritis Salvatoris noſtri, ut & *ſup. notat. ſæp.* Quod dicitur in *not. ſub can.* 14. eum, qui poſt acceptam remiſſionem peccatorum ſeu pœnitentiam ad vomitum redierit, gravius puniendum eſſe, poteſt applicari peccatori civili, qui etiam ob delicta repetita graviori pœna puniri ſolet, ut *alib. lat.*

DISTINCT. V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quænam requiſita, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* peccatoribus in pœnitentia obſervanda ſint, ſignificavi *ſup. ſæp.* Sed quomodo negotiatio in *c.* 2. pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

pugnat cum pœnitentia etiam ſolenniter aut publice facta? quomodo in *c.* 3. *& ſeqq.* cum militia aut alio negotio ſeculari? Scilicet ſine peccato vix miles vel negotiator eſſe poteſt. *c.* 6. Sed hæc ſine peccato dicta non eſſe, quis non animadvertit?

DISTINCT. VI.

Ad c. & 1. & ſeqq.

Cui debeat fieri confeſſio peccati, qualiſque debeat, qui aliorum crimina judicat, de qnib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* dixi *itid. ſup. ſæp.* Hodie pro qualitate delicti ipſi fiſco actionem competere, quando vel ſacerdos vel alius confeſſionem detexerit, dixi ad *tit. de injur. & alib.* Deponitur & fit ignominioſus ſacerdos, qui peccata pœnitentis revelavit. *c.* 2. An & quatenus ſacerdos ligare & ſolvere poſſit, dixi *itid. ſup. ſæp.* An remiſſio peccatorum ſeu juſtificatio antecedat reſipiſcentiam, an vero ſequatur, relinquo Theologis, quibus hæc quæſtio ſua natura relicta videtur.

DISTINCT. VII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Tempus pœnitentiæ uſque ad ultimum vitæ articulum intelligi, declarant *d. c.* 1. *& ſeqq.* quam reſipiſcentiam particularem & ordinariam vocant noſtri Theologi, quæque toto vitæ curſu in ſanctis ſeu fidelibus quotidie peragitur. *Rom.* 7. *Gal.* 5. Bonum quidem hoc conſilium, quod in *c.* 2. ſuppeditatur, ſed cur pœnitenti etiam in agone mortis conſtituto non poſſet ſacerdos dare ſecuritatem ex promiſſionibus Divinis? Poteſt quidem, ut ait ille in *d. c.* 2. *&* 4. dare pœnitentiam, ſed non poteſt dare ſecuritatem. Itane? poteſt ne homo dare, quod ſolius Dei eſt? Sed forſan ut miniſter Dei dare, id eſt, prædicare poteſt. Sed quid hæc ad profeſſionem meam, vel ad corpus juris?

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

Eodem die vel tempore, quo quis vacat ſolenni orationi, vel cœnæ dominicæ celebrationi, non debet uxori debitum reddere. *d. c.* 1. *& ſeqq.* quod quanquam nuſquam prohibirum legitur, & ideo à quibuſdam duntaxat conſilium vocatur, tamen ipſa honeſtas vel reverentia cauſæ præcipere videtur. An ergo nec fiſco vel prætori hinc competit actio? Sed vere pœnitens non eſt, qui non eſt continens. *c.* 6. etiamſi pœnitentia non detur conjugatis, niſi ex communi conſenſu. *c. ult.* quo concurrente demum orationi vacare licet. *c. pen.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 7. ob debitum præcedens uxori ſolutum maritus coërceri poſſit ab ingreſſu Eccleſiæ, licet ne ſobolis quidem procreandę gratia coitus interceſſerit? Quæ ratio, cur in *c.* 8. *& ſeqq.* nuptias celebrare ſit vetitum? Quæ ratio ipſius quadrageſimæ vel ſeptuageſimæ?

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Recte in *d. c. & ſeqq.* continentię vota nec virum ſine conſenſu uxoris, nec uxorem ſine conſenſu mariti facere poſſe, probatur ex *c.* 30. *Num. &* 1. *Epiſt. Corinth.* 7. Sed quæ ratio, cur in *c.* 4. *& ſeqq.* non liceat revocare conſenſum, qui contra legem Divinam interceſſit? Mutuo conſenſu quidem licet abſtinere ad tempus, ut vacetur orationibns. *d. c.* 7. ſed non licet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

licet in totum vel perpetuum, ut *ſup. notat. ſæp.* Quænam virginitas, de qua *c. 7. & ſeqq.* Deo placeat, dixi *itid. ſud. ſæp.* An & quatenus mulieres viris ſuis ſubeſſe debeant, de quo *c. 12. & ſeqq.* rectius ex ſacris Literis definitur, quam ex *canonib.* præſertim *allegatis*, ubi mulier negatur gloria vel imago Dei, ſed affirmatur pene famula mariti. *c. 14.* Sane in Belgio confœderato mulierem contra *c. 17.* non tantum poſſe teſtem aut fidejuſſorem eſſe, ſed etiam judicate & imperare, dixi *plurib. ad l. 20. §. 6. D. qui teſtam. fac. poſſ. & alib. ſæp.*

CAUSA XXXIV.

QUÆSTIO I. & II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c. 1. & ſeqq.* mulier cogatur redire ad priorem maritum, licet probabiliter probaverit priorem maritum mortuum eſſe, interjecta eſt *ibid.* Quid de jure noviſſimo vel hodierno circa dictum caſum dicendum ſit, dixi ad *l. 7. & auth. ſeq. C. de repud. & lat. ad c. 19. ext. de ſponſ. & c. 2. de ſecund. nupt.* Sed cur in *c. 4.* mulier non cogitur ſequi maritum captivum? maneat ſaltem innupta *d. c. 4.* Ratio, cur in *c. 5.* adultera non ſit, quæ ignorans nupſit viro alieno, addita eſt *ibid.* Sed cur in *c. 8.* probabilis ignorantia non ita excuſat, ut non opus ſit pœnitentia 7. annor. Quin ipſa ſcientia matrimonium cum una ſorore impedire non debet, ut *ſup. lat.* Sed nec proprie inceſtum committi cum duabus ſororibus, aut cum matre & filia ejus, probavi ad *l. ult. D. de rit. nupt.*

CAUSA XXXV.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1.

Recte (ſed incaute tamen) dicitur in *fin. not.* quæ *d. c. 1.* ſubjectæ ſunt, conſanguineorum conjunctiones ſeu nuptias non prohiberi præceptis Euangelicis aut Apoſtolicis, ſed tantum inſtitutionibus Eccleſiaſticis, ſcilicet excepto matrimonio inter fratrem & ſororem; quum hoc jure Divino morali ſit vetitum. *Levit.* 18. Nullum ergo fuit ſacramenum inter Abrah. & Sar. Iſac. & Rebecc. Jacob. & Rachel. Fuerunt in quarto gradu, & nullo modo loco parentum liberorumve, ut *lat. in not. noſtr. ad §. 4. Inſt. de nupt.*

QUÆSTIO II. & III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c. 1. & 7. & aliq. ſeq. plurib.* uſque ad ſeptimam generationem prohibeatur matrimonium inter cognatos, adjecta eſt *ibid.* ſed falſa, aut ſaltem inepta; quia jus ſucceſſionis ab inteſt. non extendit ſe ad ſeptimum gradum, ſed ad decimum & forſan ulterius, ut dixi ad *tit. de Inſt. & Pand. de ſucceſſ. ab inteſt.* Deinde nullum eſt argumentum à ſucceſſ. ab inteſt. ad nuptias, ut *plurib. probat. ad §. 4. Inſt. de nupt. & alib.* Si illi conſanguinei dicendi ſunt, qni jure Romano dicuntur conſanguinei. *d. c. 2.* cur pontifex eoſdem latius ſumit in nuptiis, quam ſumſit Imperator Romanus? vel cur de illis conſobrinis diſponere poteſt, ſi illorum nuptiæ juſte ſunt vetitæ.

Ad c. 3. & ſeqq.

An & quatenus ratione affinitatis, de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

de qua *d. c.* 3. nuptiæ ſint prohibitæ, dixi ſatis ſuperque ad §. 6. *& ſeqq. Inſt. de nupt. & ad tit. Pand. de gradib. & affin.* Quęnam ſcientia vel ignoranta excuſet ab inceſtu, & permittat aut prohibeat nuptias, de quib. *d. c.* 4. *ſeqq.* dixi ad *q.* 1. *&* 2. *d. cauſ.* 34. Sane inter conſobrinos non committi inceſtum, veriſſimum eſt contra *d. c.* 1. ut lat. probat. ad §. 4. *Inſt. de nupt. & l.* 19. *C. eod.* An & quatenus inceſtuoſi ſint puniendi pœna Eccleſiaſtica, de qua *d. c.* 9. ſignificavi *ſupr ſæp.* Nullus video, cur in *c.* 10. nulli liceat in uxorem ducere, quæ cum conſanguineo rem habuit. Utique nuſquam prohibitum legimus, cur ergo ipſe pontifex Deo vult videri honeſtior? ſemper excipi matrimonium, quod ipſa naturalis honeſtas vel pudor prohibet, extra dubium videri debet. An ergo in *pr. c.* 11. particula negativa delenda ſit, nullus attendo, cum ibi fuerit pollutio extraordinaria, hoc eſt, nulla commixtio ſanguinis, & ideo haud dubie matrimonium permittitur.

Ad c. 12. & ſeqq.

Inter quas perſonas ratione affinitatis, de quib. *d. c.* 12. *& ſeqq.* nuptiæ ſint vetitæ vel ex jure Divino, vel ex naturali ratione, dixi ad *d.* §. 6. *& ſeqq. Inſt. de nupt. & ad tit. D. de gradib. & affin.* Næ illa ratio, quod vir & uxor una caro dicantur in *c.* 14. *& ſeq.* facile procedit in nuru, ut dixi ad §. 5. *Inſt. de nupt.* ſed in aliis nimis extenditur à pontifice, ut *not. ſup. ſæp.* Quo experimento quæſo, pontifex in *c.* 20. didicit, ſobolem non ſuccreſcere ex matrimonio conſobrinorum. An non experientia quotidiana, quæ ſtultorum quoque magiſter eſt, docet contrarium? Si profecto ſacra lex, ut dicitur in *d. c.* 20. prohibet matrimonium, quo jure Gregorius Anglis permiſit? Quod locus 2. *Corinth* 3. nihil ad rem faciat, quis non animadvertit? Sive quædam verba expungantur in *c.* 21. ſive non expungantur, pungabit tamen cum *c.* 18. ubi & ſeptima generatio incluſive prohibetur. Sed Alii aliter gradus computant, ut loquitur *Gloſſ.* vel *Gratian.* ad *d. c.* 21. ſed hoc difficultatem non ſolvit, cum computatio graduum juxta jus Divinum inſtituendum ſit, quod eſt *Levit. c.* 18. Unde & *c. ult.* cenſura dignum eſſe, facile patet ex *præmiſſ.*

QUÆSTIO IV.

Ad c. 1.

Ratio, cur in *d. c.* 1. conſanguinitas conſtituta ſit uſque ad ſextum gradum generationis, reddita eſt *ibid.* ſed ridicula profecto. Finitur generatio mundi, vel ſtatus hominis ſex ætatibus, ergo & conſanguinitas. Dignum, inquam, patella operculum. Sed dicitur *d. c.* 1. emendatum in *not.* ſub *d. c.* ſed quo ſenſu?

QUÆSTIO V.

Ad c. 1. & ſeqq.

De iſtis ſex gradibus, de quib. *d. c.* 1. dixi ad *quæſt. præced.* Illum errorem, quem papa Alexander in *c.* 2. vocat inauditum & profanum, non eſſe errorem, ſed potius ipſam veritatem, qua frater & ſoror conſtituuntur in ſecunda generatione, ſeu ſecundo gradu conſanguinitatis, notavi *ſup. ſæp.* Et quoniam in *d. c.* 2. *& ſeqq.* ex profeſſo agitur de computatione graduum, operæ pretium putavi, ſi breve ſaltem compendium ſubjicerem. Jure autem civili, quod ex *d. c.* 18. *Levit.* deſumptum videtur, quot ſunt perſonæ ſive generationes, tot ſunt gradus, dem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

dempto ſtipite, & quicunque ſunt in quarto gradu, poſſunt nuptias contrahere, niſi ſunt loco parentum liberorumve, etiam in ipſa affinitate. Triplex vero eſt linea, aſcendens, deſcendens & collateralis, hæcque rurſus duplex, æqualis & inæqualis. Pater ergo & filia ſunt in primo gradu & jure Civili & Canonico, ſed frater & ſoror ſunt in ſecundo gradu jure civili, ſed canonico in primo. *d. c.* 2. *verſ. Fratres itaque &c.* Hanc autem computationem abſurdam eſſe, patet vel ex eo, quod nulla eſſet differentia inter parentem & filiam, & inter fratrem & ſororem, cum tamen unaquæque diſtincta generario faciat diſtinctum gradum, ut *ſup. dict. ſæp.* Adde DD. *ad tit. Inſt. de nupt. & ad tit. Inſt. de gradib. cognat. & ad tit. Dig. de gradib. & affin.* Novus Gratianiſmus eſt in *c.* 6. ubi frater & ſoror comparantur cum fratre patris, ſcilicet jure Canonico quoto gradu ille qui remotior eſt, diſtat à ſtipite, eodem gradu inter ſe diſtant, ergo neptos vel neptis diſtat tantum ſecundo gradu à patruo, cum tamen tres ſint perſonæ ſeu generationes, atque adeo tertio gradu diſtent. In linea collaterali æquali, quoto gradu diſtant à ſtipite, eodem gradu inter ſe diſtant, & ideo frater & ſoror jure Canon. diſtant primo gradu. *d. c.* 2. ſed in *d. c.* 6. eodem ordine duplicantur, quo nepos & patruus, quod omnino abſurdum videtur. Reliqua excuſſa ſunt in *præced.*

Quæstio VI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. conſanguinitatis probatio potius ex parentela ſeu proximis cognatis, quam ex ore extraneorum petenda ſit, cuilibet obvia eſt. Sane *cap.* 2. palea ſaltem dignum eſſe, quatenus errat in explicatione *l.* 9. *D. de teſtib* evincunt notæ noſtræ ad *eand.* Rectius fides teſtium committitur officio judicis, ut & quæſtio de juramento deferendo, de quo *c.* 3. *& nos ad l.* 9. *C. de teſt.* Sed quo jure hoc merum politicum ſibi etiam vindicat Eccleſia? De gradibus tamen propinquitatis cognoſcere poteſt, ut & *ſup. notat. ſæp.* An Sanctorum reliquiæ, de quib. *c.* 5. *& ſeqq.* adjuvent vel adorandæ ſint, nullus inquiro; quum hæ & ſimiles quæſtiones ad meum inſtitutum aut forum nihil pertineant. Sed nec ad Eccleſiam pertinent cauſæ ſeparationis aut dimiſſionis, & ideo male in *c.* 9. *& ſeqq.* Eccleſia formulam jurandi præſcripſit, ut *lat. probat. ad tit. de divort. & de adult.*

Quæstio VII.

Ad c. 1.

Ratio, cur in *d. c.* 1. liberi ex inceſtu nati, ne quidem filii denominandi ſint, ſaltem quoad ſucceſſionem in bona parentum, data à *nobis* eſt ad *auth. ex complex. C. de inceſt. nupt.* An tamen & quatenus dictis liberis debeantur alimenta, dixi *ibid.*

Quæstio VIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

In *d. c.* 1. non ſeparantur, qui ſunt in quinto gradu, in *c.* 2. dicuntur ſeparandi, ſed hoc ex indulgentia Gregorii, non ex imperio. *d. c.* 1. Sane *verſ.* 9. *Levit.* 18. qui in *d. c.* indicatur, explicatur ex *verſib. ſeqq.* qui loquuntur de proximioribus, & ideo pontifex perperam & impie extendit ulterius, ut *notat. ſup. ſæp.* Quid juris habeat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Eccleſia in inceſtuoſos, de quib. *c.* 3. quid juris Magiſtratus, dixi *itid. ſup. ſæp.*

QUÆSTIO IX.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ rationabiliter deciſa ſunt, mutari non debent. *d. c.* 1. nec illicita temere præſumenda ſunt. *c.* 2 ſed tamen manifeſte illicita corrigenda ſunt. *c.* 3. *& ſeqq.* An tamen Apoſtolus Paulus, ut ait pontifex in *c.* 6. quædam reprobaverit, quæ fecerat diſpenſatorie, vehementer dubito. Sane ſi Eccleſiæ ſubreptum ſit, recte reſtituitur, qui per falſos teſtes fuerat depoſitus. *d. c.* 1. Hinc ipſa matrimonia per ſe inhoneſta potius ſeparanda videntur, licet per errorem aut fraudem teſtium contracta ſint. Sed quid, ſi licita matrimonia ex ignorantia vel dolo ſeparata ſunt, & poſt ſeparationem alia contracta, videntur ne priora conjugia redintegranda? Ambigua eſt ſententia in *dd. capit.* junctis *not. ſubject.* noſtram ſignificavimus ad *l.* 34. *C. ad l. Jul. de adult. & ad tit.* D. & C. *de divort. & repud.*

QUÆSTIO X.

Ad c. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* affinitas non videatur deleta, vel cur proles ex ſecundis nuptiis non poſſit ſe copulare cognationi prioris viri uſque ad quartam generationem? Variæ quidem dantur in *d. c.* 1. ſed tales, tamq; ineptæ, ut me in cachinnos diffuderint. Utique mulier priori marito mortuo libera eſt ad aliud matrimonium. 1. *Cor.* 7. *verſ.* 39. Ut ut ſit, nulli alii gradus intelliguntur prohibiti, quam quos ipſe Deus prohibuit, vel plures ſimiles in *d. c.* 18. *Levit. & alib.*

CAUSA XXXVI.

QUÆSTIO I.

Ad c. 1. & ſeqq.

An in *d. c.* 1. raptus recte dicatur à corrumpendo (dixerim potius à corripiendo) nullus inquiro; quum hoc grammaticale, nec ad inſtitutum meum, nec ad rem multum faciat. Senſum *c.* 2. quod totid. verb. exſtat in *c.* 49. *q.* 2. *cauſ.* 27. excuſſi ad *d. c.* 49. Ipſam *leg.* quam indicat *d. c.* 2. videre licet in *Cod. Theod. l.* 9. *de rapt. virg.* Illam impunitatem, quam concedit Eccleſia in *c.* 3. hodie apud Nos non attendi, *notat. ſup. ſæp.* Sed nec pœnam ſerviendi obſervari dixi *ibid.* An tamen pœnam mortis recte ſit ſublata, vide in *noſtr. ad* §. 8. *Inſt. de pub. judic. & ad l. un. C. de rapt. virg. & ad q. ſeq.*

QUÆSTIO II.

Ad c. 1. & ſeqq.

An raptores, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* in Eccleſia recte anathemate feriantur vel excommunicatione, nullus inquiro. Rationem dixi *ſup. cent.* Sed quo jure divino ſola attentatio, de qua *c.* 3. punitur capite? Raptor tamen raptam ad conjugium vindicare non poteſt. *c.* 4. niſi pœnitentiam egerit, quo caſu matrimonium permittitur, ſi etiam parentes permittant. *c.* 7. *& ſeqq.* quibus rurſus adverſatur *c. ult.* ut & ipſe fatetur *Gloſſ. ad d. c. ult.* Ut ut ſit, concilium Tridentin. permittit matrimonium, ſi rapta à raptore ſeparata poſtea conſentiat. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reform. matrim.* quæ ſententia in foro obtinet, teſte *Fachin.* 3. *c.* 46. quæque juri Divino conſentanea videtur. *Jud.* 21. ut lat. ad *tit. ext. de rapt.*

DE-

DECRETI

PARS TERTIA, DE CONSECRATIONE.

Distinct. I.

Ad c. 1. & ſeqq.

ILlas conſecrationes Eccl. baſilic. &c. de quib. *d. c. 1. & ſeq.* agunt, à noſtris Theologis damnari, ſignificavi *ſup. ſæp.* Eadem cenſura ſtringitur in altaria & miſſas, de quib. *& in dd. cap.* Et ſane, ſi ceremoniæ in veteri Teſtamento fuerunt umbræ, ut loquitur *Gratian. in d. c.* 2. non licet argumentari, ergo Chriſtiani debent melius Templa ornare cum altaribus, vaſis &c. ſed potius cum Apoſtolo concludendum eſt, ergo in novo Teſtamento ceſſant. *Hebr.* 9. ſaltem ſuperſtitioſæ ceſſant, ut *lat. Theol. de ceremon.* Eccleſias divinis precibus ſacrare oportet. *c.* 13. & ſi illa altaria evertenda ſunt, quæ erecta ſunt, ſine ſanctorum reliquiis *c.* 26. vereor ut omnia pontificia evertantur. Quo ſenſu Jacobus in *c.* 47. dicatur frater Domini noſtri, vide *Interpret. ad v.* 19. *c.* 1. *Galath.* ſed eum addidiſſe celebrationem miſſæ (ut ſaltem hodie celebratur) nuſquam lego, nuſquam credo. An & quatenus ad ſpectacula, de quib. *c.* 66. vadere liceat, dixi ad *l.* 23. *D. de aur. arg. leg. & alib. ſæp.*

Distinct. II.

Ad c. 1. & ſeqq.

Bone Deus, quot abſurditates, quot contradictiones occurrunt in *d. c.* 1. *& ſeqq.* In *d. c.* 1. dicitur, quod vinum & aqua ex latere Chriſti profluxerint, in *c.* 83. dicitur, quod aqua fluxerit & ſanguis. In pleriſque *dd. capit.* dicitur, quod poſt conſecrationem panis & vini fiat vera caro Chriſti, verus ſanguis Chriſti, ſeu totum corpus Chriſti, quod ex Virgine adſumpſit, & in cruce pependit, converſum ex pane & vino, ſed in multis etiam dicitur, quod non carnaliter, ſed ſpiritualiter Chriſti corpus & ſanguinem debeamus accipere. *c.* 44. Credere in Chriſtum eſt manducare & bibere Chriſtum. *c.* 47. 59. 64. Sane ſi veteres fideles eandem eſcam manducarunt, quam novi ederunt in Novo Teſtamento *c.* 81. haud dubie hæc verba (hoc eſt corpus meum) ſpiritualiter ſunt intelligenda, nec ullo modo poſſunt ſignificare veram Chriſti carnem & verum ſanguinem, cum Chriſtus tum necdum natus fuerit. Et quomodo quis ſimul conviva

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

& convivium eſſe poteſt, aut ſimul comedere & comedi, ut vult *c.* 87. Per fidem edunt fideles verum corpus Chriſti, & bibunt verum ejus ſanguinem, id eſt, veram remiſſionem peccatorum, quatenus ſcilicet non edunt aut bibunt figuram aut ſolum panem aut ſolum vinum, ſed oralem aut corporalem manducationem damno, & multo magis adololatricam hoſtiæ adorationem, quam hodierni pontificii celebrant. Hanc fidei profeſſionem extorſit mihi & amor Chriſti & amor Fratrum, quos amplius errare non patior.

Distinct. III.

Ad c. 1. & ſeqq.

Dies conſecratos Sanctis, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* apud Orthodoxos ſeu Reformatos non eſſe receptos, aut recipiendos, notavi *ſup. ſæp.* Reliqua de obſervatione Sabbati, vel potius diei Dominicæ, Paſchatis &c. excuſſa ſunt in *præced. ſæp.* ut & jejunia, de quib. *& dd. can.* Unum tamen hoc de novo adnotandum videtur, quod in *c.* 27. omnino laudandus dicatur, qui vetuit imagines Sanctorum adorari, & tamen *c. ſeq.* 28. adorare permittit & injungit. In *eod. c.* 27. dicit Gregorius, aliud eſt picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam diſcere, quid ſit adorandum. In *d. c.* 28. dicit tota Synodus, quod Chriſtiani imagines Sanctorum ad memoriam primitivorum venerentur & adorent, ſed tamen eis non ſerviant cultu Divino. Quæ ſunt contraria vel abſurda, ſi hæc non ſunt?

Distinct. IV.

Ad c. 1. & ſeqq.

An baptiſmus externus, de quo *d. c.* 1. *& ſeqq.* habeat vim regenerandi, & an ſit medium ſaltem, per quod Spirit. Sanct. hominem regeneret, ita ut ſine eo regeneratio non fiat; vetus quæſtio eſt inter Reformatos & Pontificios, quæ nec à me forſan decidetur, ſed non patior in *quibuſd. dd. capit.* injuriam fieri Chriſto, cui ſervio. Prima fit in *d. c.* 1. ubi renaſcitur homo ex ſola aqua, & originale peccatum remittitur. *c.* 6. actuale. *c.* 133. *&* 139. & tamen ſolus Chriſtus peccata remittit. *c.* 141. In *c.* 3. infantes mortui ſine baptiſmate ſempiterno igne puniuntur, & tamen pro fœderatis habentur, ſaltem ex regula charitatis. *Hebr.* 8. Baptiſmus ſacramentum eſt, vel ſignum ac ſigillum noſtræ regenerationis, ſed primum tamen initium non eſt neceſſario ex baptiſmo externo, ut & *ſup. probat. lat.* An in baptiſmi ritu aſperſio ſervanda ſit, an vero immerſio in aquam, ut verior ſit lotionis ratio, videtur pro ratione Regionum determinanda, de qua *lat. Theol. de baptiſm.* Sane ritus illos, de quib. *& in dd. capit.* apud confœderatos Belgas abrogatos & damnatos eſſe, nullus Belgarum ignorat. Poſſetne Magiſtratus laicum punire, qui urgente neceſſitate baptizavit? Nequaquam *c. in neceſſ.* 21. *& ſeqq.* Poſſet tamen eum punire, qui ſuſcipiendo parvulos in baptiſmate ſe quodammodo fidejuſſorem conſtituit. *c.* 105. ſi eos neglexerit inſtruere in fide, cujus fundamenta promiſit.

Distinct. V.

Ad c. 1. & ſeqq.

Sacramentum confirmationis, de quo in *d. c.* 1. *& ſeqq.* Reformatos non agnoſcere, nemo illorum ignorat, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

& *nos* improbavimus *ſup. aliquot.* ubi duo duntaxat ſacramenta in N. Teſt. nota eſſe, notavimus. Originem quidem illa impoſitio manuum accepit ex conſuetudine Veterum, quatenus erat ſymbolum collationis vel vocationis, ſed nec à Chriſto inſtituta eſt, nec ab Apoſtolis uſitata, nec promiſſio gratiæ ſalvificæ conjuncta eſt, ut *lat. Theol. de Sacrament.* De jejunio, de quo *& in dd. capit.* dixi *itid. ſup. ſæp.* Illud tamen hic præterire non licet, quod Auguſtin. in *c.* 25. ſcripſit: non tam à cibis, quam iniquitatibus abſtinere, perfectum jejunium eſt. Addo & hoc, quod legitur in *c.* 30. Legimus, inquit, quoſdam morbo articulari, & podagrę humoribus laborantes proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam & pauperes cibos redactos convaluiſſe. Sed de vitæ genere rectius Medici, quibus ut cæteris quibuſlibet in ſuis artibus credendum eſt.

Canones pœnitentiales,
quorum notitia &c.

Quandoquidem hi canones ſuis locis hic allegatis ſunt à nobis excuſſi, nullæ aliæ notæ noſtræ ad *hunc tit. vel tract.* ſperandæ ſunt, niſi ad confirmationem illarum, quæ modos pœnitentiæ arbitrarios ſtatuunt, ut vel ex ipſis finalib. *d. tract.* apparet. Rectius, inquam, modi pœnitentiæ relinquuntur arbitrio Eccleſiæ, ut pœnæ delinquentium arbitrio Magiſtratus, quod pluribus probavi *alib. ſæp.* Et ſane, ſi ex præfationis errore liceat ominari errorem ipſius operis, omnes canones ſuſpecti videntur. Maria, inquit, ſoror Moyſis lepra percuſſa ſeptem diebus extra caſtra rejecta fuit, ergo ſeptennis pœnitentia regularis eſt, quia *Ezech.* 4. diem pro anno dedi tibi; vel quia ſol in una die non redit in idem punctum, ſed in anno, ideo dies converſus in annum. Quę quęſo hęc conſequentia? Quid eſt ludere in ſacris, ſi hoc non eſt? Quid Noſtri ſentiant ulterius de pœnitentia, dixi *& ſup. & in fin. de pænit.*

Canones Sanct. Apoſt.
per Clement. à Petr. &c.

An Clemens Romanus à Petro Apoſtolo ordinatus fuerit Epiſcopus, an vixerit anno Chriſti 91. cum adhuc ſuperſſet Apoſtolus Johannes (quod nuper affirmavit *Geßel. Medic. Doct. in ſua antiq. & ver. fid. pag.* 83.) nullus inquiro, quum iſtæ & ſimiles quæſtiones extra meam profeſſionem, aut ſaltem extra meum inſtitutum peregrinari videantur. Ipſos canones mihi ſuſpectos eſſe, non inficior. Multa enim abſurda & impia in illis occurrunt, ut & in *ſup.* notavi *ſæp.* Unum atque alterum, quod juris prudentiam ſpectat, videre licet in *c.* 19. ubi clericus, qui fidejuſſit aut dedit fidejuſſiones, deponendus dicitur, ſed qua lege Divina vel humana hoc probatur? Vide *not. noſtr. & diſp. ad tit. de fidejuſſ.* In *c.* 21. *& ſeq.* homicida dicitur, qui nec ſeipſum, nec alienum occiderit. Vide *noſtra ad tit. de homicid.* In *c.* 24. presbyter aut diaconus, qui ob fornicationem vel perjurium condemnatus eſt, deponitur quidem, ſed à communione non excluditur. Ratio eſt, quia Scriptura dicit: bis de eodem delicto vindictam non exiges. Quæ hæc abſurditas, quæ impietas? Vide *animadv. ſeu not. noſtr. ad* §. 1. *Inſt. ſi quadrup. & ad l.* 2. *D. de privat. delict. & alib.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,

CENSURA BELGICA,

SEU

Novæ Notæ & Animadverſiones,

QUIBUS

Omnia & ſingula Capitula, quæ in Decretalibus Gregorii *continentur.*

Moribus præcipue Belgii &c.

DE

SUMMA TRINITATE

ET

FIDE CATHOLICA.

TITULUS I.

Cap. 1. & 2.

QUæ in *d. c.* 1. *&* 2. traduntur de Summa ſeu SS. Trinitate, Sacris Literis convenientia eſſe, notavi & probavi *plurib. ad h. t. Cod.* Exceptio tamen illa, quæ Abbas Siculus adjecit *d. c. in fin.* Quis enim præjudicii expers credat tranſſubſtantiationem panis & vini in verum corpus & ſanguinem Chriſti? Aut quis credat, baptiſmum eſſe ipſam remiſſionem peccatorum? Ration. noſtr. videre licet in *not noſtr. ad decretum Gratiani var. in loc.* Sed nec credo, Romanam Eccleſiam eſſe cunctorum fidelium matrem & magiſtram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſtram, licet hoc in *fin. d.c.2.* affirmetur. Ration. huj. incredulit. ſparſæ ſunt per *univerſ. corp. Grat.*

De Conſtitutionibus.

Tit. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Quales canones, vel qualia ſtatuta, de quib. *d.c.* 1. Eccleſia condere poſſit, dixi *itid. in ſec. part. corp. can. ſæp.* Conſtitutio futura reſpicit, non vero præterita. *d. c.* 2. *&* *c.* 13. de quib. *nos lat. ad l. 7. C. de legib.* Extenditur ad connexa ſeu ſimilia. *c.* 3. An & quatenus tamen ſacerdotium Leviticum tranſlatum ſit ad Chriſtianos, nullus inquiro; cum hoc & inſtituti mei ratio prohibeat, & maxima ex parte excuſſum ſit in *noſtr. ad decret. Grat.* Bona eſt lex ſeu conſtitutio, quæ dum unum prohibet malum, prohibeat omnia mala, quæ ex illo uno reſultant. *c.* 4. De qua concupiſcentia tamen loquatur *Apoſt. Rom.* 7. relinquo Theologis, licet & hæc quæſtio poſſet videri deciſa ex *not. noſtr. ad d. decret. Grat.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Conſtitutiones patrum præferendæ ſunt opinioni ſingulari aut propriæ. *d. c.* 5. ſcilicet in caſu dubio, & quando hujus vel illius ſententia non nitatur perſpicua ratione contraria, ut *notat. in præced. noſtr. ſæp.* Hinc nec major pars capituli poteſt tollere conſuetudinem rationabilem. *d. c.* 6. An in *d. c.* bono ſenſu indicatus ſit *tit. D. quod quiſque jur. &c.* vide in *not. noſt. ad d. tit.* An & quatenus hodie cives vel Magiſtratus feuda Eccleſiaſtica, de quib. *d. c.* 7. alienare poſſint, dixi non uno in loco ad *decret. Grat.* Eccleſias Reformatas nec papam, nec primiceriatum, vel ullam aliam hierarchię ſpeciem, de quib. *d. c.* 8. agnoſcere, notavi *ſæp. ad decret. Grat.* Summa ex *c.* 9. quod de canon. hæc eſto: qui contra proteſtationem facit, ei proteſtatio non prodeſt. Quæ & qualis poteſtas ſit laicorum Magiſtratuum circa perſonas vel res Eccleſiaſticas, de quib. *c.* 10. dixi *itid. ſæp. ad decretum Grat.* Pœna ſimpliciter appoſita in caſu dubio temperalis, non perpetua intelligitur. *c.* 11. Sed quid juris habet papa in magiſtros art. liberal.? Collegium non poteſt reſtringere numerum collegarum ſine evidenti cauſa. *c.* 12.

De Reſcriptis.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa *d. c.* 1. quod de papa & indulgentiis, hæc eſto: ſpeciale reſcriptum derogat generali, de quo *nos lat. ad l. 26. & ſeqq. D. de legib. & ad tit. Cod. ſi contra jus &c. & ad tit. C. de diverſ. reſcript.* Eccleſias tamen noſtras agnoſcere judices ſuperiores appellationis, puta Synodos generales & ſpeciales, notavi ſæpenumero ad *decret.* Ratio, cur in omni reſcripto ſubintelligenda ſit illa clauſula, ſi preces veritate nitantur. *c.* 2. data cum uſu eſt ad *l. 7. C. de diverſ. reſcript.* Hinc in *c.* 3. reſcriptum poſterius derogat priori, ſi de priori fecerit mentionem, & merito, qui dolo tacuit, condemnatur in expenſas. *d. c.* 3. *in fin.* Si in reſcripto disjunctiva narrata ſunt, ſufficit, ſi unum ſit verum, ut valeat reſcriptum. *c.* 4. An & quatenus reſcripto Synodi (ſic enim applico *c.* 5.) parendum ſit, ſignificavi *ſup. aliq.* Reſcriptum non aufert privilegium privilegiatis, niſi in ſpecie hoc actum ſit. *c.* 6.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad. c. 7. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 7. agit de præbend. & ſede vacante Romana, nihil ad Reformatos pertinet, ſed poteſt applicari collegio, quod ex ipſo collegio accepit præfectum, quodque collegio mandatum eſt, cuilibet ex collegio mandatum intelligitur. Ratio, cur in *c.* 8. dignitas impetrantis exprimenda ſit, expreſſa eſt *ibid.* ſed potior videtur, quia reſcriptum contra veriſimilem voluntatem reſcribentis non obtinet. Ratio, cur in caſu *c.* 9. valeat reſcriptum ſecundum, licet de primo non faciat mentionem, haud obſcura eſt in *fin. d. c.* Facile etiam ex ipſo *c.* 10. ratio colligitur, cur in *d. c.* non valeat reſcriptum, per quod dantur judices incerti, vel negotia committantur futura. Sed quæ ratio, cur in *c.* 11. non valeat reſcriptum, in quo peccatum eſt per malam conſtructionem verborum? Utique non latinitas, ſed voluntas reſcribentis ſpectanda videtur. Ratio, cur in *c.* 12. contra ſecundum reſcriptum non poſſit opponi de taciturnitate impetrati primi, intermixta eſt *ibid.* Reliqua aut inutilia ſunt, aut excuſſa à nobis ad *tit. de appellat. & ſeqq.*

Ad c. 13. & ſeqq.

Ratio, cur in *c.* 13. illa clauſula, *quod ſi non omnes &c.* ſit intelligenda tam de impotentia juris, quàm facti, hæc videtur; quia verba generalia generaliter ſunt intelligenda. *arg. l.* 8. *D. de Publ. in rem act.* Sed quæ ratio, cur in prima parte *c.* 14. recurratur ad arbitros? Eam non reperio, ut verum fatear. Mirus etiam iſte caſus, qui in *d. pr.* proponitur, ut & *alib. ſæp.* Quod in ſecunda parte *d. c.* 14. ſpecialia derogent generalibus, novum non eſt. *l. in tot. jur.* 80. *de reg. jur.* Sed quæ illa quæſtio, aut quæ ratio, cur judex delegatus non poſſit exercere ſuam juriſdictionem, antequam perſonæ vel res expreſſæ ſint? Ratio, cur in *c.* 15. nec res, nec perſonæ intelligantur, quæ majores ſunt expreſſis, facile deſumitur ex intentione reſcribentis. Ratio, cur in *fin. d. c.* mendax peccator careat impetratis, adjecta eſt *ibid.* latiuſque excuſſa in *noſtr. ad l.* 5. *C. ſi cont. jus vel util.* Eadem eſt ratio, cur in *c.* 16. utrumque reſcriptum inutile ſit, & cur in *c.* 17. non valeat reſcriptum, ſi de beneficio impetrantis non ſit facta mentio. Bona ſumma ad *c.* 18. hæc eſt: ordo reſcripti recipit interpretationem ex jure communi. Scilicet nullum fere reſcriptum poteſt occurrere vel in foro Eccleſiaſtico, vel in Civili, quod non poſſet recipere interpretationem vel deciſionem ex *legib. Roman.* quas tamen pontifex vel contemnendo, vel ignorando præteriit *ſæp.*

Ad c. 19. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 19. literæ Papæ vel alterius Principis aut Eccleſiæ non valeant aut obligent, hæc proprior eſt; quia ſuppreſſa rei veritate impetratæ erant. Hinc delegatus in *c.* 20. non poteſt exequi reſcriptum, in quo vel falſum quid expreſſum eſt, vel verum ſuppreſſum, niſi tamen vel talis falſitas expreſſa ſit, vel veritas occultata, quæ reſcriptum non impediviſſet. *d. c.* 20. de quo *DD. lat. ad l.* 5. *C. ſi cont. jus vel utilit. publ. & l.* 7. *C. de diverſ. reſcript.* Summa ex *d. c.* 21. quod de abbate & conventu, hæc eſto: in cauſa conventus ſeu collegii recte convenitur præfectus per reſcriptum, licet in eo de conventu nulla mentio facta ſit. Summa ex *c.* 22. hæc eſto: literæ per ſubreptionem impetratæ non valent, & proceſſus contra formam mandati frivolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

volus eſt. Ratio, cur in caſu *c.* 23. annus præſcriptus ſit, addita eſt *ibid.* de qua & in *l.*38. D. *de rei vind.* Cum Eccleſiaſticis perſonis nulla jurisdictio concedenda videatur, ut *notat. ſæp. ad decret. Grat.* ideo nullæ notæ noſtræ ad *c.*24. niſi hæc ſumma, quod executor in caſu dubio, quando ſcil. mandata ſunt contraria, executionem ſuſpendere debeat, de qua *nos lat. ad l.* 15. D. *de re judic.*

Ad c.25. & ſeqq.

An & quando quis propter contumaciam, de qua potiſſimum agit *d.c.* 25. poſſit excommunicari, ſignificavi in *decret. ſæp.* Explicatio iſtius clauſulæ in *d. c.*25. *& ſeq. ſi eſſet ita*, excuſſa eſt in *præced. ad d. c.* 2. 15. *&* 20. Scilicet cauſa remotionis non expreſſa, reſcriptum per ſubreptionem impetratum intelligitur. Eadem eſt ratio, cur in *c.* 27. vicarius vel ſimilis non poſſit frui commodo reſcripti impetrati. Ratio, cur in *c.* 28. literæ non poſſint trahi ultra duas dietas, de quib. ad *l.* 1. D. *ſi quis caut.* haud obſcura eſt in ipſo *d. pr. c.* 28. Literas, de quib. §. 1. abſque mandato domini impetratas non valere, probavi plurib. ad *tit. de procurat.* Sane ſi ita eſt, quod ſcilicet appellatio interpoſita ſit, judex appellationis recte cognoſcit, an legitime appellatum ſit. *c.* 29. de quo *nos lat. ad tit.* D. *de appell. recip.* Ratio, cur in *c.* 30. obtineat beneficium, qui primo impetravit, data eſt ad *l.* 15. *C. de rei vind.* Cum in caſu *c.* 31. literæ ſint ſubreptitiæ, mirum non eſt, cur in irritum revocetur. Eadem eſt ratio, cur in *c.* 32. receptus non debeat recipi in alia Eccleſia vel in alio collegio. Etiam veritas in caſu *c.* 33. occultata fuit, & ideo judices procedere debent ſecundum priores literas, non vero poſteriores, quæ à revocato procuratore impetratæ erant.

Ad c. 34. & ſeqq.

Ratio, cur in *c.* 34. *& ſeq.* error nominis vitiet reſcriptum, vulgaris eſt in *l.* 15. D. *de jurisdict.* Sed quæ ratio, cur in caſu *c.* 36. reſcriptum non extendatur ad ſucceſſores, quando generaliter vocati mortui ſunt? Vide *not. noſtr. ad tit.* D. *ſi pend. app. mors interv.* Juſta mendacii pœna eſt, & ex ipſa voluntate impetrantium deſcendit, quod in *c.* 37. literæ executoriæ non valeant. Ratio, cur in caſu *c.* 38. ſecundus impetrator repellatur, ſubjecta eſt *ibid.* Recte *Gloſſ.* notandum dixit ad *c.* 39. quod ſucceſſor factum ſui prædeceſſoris debeat ad effectum perducere ſaltem de honeſtate. Reliqua de monitoriis & executoriis inutilia ſunt, ut *notat. ſup. aliquot.* Ratio, cur in *c.* 40. ei provideatur, qui primo repræſentavit literas, vulgaris eſt in *l.* 24. D. *quæ in fraud. credit.* Ratio, cur in *c.* 41. non excommunicatori, ſed judicibus deputatis competat cognitio, hæc eſt; quia quilibet ſuum factum ſcire præſumitur. Ratio, cur in *c.* 42. obtentum non valeat, haud obſcure colligitur ex *verb. fin. d. c.* Eadem fraus eſt cauſa, cur in *c.* 43. abutentes reſcripto puniantur reparatione damni & intereſſe.

De Conſuetudine.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. conſuetudo, quæ gravat Eccleſiam, remittenda vel rejicienda ſit, hæc eſt; quia non eſt rationabilis, quod tamen in omni conſuetudine requiritur, ut *lat. probat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ad l. 30. D. *de legib. & l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.* Ratio, cur in *c.* 2. valeat conſuetudo ſcotationis, vel alia conſuetudo, quâ Eccleſia vel alius donatarius adquirit dominium vel poſſeſſionem rei donatæ ſine ſolennitate legali, data eſt ad *l.* 35. §. 5. *C. de donat.* An & quatenus donatio pro remedio peccatorum valeat, dixi *alib. ſæp.* Sub pœna quoque pecuniaria poſſe ſolemnem requiri traditionem, dixi *itid. in anteced. ſæp.* Ratio, cur in caſu *c.* 3. conſuetudo non valeat, haud obſcura eſt in *ipſo cap.* Quatenus *c.* 4. agit de conſuetudine circa ſacramentum confirmationis, de quo *nos ſæp. in decret. Grat.* inutile eſt, ſumma ejus tamen eſſe poteſt, quod conſuetudo non excuſet in delictis, & quod habeatur pro non dato, quod datum eſt ab eo, qui dare non poterat. Ratio, cur conſuetudo in caſu *c.* 5. non valeat, adjecta eſt *ibid.* & data clar. ad *d. c.* 1.

Ad c. 6. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 6. quod de præcent. hæc eſto: nova dignitas non debet introduci cum præjudicio aliarum dignitat., nec conſuetudines rationabiles & approbatæ temere correctæ videri debent. Ratio, cur conſuetudo in *c.* 7. potius corruptela ſit, adjecta eſt *ibid.* modo per ſacros canones intelligamus illos, qui Sacris Literis conſentanei ſunt. Summa ex *c.* 8. quod de prælatis & prælaturis, hæc eſto: electio facta de ſuſpenſo non valet, & conſuetudo eſt optima legum interpres, de qua *lat. ad. l.* 37. D. *de legib.* Ratio, cur in *c.* 9. capitulum ſine præſide non poſſit immutare conſuetudines, addita eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad d. c.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.* Turpes conſuetudines non ſunt obſervandæ. *c.* 10. Sed quid juris habet pontifex in conſuetudines mere civiles & forenſes? An etiam uxoris bona aliquando à marito poſſint adprehendi ad onera matrimonii, vel ob delictum, dixi *alib. ſæp.* Ratio, cur in *cap. ult.* conſuetudo non deroget juri naturali, data eſt *ſup. ſæp.* An & quando deroget juri poſitivo, ſignificavi *itid. ſup. aliquot.*

De Poſtulat. prælat.

Tit. V.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa ſeu doctrina ex *d. c.* 1. quod de poſtulatione canonicor. vel de poſtulatione epiſcopi in archiepiſcopum, hæc eſto: impoſtulabilis vel ineligibilis eſt, qui fecit contra edictum Principis vel Eccleſiæ aut Synodi. Ratio, cur in *c.* 2. canonici priventur facultate eligendi aut poſtulandi, intermixta eſt *ibid.* Sed quid hæ & ſequentes poſtulationes commune habent cum poſtulationib. de quib. *tit. Cod. de poſtul. & ſeqq.*? Summa ex *c.* 3. hæc eſto: judex poteſt ſupplere, quod poſtulantes omittunt, de qua *nos lat. ad l. un. C. ut quæ deſ. advocat.* Sed ita tamen, ut communis utilitas præferatur privatæ, de qua *nos ad Auth. Res quæ ſubjac. &c. C. comm. de leg. & alib. ſæp.* De minori parte quàm tertia dixi ad *l.* 3. *D. de decret. ab ord. fac.* Ratio, cur in *c.* 4. poſtulatio ſemel ſuperiori præſentata non poſſit revocari, interjecta eſt *ibid.* Sed quid, ſi per errorem minus idoneus poſtulatus ſit? Hæc poſſunt applicari noſtris Senatoribus Eccleſiæ, qui habent vocem eligendi ſeu deſpiciendi (ut loquuntur) Magiſtratus ad probandi. Simplex poſtulatio non facit præjudicium. *c.* 5. ſed poſtulandus ta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tamen epiſcopus à Superiori, non eligendus abſolute ab inferioribus. *c. 6.* Plura de jure ſeu poteſtate Magiſtratus circa Eccleſiaſtica, ſeu de vocat. & elect. miniſtr. Eccleſ. videre licet in *noſtr. ad decret. Grat. & ad tit. ſeqq.*

De elect. & elect. poteſt.

Tit. VI.

Cap. 1. & ſeqq.

Nota, inquit *Gloſſ. ad d. c.* 1. quod de jure communi electio prælati pertineat ad collegium Eccleſiaſticum. Nobis mediam ſententiam placere, notavi ſemel atque iterum ad *decret. Grat.* Ergo nec omnis clamor populi, de quo *c.* 2. excludendus eſt. Quin ipſa inquiſitio, de qua *c.* 3. etiam aliquo modo ſaltem ad populum vel cœtum pertinet, licet præcipua cura circa examen & confirmationem Paſtoris ad Præpoſitos Eccleſ. pertineat, ut *lat. ad decret. Grat.* Cum nomen Dei non temere uſurpandum ſit, recte Reges in *d. c.* 4. admiratione permoti fuerunt, licet papa illam permotionem explodat. Solet quidem apud Reformatos novus verbi Divini miniſter in confirmatione ſua promitttere obedientiam & fidelitatem juxta verbum Dei & communem ordinem Eccleſ. ſed juramentum non exigitur, ut *lat.* **in't Formul. om te bevestigen** &c. Reliqua de pallio & primatu pontific. excuſſa ſunt ad *decret. Grat. ſæp.*

Ad c. 5. & ſeqq.

An & quando ſchiſmaticus, de quo *d. c.* 5. ad veram Eccleſiam reverſus poſſit fieri epiſcopus vel paſtor Eccleſiæ, puto relinquendum arbitrio iſtius Eccleſiæ, à qua eligitur. Summa ex *c.* 6. quod de pontifice Romano, hæc eſto: electus in epiſcopum ſeu presbyterum per duas partes Senat. Eccleſ. confirmandus eſt. Ratio data eſt ad *l.* 3. *D. de decret. ab. ord. fac.* Forſan male in *c.* 7. certa ætas in futuro miniſtro verbi Divini requiritur, ut *lat. alib.* ſed bona vita & ſcientia requiritur. 1. *Timoth.* 3. Quænam adminiſtratio, de qua §. 1. competat poſt confirmationem in Eccleſ. Belgic. ſignificavi *ſæp.* per **Formul. om te bevestigen**/ &c. Quænam requiſita requirantur in diaconis, de quib. §. 2. apparet ex **Formul. van ouderlingen en diakonen**/ &c. Pœna ejus collegii, quod indignum admiſit & confirmavit, de quo §. *ult.* hodie apud Belgas confœderat. arbitraria videtur, ut *notat. ſup. ſæp.*

Ad c. 8. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 8. quod de monialibus, hæc eſto: compromittentes ſuper electione tenentur recipere electum, modo ſit idoneus. Ratio data eſt in *noſtr. ad tit. D. de recept. qui arbitr.* Electus presbyter vel diaconus (duas enim duntaxat functiones Eccleſiaſticas agnoſco) non poteſt ante confirmationem eſſe adminiſtrator Eccleſiæ, cui electus eſt. *c.* 9. Ratio, cur in *c.* 10. electio caſſata vel reſciſſa ſit, quæ facta eſt poſt appellationem interpoſitam, interjecta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad tit. D. nih. innov. appel. interp.* Uſum *c.* 11. quod de pallio & metropolit. apud Reformatos nullum eſſe, quis ex *noſtr. anteced.* non animadvertit? Ratio, cur in *c.* 12. vitium in modo eligendi non impediat aliam electionem, hæc eſt; quia iſtæ formalitates non debent requiri pro ſubſtantia negotii, quod agitur. Exemplum eſt in *ipſo c. ſeq.* quod tamen apud Nos vix uſum habet.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 14. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 14. conſuetudo improbetur, quæ impedit liberam facultatem eligendi, data eſt *ſæp. ad tit.* 4. *de conſuet..* Adde *not. noſtr. ad auth. caſſ. & irrit. C. de SS. Eccleſ.* Noſtros non admittere illam diſtinctionem & conſecrationem, de qua *c.* 15. multo minus admittere illam, quæ diſtinguit inter ea, quæ jurisdict. ſunt, & quæ ſunt ordinis, notavi *ſup. ſæp.* Electio facta de ſuſpenſis & à ſuſpenſis non tenet, nec appellare quis poteſt ad impediendam alterius electionem, cum ſuæ electioni renuntiaverit. Electus, qui non habet ſufficientem ſcientiam, vel qui ante confirmation. adminiſtrat. Caſſandus vel improbandus videtur. *c.* 17. Exempla confirmat. & manimpoſit. ſunt *Act.* 13. 1. *Tim.* 5. 2. *Tim.* 1. Ratio, cur in *c.* 18. non vocandi non impediant electionem, intermixta eſt *ibid.* ſed quæ nullo modo adjuvatur per *l. fin. ad l. Rhod.* aut per *l.* 10. D. *ſi cert. pet.* licet eas allegaverit *Gloſſ. ad d. c.* 18. Summa ex *c.* 19. hæc eſto: qui vocati ad electionem nolunt venire, illi amittunt poteſtatem eligendi, & Superior habet jus inquirendi, cur electus non ſit admiſſus.

Ad c. 20. & ſeqq.

An etiam in novo Teſtamento illegitime natus, de quo precipue *d. c.* 20. vocari, poſtulari vel eligi poſſit paſtor Eccleſiæ, ſignificavi *ſæp. ad decret. Grat.* Quæſtio, inquam, eſt, ut videre eſt apud *Theolog. ad Deut.* 23. *v.* 2. & ideo in hoc caſu non temere Eccleſia privanda eſt facultate vocandi aut eligendi. Sane nuncius ad unam rem petendam miſſus, non poteſt petere aliam. *d. c.* 20. An ille, qui laborat morbo epileptico, de quo *c.* 21. hodie poſſit vocari aut eligi in paſtorem Eccleſ. diſquiritur ad *Levit.* 21. quid nobis videatur dicendum, ſignificavi ad *d. c.* 20. *& alib. ſæp.* Quod electio vel vocatio ex aliena Eccleſia poſſit fieri, appellatione non obſtante, probavi *ſup. ad tit.* D. *quæ ſent. ſine appel.* Quod etiam vel unus audiendus ſit contra factum aliorum, ſi habeat juſtam cauſam contradicendi, probavi *itid. ſæp. in præced.* Numerus eligentium præfertur auctoritati, preſertim ſi electus tempore electionis erat idoneus. *c.* 22. alioquin etiam electus à minori parte adprobandus eſt. *d. c.* 22. Qui recipiunt electum ante adprobationem Superioris, privandi ſunt facultate eligendi ſeu diſpiciendi. *c.* 23. Sufficit electio, ſi eligens vel præſentans probet, quod fuerit in poſſeſſ. vel quaſi poſſ. tempore electionis vel præſentationis. *c.* 24.

Ad c. 25. & ſeqq.

In pleriſque noſtris Eccleſiis Senatui Eccleſiaſtico (vulgo **de kerckenraet**) competit jus paſtoris nominandi, diſpiciendi ex magno numero, quos primo offerunt adprobandos Magiſtratui, antequam vocentur aut confirmentur. Sed ſi forſan Senatus aliquem indignum elegerit aut diſpexerit, nequaquam ſtatim privantur (ut privantur in *c.* 25. *& al. plurib.*) facultate eligendi. De illegitime nato dixi ad *d. c.* 20. Sed nec patroni qui jus patronatus etiam apud Reformatos habent, digni videtur illa pœna, quam proponit *c.* 26. quamvis ab arbitraria non videantur liberandi. Quatenus *c.* 27. agit de profeſſis & non profeſſis, nihil ad Reformatos pertinet, ſed poteſt applicari illis, qui mala conſuetudine niſi ſunt, & ideo non quid Romę fiat, ſed quid fieri debeat, ſpectandum eſt, de quo *nos lat. ad l.* 12. D. *de offic. præſid.* Simplex nominatio non tribuit jus nominato,

ſed ſi vocandus ad nominationem vel electionem contemptus ſit, non valet electio. *c.* 28. Electio etiam non convaleſcit, quæ contra ordinem præſcriptum facta eſt. *c.* 29. præſertim ſi à minori parte capituli facta eſt. *d. c.* 29. Hodie raro aut nunquam quæſtiones de juſta vel injuſta electione presbyterorum aut diaconorum committi arbitrio Aliorum, de quo *c.* 30. certum eſt. Sed ſi compromiſſarii forſan conſtituerentur, haud dubie juxta *d. c.* compromiſſum non poteſt revocari, ſi tractatum habere cœperunt, ut *nos lat. ad tit. D. & C. de arbitr.*

Ad c. 31. & ſeqq.

Minime facit injuriam, qui utitur jure ſuo. *d. c.* 31. ſed & *d. c.* poſſet applicari Capitulis in hac Provincia Ultraject. ubi Capitula eligunt novum Canonicum, ſed Ordines adprobant. Ratio, cur in *c.* 32. compromittentes teneantur recipere electum à compromiſſariis, data eſt *ſæp. ad d. tit. de arbitr.* niſi tamen electus ſit indignus, aut contra formam compromiſſi electus *d. c.* 32. Reliqua aut inutilia ſunt, aut excuſſa *alib. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 33. perſona electa augeat numerum eligentium, hęc eſt; quia expreſſe ita inter compromittentes convenerat, ut unus ex ipſis compromiſſariis juxta majora vota eligi poſſet. Uſum ſignificavi ad *d. c.* 30. De electione Imperatoris; quæ fit per Principes Germanos, Ejuſdemque adprobatione & inunctione pontificis, de quib. *c.* 34. in Belgio confœderato non ſumus ſoliciti, niſi quod mirum nobis videatur, c̄ur hic pontifex contra præceptum Pauli ab ipſo papa alibi inculcatum *ſæp.* immiſceat ſe negotiis civilibus ſeu ſecularibus, ita ut etiam nolentibus Electoribus papa ſupplere poſſit, vel diſſentientibus poſſit gratificari, cui velit. *d. c.* 34. Sane rationes, quæ in *d. c.* enarrantur, nihil ad rem faciunt, nec inunctiones per Prophetas in veteri Teſtamento factæ.

Ad c. 35. & ſeqq.

Illi vocandi ſunt ad electionem, ad quos electio pertinet, & quod à majore & ſaniore parte factum eſt, inviolabiliter obſervandum eſt. *d. c.* 35. niſi tamen minor pars contempta ſit. *c.* 36. licet ad eam propter ſolum contemptũ non devolvat facultas eligendi. *d. c.* 36. Ratio, cur in *c.* 37. non monachus non poſſit eligi in abbatem, reddita eſt *ibid.* ſed quæ apud Nos nullum habet uſum, ut *ſup. notat. ſæp.* Sed qui apud Nos vix eſt diſcipulus, ut loquitur pontifex in *c. ſeq.* 38. vix etiam poteſt eſſe magiſter. Hinc non male Theologiæ Studioſi per aliquot annos debent eſſe proponentes & præparantes filii, antequam declarentur patres ſpirituales, in quibus conſummatior ſcientia requiritur. Hodie contra *d. c.* 39. excommunicatum vel ſuſpenſum ab uſu Sacræ Cœnæ non poſſe eligere, certum eſt, cum numero eligentium intereſſe non poſſit. Hodie illam diſtinctionem inter poſtulationem & electionem, de qua *c.* 40. apud Reformatos non ſervari, notavi *ſup. aliquot.* Reliqua de electis dignis & indignis excuſſa ſunt in *præced.*

Ad c. 41. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 41. hæc eſto: electio in locum defuncti paſtoris quam primum fieri debet, ſed quamdiu aliquis reperitur idoneus in propria Eccleſia, non debet eligi de aliena. Quæ & qualis forma obſervetur in eligendis noſtris Eccleſiaſticis (nam forma in *d. c.* 42. præſcripta apud Nos non ſervatur) ſignificavi *ſup. aliquot.* Secularem poteſtatem, quam plane ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

excludit *c.* 43. nequaquam ab omni electione vel adprobatione excludendam videri, notavi *itid. ſup. ſæp.* Si prælatus vel patronus per negligentiam eligat indignum, punitur levius, ſi per malitiam, gravius. *c.* 44. Reliqua *d. c.* inutilia videri apud Reformatos, notavi *ſup. ſæp.* Moribus Belgii confœderati expenſas, de quib. *c.* 45. dari aut reddi à Magiſtratu, nemo Belgarum ignorat. Plura de impenſ. neceſſar. vide ad *tit. D. de impenſ. in rem dot. fact.* Electio cum inordinato proceſſu facta non valet. *c.* 46. Ratio, cur in *c.* 47. electus ad aliud capitulum non retineat vocem in Capitulo priori, licet ſtipulatus ſit, hæc eſt; quia nemo habet vocem in Capitulo, niſi iſtius capituli membrum ſit. Quod electio non valeat, niſi à majore parte totius capituli facta ſit. *c.* 48. dixi *ſup. ſæp.* Quomodo hodie apud Nos fiat publicatio conſenſuum, ſeu collatio ſentent. de quib. *& in d. c.* ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* De non profeſſis non eligendis ad majores gradus, de quib. *c.* 49. dixi ad *cap.* 27. De majore parte capituli, de qua *c.* 50. dixi ad *d. c.* 48.

Ad c. 51. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 51. compoſitio vel electio non valeat, hæc eſt; quia laico non competit jus eligendi paſtoris, de quo *nos lat. ad tit. de jur. patronat.* Mandati forma diligenter ſervanda eſt. *c.* 52. de quo *nos lat. ad l.* 5. *D. mand.* & ideo qui ex conſilio alterius procedere debet, non debet incipere, niſi primo conſilium exquirat. *d. c.* 52. De majore parte, quæ ſcienter eligit indignum, & de minori, quæ eligit dignum, de quo caſu *c.* 53. dixi *ſup. aliquot.* De ſcrutinio ſeu examine *lat. ad tit. de ſcrutin. in ord. fac.* Summa una atque altera ex *c.* 54. quod de diſpenſatione Papæ, hæc eſto: qui plura nactus eſt beneficia ſine promiſſione vel adprobatione ejus, cujus diſpenſatio requiritur, ille nec ad presbyteratum, nec ad diaconatum eligi poteſt. Item non per poſitiones & reſponſ. ſed per petition. in jure factam & reſponſ. fit litis conteſtatio, de qua *nos lat. ad tit. C. de lit. conteſt.* Quænam electio, de qua *c.* 55. apud Reformatos dicatur irrita, ſignificavi *ſup. ſæp.* Quid nam etiam ſentiant de electione pontificis, de qua *c.* 56. dixi *itid. ſæp. ad decret. Grat.* Non ſufficit, ſi major pars elegerit, ſi non ſimul fuerit ſanior. *c.* 59. *& capp. præced.* Illam publication. & collation. de quib. *c.* 58. proprie apud Reformatos non ſervari, notavi *ſup. ſæp.* Sane poſt collectionem votorum electores ſeu nominatores non poſſe temere variare, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* Electio, qnæ aliquo modo ſapit ſimoniam, caſſanda vel reſcindenda eſt. *c.* 59. de quo *lat. ad tit. de ſimon.* Illud tempus, quod in *c.* 60. electioni præſcribitur, apud Belgas confœderatos non eſſe receptum, notavi *ſup. aliquot.* Apud pleroſque intra annum in locum defuncti novus paſtor ſubſtituendus eſt, ſed ſalva loci adminiſtratione, quæ vel per Synodum vel Claſſ. vel Conſiſtor. expeditur. Plures animadverſiones videre licet in *ſchol. & animadv. Mareſ. ad Ant. Cucch. Inſt. jur. canon. lib.* 1. *tit.* 7.

De Tranſlat. Epiſcop.

Tit. VII.

Cap. 1. & ſeqq.

Illam tranſlationem, de qua *cap.* 1. *& ſeqq.* nequaquam apud Nos obſervari, ſed tantum vocationem aut no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nominationem etiam ex una Eccleſia ad alteram, ſignificavi *ſup. ſæp.* Lubet tamen quaſdam ſummas colligere, primam ex *c.* 1. quod ea quæ quis ſibi reſervavit, non poſſint attentari ab aliis. Secunda hæc eſto ex *c.* 2. de ſimilibus ſimile eſt judicium. Tertia ex *c.* 3. hæc eſto: ſacerdos, qui ſe propria auctoritate transfert ex una Eccleſia ad alteram, utraque carere debet. Quarta ex *c.* 4. hæc eſto: indulgentia ad literam ſervanda eſt. Male pontificem dici ſucceſſorem Petri & vicarium Jeſu Chriſti, item pontificem male interpretari locum *Matth. verſ.* 6. *cap.* 19. notavi *ſup. ſæp.*

De Auctoritate & uſu pallii.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Illud pallium, ſeu ſtolam illam ſacerdotalem, de qua in *d. c.* 1. *& ſeqq.* apud Reformatos non eſſe receptam, notavi ad *diſtinct.* 100. *per. tot.* Plura tamen, ſi quis ſcire deſiderat de materia, forma & myſtica pallii ſignificatione, adeat *Innoc.* 3. *lib.* 1. *miſter. miſſ. c.* 63. *Alioſque plur.* qui ex profeſſo de pallio egerunt. Videamus tamen ſummulas quaſdam, ut & *hujus tit.* aliqua oſtendatur utilitas. Prima hæc eſto ex *c.* 2. perſonalia non tranſgrediuntur perſonam, de qua *nos lat. ad l.* 44. *D. de cond. & dem.* Secunda eſto hæc ex *c.* 4. juriſdictio extra ſuos terminos exerceri non poteſt, de qua *lat. ad l. ult. D. de juriſdict.* Tertia eſto ex *c.* 5. conſuetudo contra jus Divinum corruptela eſt, quæ non obligat. An tamen illud jus Divinum, quod in veteri Teſtamento certum veſtimenti genus Sacerdotibus præſcribit, ſaltem analogice in novo Teſtamento poſſit recipi, an vero in totum videatur abrogatum propter adventum Chriſti, ſignificavi *ſup. ad decret. Grat.*

De Renunciatione.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeqq.

Propter ſenectutem, vel ſimilem cauſam non temere licet renuntiare vel cedere ſacerdotio Eccleſiaſtico. *d. c.* 1. ubi & ratio adjecta eſt. Ratio, cur in *c.* 2. nequidem jurata renuntiatio impediat, quo minus ejurator beneficii recipere poſſit, quod ipſi à majore parte Capituli fuit oblatum, hæc videtur; quia dictus jurator tantum juraverat, ſe non repetiturum. Juſjurandum autem ſano ſenſu accipiendum eſt, ut *lat. ad l. ult. C. de non num. pecun. & ad tot. tit. ext. de jurejur.* Ratio, cur in *c.* 3. ille, qui renuntiavit beneficio, non poſſit poſtea repetere, vulgaris eſt & data *ſæp. ad tit. de pact. & tit. de pollicit.* Beneficiatus abſque Superioris licentia beneficio renuntiare nequit. *c.* 4. Nemo temere aut coactus præſumitur beneficio renuntiaſſe, ſed qui negat, ſe ſponte renuntiaſſe, admittitur ad probationem, cum hæc negatio implicitam contineat affirmationem. *c.* 5. de quo *nos lat. ad l.* 2. *D. de probat. & l.* 23. *C. de non num. pecun.* Recte ergo in *c.* 6. ſpontanea electionis renuntiatio tenet, ut in *d. c.* 2.

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 2. non ſtatim renuntiat ſuæ inſtitutioni ſeu ſuo beneficio, qui reddidit literas beneficial. hæc videtur; quia tantum ſe miſericordiæ ſubjicere voluit, non vero pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

privationi beneficii accepti. Qui metuit interfici, beneficii ceſſionem petere poteſt. *c. 9.* Sed & hanc cauſam & ſex alias cauſas, propter quas in *c. ſeq.* 10. ceſſionem ſeu renuntiationem petere liceat, rectius ſtatui arbitrarias, apparet tum ex *d. c.* 10. tum ex *noſtr. anteced. paſſ.* Qui tamen renuntiavit beneficio propter infirmitatem vel inſcitiam, poteſt firmior factus rurſus aſſumi, niſi propter crimen renuntiaverit. *c.* 11. Sed quid, ſi pœnitentiam egerit? dixi ad *decret. Grat. & ad l.* 8. *D. de his quæ not. infam.* Ratio, cur in *c.* 12. ille, qui ceſcit, cedere compellatur, indicata eſt ad *d. c.* 3. *& ad l. ult. §. 6. C. de bon. quæ liber.* Ratio, cur in *c.* 13. ſubmittens non videatur juri ſuo renuntiaſſe, data eſt ad *d. c.* 7. *& ad l.* 25. *pr. D. de probat.* Eadem eſt ratio, cur in *c.* 14. non videatur renuntiatum prælaturæ ſeu alii beneficio, cui nunquam temere renuntiatum præſumitur. Qui eſt ſub ſuperiore, non poteſt renuntiare ſine ſuperiore, ſeu reſignare, niſi in ejus manu, à qua accepit. *c. ult.*

De ſuppl. neglig. prælat.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Adeo *d. c.* 1. proprium eſt juris pontificii, ut ne quidem ſummam vel doctrinam generalem ex eo colligere liceat. Notandum quidem dixit *Gloſſ. ad d. c.* quod negligentia prælatorum punienda ſit, ſed hoc axioma ex *d. c.* non reſultat. Summa *c.* 2. quod de regularib. hæc eſto: debitus & antiquus ſtatus Eccleſiæ non temere per inſolert. vel inſolent. mutandus eſt. Superior ſupplet negligentiam inferioris, & breve tempus non currit ignoranti, ſed ſcienti à tempore notitiæ. *c.* 3. de quo *nos alib.* Collatio beneficii poſt tempus ſtatutum non valet, niſi ex miſericordia. *c.* 4. *&* 5. ubi nec moram purgare licet, de qua *nos lat. ad l. ult. D. de naut. fœn.*

De temp. ordinat. & qualit. ordinand.

Tit. XI.

Cap. 1. & ſeqq.

Apud Reformatos quoque diaconos & ſimiles, de quib. *c.* 1. diebus Dominicis proponi & confirmari, receptum eſt, ſed nulla neceſſitas requirit; & ideo in *c.* 2. non male admittitur contraria conſuetudo, quæ in multitudine annor. & popul. fundata eſt. Illa quatuor tempora, de quib. *c.* 3. nullum apud Nos habere uſum, ſignificavi in *præced. ſæp.* Qua conſcientia quæſo, poteſt epiſcopus in *c.* 4. eum promovere, quem ſcit commiſiſſe peccatum occultum, præſertim gravius? Quo facit ipſum *c.* 5. *in fin.* Cæterum illas graduum dignitates, de quib. *d. c. & ſeqq.* pugnare cum legibus novi Teſtamenti, notavi *ſæp. ad decret. Grat.* Ordinatus extra ordinem vel tempus receptum ſuſpenditur, donec diſpenſetur. *c.* 8. Commixtio ordinum evitanda eſt. *c.* 9. ſed monachorum ordinem, de quo *c.* 10. apud Reformatos damnatum eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Quilibet in ſua Eccleſia ordinandus eſt. *c.* 11.

Ad c. 12. & ſeqq.

Ordinatus à Superiore non poteſt promoveri abſque Superiore. *d. c.* 12. ſed collatio ordinis delegari poteſt. *d. c.* Quomodo apud Nos diaconus poſſit promoveri in presbyterum vel ſacerdotem, de quo caſu *c.* 13. ſignifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

cavi *ſup. aliquot.* Qui ordinat puerum vel ei ſimilem in diaconum, puniendus eſt. *c.* 14. De ordinatione var. ordin. quæ fit una eademque die, de qua *c.* 15. De ordinatione extra tempora, de qua *c.* 16. dixi ad *d. c.* 8. De criminoſo occulto, de quo *c.* 17. dixi ad *d. c.* 4. An & quatenus noſtræ Eccleſię poſſint ordinem præſcribere, qui ſervetur circa adminiſtrat. ſacrament. & prædicat. verb. Div. dixi *ſup. ad decret. Grat.* Sane canones ferri non poſſe conſcientiis, aut ſub pœna inferni, certum eſt ex epiſt. *Jac.* 4. *v.* 12. Unus eſt legiſlator, qui poteſt ſervare & perdere, tu quis es, qui condemnas alium?

De ſcrutinio in ord. fac.

Tit. XII.

Cap. 1. & ſeqq.

De ſcrutinio ſeu examine, de quo agitur in *d. c.* 1. dictum eſt ad *diſtinct.* 24. *per tot.* Hoc tantum hic notandum, quod ſumma vulgaris, quæ ex *d. c. un.* colligitur, ſit dubia & periculoſa. Nullus, inquam, epiſcopus aut preſbyter debet dici dignus, niſi primo examen doctrinæ & morum præceſſerit. 1. *Timoth.* 3. *Tit.* 1. quod in primis pertinet ad præpoſitos Eccleſiæ. 2. *Timoth.* 2. 2. ſcilicet qui maxime idonei ſunt, maxime eligendi ſunt.

De ordinat. ab Epiſc. qui renunt. epiſc.

Tit. XIII.

Cap. 1. & 2.

De ordinat. de quib. *d. c.* 1. *&* 2. actum eſt ad *c.* 9. *q.* 1. *per tot.* Si tamen apud Nos Patronus Eccleſiæ excommunicatus ſit, vel ſimpliciter renuntiavit ſuo juri, haud dubie collatio poſtea facta non valebit, cum beneficium dare non poſſit, qui non habet ejus executionem. Quod craſſa & ſupina ignorantia diſpenſationem vitiet. *d. c.* 1. ſummam habet rationem, de qua *nos lat. ad l.* 1. *D. ſi menſ. falſ. mod. & alib. ſæp.*

De ætat. & qualit. & ord. præfic.

Tit. XIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa noſtra, licet vulgo non ſummetur, *d. c.* 1. quod de ordin. quos Noſtri non agnoſcunt, hæc eſto: qui ob ſuam culpam non poteſt promoveri ad honores ſuperiores, plerumque ſuum honorem inferiorem amittit. Facit. *c.* 6. nota, inquit *Gloſſ. ad c.* 2. regimen Eccleſ. non pueris, ſed idoneis & ætate & ſcientia committi debet. Vel ut præcipit c. 3. tales ad regim Eccleſ. admittendi ſunt, qui diſcretione præemineant, & morum fulgeant honeſtate. Sed nec quis ad duas Eccleſias ſimul admittendus eſt, niſi juſta cauſa ſubſit. *c.* 4. Admiſſio, quæ fit diſpenſative, de qua *c.* 5. apud Reformatos non agnoſcitur, ut *ſup. notat. ſæp.* Excuſſio *c.* 6. videtur facta in *noſtr. ad d. c.* 1. Medicus tamen, vel quilibet alius non debet promoveri ad aliquem ordinem Eccleſ. ſi conſcientia reclamet. *c.* 7. Suſpenſi non rite ſuſcipiunt beneficia, ſed ſuis ſpoliantur, ſi per aliquot annos pertinaces ſtiterunt. *c.* 8.

Ad c. 9. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 9. agit de ſubdiaconis, nihil ad Reformatos pertinet, ſed ſumma tamen hæc eſto: Ille ex or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ordine inferiore ad ſuperiorem promoveri debet, qui præclaræ ſcientiæ & religionis exiſtit. Merita reſpicienda ſunt, & omnis ſiniſtra ſuſpencio in præficiendo evitanda eſt. *c.* 10. Tonſuram illam, de qua *c.* 11. nec mandatam, nec licitam eſſe, notavi *ſæp.ad decret. Grat.* Sed nec præfectur. Abbat. de qua *c.* 22. noſtræ Eccleſiæ agnoſcunt. An & quando ſemel examinatus denuo examinari poſſit, de quo potiſſ. *c.* 13. rectius arbitrio Synodi relinquendum cenſeo. Ratio, cur in *c.* 14. minus idoneus in ſacerdotem eligi non debeat, addita eſt *ibid.* quæ confirmatur *Matth.* 15. Quin defectus ſcientiæ dejicit promotum *c. ult.* Sed bone Deus, quam multi ergo dejiciendi reſtant!

De ſacra unctione.

Tit. XV.

Cap. 1.

De unctione, de qua *d. c.* 1. videor dixiſſe ad *diſtinct.* 64. *& ſeq. & diſtinct.* 95. *& ſeq. & alib.* Sed quia ex profeſſo in *d. c.* agitur de variis nuctionum generibus, non poſſum non tueri honorem Chriſti, id eſt, Uncti, à quo Chriſtianus unctionis particeps nomen Chriſti confiteri tenetur. *Matth.* 10. *& Rom.* 10. Sane unctionem non eſſe ſacramentum gratiæ ſalvificæ, notavi *ſæp. ad decret. Grat.* Donum fuit. *Marc.* 6. *Jacob.* 5. ſed temporarium, quod duravit, quam diu duravit miraculoſa ſanatio, uſurpata ad confirmationem Euangelii, non vero morientium, quos pontificii ſua unctione confirmare ſolent adverſus poteſtatem ſatanæ, qui tamen illa minime terretur. Rationes, cur in *d. c.* 1. epiſcopus inunguatur oleo & balſamo, alii Chriſtiani bis ante baptiſm. in pectore & inter ſcapulas, bis poſt baptiſm. in vertice & in fronte, adeo ineptæ ſunt, ut vix à cachinnis liberæ eſſe poſſint. Atque ita quilibet judicabit, qui vel leviter in verbo Divino verſatus eſt.

De Sacrament. non iterand.

Tit. XVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Manuum impoſitiones ſeu confirmationes, de quib. potiſſ. *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt, hodie apud Reformatos adhuc ſervari in novo paſtore Eccleſiæ confirmando, notavi *ſup. aliquot.* ſed omiſſionem illam menime vitiare totam confirmationem, atque adeo nullo ſupplemento opus eſſe contra *dd. capp.* notavi *itid. ſæp. ad decret. Grat.* Confirmatio, inquam, nec eſt ſacramentum, nec inſtitutum à Chriſto, nec ab Apoſtolis uſurpatum, ſed tantum ex conſuetudine Veterum introductum, ut *alib. lat.* De baptiſmo non iterando dixi ad *tit. Cod. ne ſanct. bapt. iter.* Reliqua de chriſmate & altaribus inutilia eſſe, notavi *ſup. cent.* De regula, quæ formatur ex *d. c.* 2. quod ſcilicet utile per inutile non debeat vitiari, dixi ad *l.* 1. §. 5. D. *de verb. obligat.*

De fil. presbyt. ordin. vel non

Tit. XVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Filium Epiſcopi, qui etiam tempore epiſcopatus ſeu paſtoratus ex juſto matrimonio natns eſt, poſſe ſimul cum patre eſſe epiſcopum ſeu præsbyterum & patri in paterna Eccleſia ſuccedere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

cedere, moribus noſtrar. Eccleſ. contra *dd. capp.* receptiſſimum eſt, & nuſqnam in ſacris prohibitum eſt. Quo facit ipſum *cap.* 12. Quod removeri non poſſit, probant *c.* 5. *&* 6. Secus tamen videtur in filio ſpurio propter ſcandalum evitandum. An tamen in alia Eccleſia, vel aliter poſſit admitti ad paſtoratum vel ptesbyteratum, vide apud *Theol. ad c.* 23. *Deut. & nos ad decret. Grat.* Sane ſi papa diſpenſare poteſt, ergo & quilibet alius diſpenſare poteſt, cum diſpenſatio papæ non valeat, niſi jure Divino nitatur. Reliqua *dd. capp.* inutilia & injuſta eſſe, manifeſte apparet ex *anteced. noſtr.*

De ſerv. non ordin. & eor. manum.

Tit XVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

In Belgio confœderato, cui præcipue ſcribo, non dari aut reperiri ſervos, de quib. agunt *d. c.* 1. *& ſeqq.* nullus Belgarum ignorat. Sed ponamus, quod reperiantur, quæ quæſo ratio, cur non poſſent ordinari vel in diaconum, vel presbyterum? Si hodie ſpurii ordinari poſſunt, ergo & ſervi. *arg. c.* 5. Interim quod vituperari poteſt, præcavere oportet. *d. c.* 1. & qui eſt ſub poteſtate alicujus, non poteſt ſine ejus conſenſu ordinari. *c.* 2. Ingratitudo revocat priſtinum ſtatum. *c.* 4. Qui ſub conditione accipit, conditionem ſervare tenetur. *c.* 6. Quatenus filius ſequatur ſtatum matris, de quo *c.* 8. dixi ad *tit. Inſt. de jur. perſ. & ſeqq.* An adſcriptitii poſſinnt fieri ſacerdotes, facile colligitur ex *præmiſſ.* dixique *alib. ſæp.*

De obligat. ad ratiocin. ordin. &c.

Tit. XIX.

Cap. un.

Ratio, cur in *d. c. un.* ille qui tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, non poſſit ordinari ad ſacerdotem aut diaconum, niſi poſt reddita ratiocinia, addita eſt *ibid.* Sed nullus video, quomodo Eccleſia infametur, ſi procurator vel curator factus presbyter faciat, quod facere poteſt, & quod facere debet. Utique & removeri poteſt, ſi poſtea conſtet, quod dolo malo adminiſtraverit.

De corp. vitiat. ordin. &c.

Tit. XX.

Cap. 1. & ſeqq.

De ills vitiis corpor. de quib. agunt *d. c.* 1. *& ſeqq.* ſcribunt *lat. Theol. ad c.* 21. *Exod. & nos ad decret. Grat.* Sed quomodo in *c.* 1. ſine ſcandalo poteſt vivere ſacerdos, qui duellum vel obtulit vel ſuſcepit, & digiti partem amiſit? Forſan hoc analogicum vel morale ineſt præceptis *d. c.* 21. quod non temere vitiatus vel mutilatus creetur ſacerdos, quando alii integri præſto ſunt. Et hoc temperamento intellige cætera capit. Reliqua de differentia inter Epiſcopum, Abbatem, & Sacerdotem apud Nos inutilia videri, notavi *ſup. ſæp.*

De bigam. non ordin.

Tit. XXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* bigami non poſſint ordinari, nec cum illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

illis liceat diſpenſare, cum tamen liceat diſpenſare cum illo, qui plures habuit concubinas, *c. 6.* ? Recte profecto dixit *Gloſſ. ad d. c. 6.* nota mirabile, quod cum eo, qui peccavit, diſpenſetur, & cum illo, qui non peccavit, non diſpenſetur. Revera, inquam, non peccat contra *Apoſt.* 1. *Timoth.* 3. licet hoc affirmet papa in *d. c.* 2. *&* 3. ut plurib. probat. ad *diſtinct.* 26. *& paſſ. ad decret. Grat.* ubi & præfatam prohibitionem diximus eſſe evidentem notam & certum characterem antichriſtianiſmi. 1. *Timoth.* 4. An & tamen cœlebs ſenior præferendus ſit uxorato, alia quæſtio eſt.

De cleric. & peregrin.

Tit. XXII.

Cap. 1. & ſeqq.

Totum hunc *tit.* apud Nos abrogatum eſſe, ſignificavi ad *diſtinct.* 72. *&* 98. Sed ne & noſter labor plane inutilis videatur, ſummulas quaſdam refricandæ memoriæ gratia in medio proferam. Prima eſto ex *d. c.* 1. quod non oporteat promoveri per ſaltum, de quo *nos lat. ad l.* 11. *D. de mun. & hon.* Quod in *d. c.* male 5. teſtes requirantur, notavi ad *l.* 18. *C. de teſtib.* Afferenti, preſertim ignoto, non temere debet deferri juramentum. *d. c.* 2. de quo *nos lat. ad l.* 3. *C. de reb. cred. & juram.* Aliquando quid licet in ſecreto, quod non licet in publico. *d. c.* 3. Quod honeſtati contrarium eſt, licitum videri non debet. *d. c.* 4. de quo *nos lat. ad* §. 3. *Inſt. de juſt. & jur. & ad l.* 10. *D. eod.*

De offic. archidiac.

Tit. XXIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Archidiaconos, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* noſtræ Eccleſiæ non agnoſcunt, quia nullam hierarchiam agnoſcunt, ut *ſup. notat. ſæp.* Quorum officium ſit viſitare Eccleſias, de quo & *dd. capp.* quodque officium ſit diaconorum, vel ſeniorum & diaconarum, videre eſt **in't Formul. van bevest. der ouderl. en diacon.** Verum quidem eſt, quod inter ipſos Reformatos nulla ſit diſcordia circa diſcrimen presbyteratus, ſed verior eſt ſententia illorum, qui presbyteratum ſtatuunt duplicem. Etenim fuerunt, qui docebant & regebant Eccleſiam, & fuerunt, qui non docebant, ſed tantum regebant. *Rom.* 12. *v.* 8. 1. *Corinth.* 12. *v.* 28. 1. *Timoth.* 15. *v.* 17. *& lat. in d. formul.*

De offic. archipresb.

Tit. XXIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Proprie nullum *d. tit.* apud Nos uſum eſſe, notavi ad *tit. præced. & ad diſtinct.* 25. ubi & hoc probavi, quod SS. Scriptura presbyteros & epiſcopos confundat. *Act.* 20. *v.* 17 & 28. *Tit.* 1. *v.* 6. *&* 7. Ipſe Chriſtus & Apoſtoli inculcant, ne alii aliis imparent, ſed qui maximus eſt, ſit inſtar minimi, quo jure ergo pontificii conſtituunt pontificem caput paſtorum &c. Agnovit quidem prima Eccleſia patriarchas, archiepiſcopos & epiſcopos, ſed iſte ordo nuſquam in Sacris Paginis legitur, & ideo recte inſtitutionis humanæ ſtatuitur. Sane uni archipresbytero vel archidiacono omnia illa officia permittere, quæ permittuntur in *d. tit.* 23. *& ſeqq.* omnino periculoſum & abſurdum eſſe, quis non animadvertit? Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Verum officium epiſcopi vel presbyteri videre licet in *d.* **Formul. om te bevestigen de Dien. des Godl. woordts/** *& in d.* **Formul. van de bevestingh der ouderlingen** *&c.*

De offic. primicer.

Tit. XXV.

Cap I.

Iſtum gradum dignitatis, qui in *d. c.* 1. proponitur, apud Reformatos non agnoſco, ſed damnari, notavi *ſup. aliquot.* Multæ etiam officii partes, quæ in *d. c.* 1. tribuuntur primiceriis, expediuntur apud Nos per presbyteros & diaconos, ut videre eſt in *dd. formul.* Plura de vocab. primicer. videre licet apud *DD. ad tit. de primicer.*

De offic. ſacriſt. & cuſtod.

Tit. XXVI. & XXVII.

Nec iſtos ſacriſtas, nec ſacra vaſa vel veſtimenta Eccleſiaſtica, de quib. *d. c.* 1. *tit.* 26. agit, apud Reformatos in uſu eſſe, ſignificavi *ſup. ſæp.* Agnoſcunt tamen cuſtodes, de quib. *c.* 1. *&* 2. *tit.* 27. ſed iſtorum officium diverſum eſt ab alio, quod in *dd. capp.* deſcribitur, ut & ipſis cuſtodibus notum eſt, & cuilibet alii, qui templa noſtra frequentare ſolet. Quod diſcretio ſit mater omnium virtutum, ut dicitur in *d. c.* 1. *tit.* 27. refertur etiam in *c.* 3. *cauſ.* 1. *q.* 5. Quod indecens cuſtos vel alius Eccleſiæ miniſter ejiciendus ſit, dixi *itid. ſup. ſæp.* Alma mater Eccleſia Romana conſiſtit in tribus, archidiac. archipresb. & cuſtod. *d. c.* 2. ſed ô miſeram Eccleſiam, quæ iſtis tribus columnis ſuffulta eſt! zelus quoque prohibetur in *fin. d. c.* 2. qui tamen alibi recte commendatur. Gloſſa quidem intelligit zelum malum, ſed tunc male diſtinguitur ab invidia, quæ recte vetita eſt.

De offic. vicar.

Tit. XXVIII.

Ad c. 1. & ſeqq.

Illos vicarios, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* nec apud Nos receptos, nec recipiẽdos eſſe, facile patet ex *noſtr. anteced. ad tit. C. de offic. vic. & alib.* An vicariæ recte ſint ſecularizatæ, dixi *alib. ſæp.* Juvat tamen aliquot ſummas ſubjicere, quæ in aliis materiis uſum habere poſſunt. Qui feſtinat ad utrumque, neutrum bene peragere ſolet. *d. c.* 1. *&* 2. Vicarius omnia poteſt, quæ pertinent ad jurisdiction. illius, cujus vices gerit. *d. c.* 5. de quo *nos lat. ad tit. C. de offic. ej. qui vic.*

De offic. & poteſt. jud. deleg.

Tit. XXIX.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt de delegat. pap. nihil ad Belgas confœderatos pertinet, ſed quia aliis adplicari poſſunt & ſolent, non gravabor colligere ſummas, quarum prima hæc eſto ex *c.* 1. agentes & coſentientes, plerumque pari paſſu coërcentur, ſed hoc vix probatur ex *c.* 1. *Rom. v. ult.* Varie etiam diſtinguit *Gloſſ.* ſed male, cum *d. c.* 1. manifeſte loquatur de conſentientibus, qui expreſſe prohibent juſtitiam fieri, atque adeo de expreſſo conſenſu, qui ipſo facto apperte declararur. Ignorantia judicis, ad quem diverſæ literæ, ſuſpendit executionem. *c.* 2. ubi ratio ſubjecta eſt, de qua *lat. ad tit. de reſcript.*

Quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Quando delegatus ſubdelegare poſſit, de quo caſu agitur in *c.* 2. dixi ad *l.* 5. *C. de judic.* Cauſa commiſſa exſtinguit jurisdict. ſi dies præterlapſus ſit. *pr. c.* 4. ſed poteſt judex delegatus ob contumaciam imponere pœnam arbitrariam, ſi certa non ſit præſcripta. *d. c.* 4. *in med.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 5. judex delegatus, compellere vel citare & punire poſſit, licet literæ commiſſionis hoc non contineant, ſubjecta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l. un. D. ſi quis jus dic.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 6. quilibet ex plurib. poſſit ſubdelegare? Videtur hæc, ne lites cum diſpendio litigantium nimis protelentur, de qua *lat. ad* §. *ult. Inſt. de except. & l.* 13. *C. de judic.* Eadem eſt ratio, cur in *c.* 7. delegatus ſuperioris poſſit ſententiam exequi, quam ordinarius judex vel non vult vel non poteſt exequi. Propter auctoritatem Superioris non debet ordinarius, licet rem aliter ſciat, violenter reſiſtere delegato. *c.* 8. Ratio, cur in *c.* 9. jurisdictio delegati exſpiret, poſtquam definitivam mandavit executioni, ſubnexa eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 5. *D de re jud.*

Ad c. 10. & ſeqq.

Ratio, cur in *c.* 10. ſpoliatus non poſſit admitti ad probationem poſſeſſ. & dejection. licet ea regulariter ſufficiat, aut obſcura eſt in *ipſo cap.* Ratio, cur in *c.* 11. delegatus Superioris habeat jurisdictionem ſuper ordinarium, data eſt ad *d. c.* 8. de qua *lat. ad l. judic.* 58. *D. de judic.* Literæ in *c.* 12. poſteriores non valent, quia Princeps eas per oblivionem priorum conceſſerat. Fides autem primo data, primo ſervanda eſt, de qua *nos lat. ad l. quot.* 15. *C. de rei vind.* Cum defenſio ſit jur. gent. recte judici delegato in *c.* 13. injungitur, ut exceptiones admittat, quæ nec temere videntur prohibitæ. *d. c.* 13. *in fin.* Delegatio tranſit ad ſucceſſorem, ſi facta ſit dignitati, ſed nomine delegat. non expreſſo. *c.* 14. Res inter alios acta aliis non nocet. *c.* 15. de quo *nos lat. ad l.* 63. *D. de re jud.* De licita appellat. de qua etiam *d. c.* 15. *lat.* ad *tit. de appellat.*

Ad c. 16. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 16. ſententia ab uno judice delegato pronuntiata non valeat; hæc eſt; quia cauſa duobus ab initio fuit delegata, de qua *nos lat. ad l.* 12. §. *ult.* D. *de recept. qui arbitr.* Ratio, cur in *c.* 17. judex delegatus recuſari poſſit, vulgaris eſt in *l.* 16. *C. de judic.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 18. appellatio non fiat ad ipſum Superiorem, licet delegatus non totam cauſam ſubdelegaverit? Vide *not. noſtr. ad tit.* D. *quis & à quo app.* An *c.* 19. correctum ſit per *c. ult. de offic. legat.* nullus attendo, cum morte delegantis non exſtinguatur mandatum, licet etiam nulla citatio præceſſerit. Vide *not. noſtr. ad l.* 26 *pr.* D. *mand.* Ratio, cur in *c.* 20. appellationi renuntiatum videatur, hæc eſt; quia dum quis poſt appell. perſequitur litem coram eodem judice, ipſo facto appellationi renuntiaſſe intelligitur. Ratio, cur in *pr. c.* 21. duo procedere non poſſint, data eſt ad *d. c.* 16. *& in fin. d. pr.* Ratio, cur in §. 1. duo procedere poſſint, deſcendit ex ipſa mente delegantis, qui noluntatem tertii ſub impotentia comprehendit. An & quatenus exceptio excommunicat. repellat agentem, de quo caſu §. 2. dixi ad *l.* 22. §. 5. D. *mand. & ad tit. de except.* Qui delegavit cauſam principalem, etiam acceſſoriam delegaſſe videtur. *d.* §. 2. *in fin. &* §. *ſeq.*

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 22. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 22. duo ſine tertio procedere non potuerint, data eſt tum in *d. c.* tum ad *d. c.* 16. lat. *ad C.* 2. *de arbitr. in* 6. De appellat, de qua *itid. in d. c.* 22. lat. *ad tit. de appellat.* Ratio, cur in *c.* 23. unus procedere potuerit & debuerit ſine recuſato, qui ſe ſemel recuſaverat, adjecta eſt *ibid.* Ratio, cur in *c.* 24. juriſdictio delegati exſpiret, vel non exſpiret, deſcendit ex ipſa veriſimili voluntati delegantis, qui ad certum tempus delegaverat. Ratio, cur in *c.* 25. judex delegatus ex nova cauſa removeatur, ſatis expreſſa eſt *ibid.* de qua *lat. ad l.* 16. *C. de judic.* Recte dixit *Gloſſ.* vel *Summat.* caſum ſingularem eſſe in *c.* 26. ubi delegatus uſque ad ann. exequi ſententiam poteſt. Vide *not. noſtr. ad l.* 2. D. *de re jud. & ad l. ult.* C. *de uſur. rei jud.*

Ad c. 27.

Ratio, cur in *pr. d. c.* 27. delegatus ſuperioris poſſit & princip. & med. cauſæ ſubdelegare, facile ex generali delegatione colligitur. Eadem eſt ratio, cur in §. 1. *&* 2. competat appellatio vel non competat. Talis auditor, de quo in *d.* §. 1. *&* §. 3. proprie apud Nos non reperitur, ſed tamen ſimilis in cauſis militaribus, de quo *lat.* **in den artyckel brieff.** *&c.* Appellatio ad papam, de qua in §. 4. *&* 5. nequaquam apud Reformatos recepta eſt, ſed tamen ad Synodum, licet hæc rarius delegare ſoleat. Dat ſæpe Commiſſarios, ſed ſine poteſtate decidendi aut judicandi.

Ad c. 28. & ſeq.

Ratio, cur in *pr. d. c.* 28. delegatus Principis poſſit ſubdelegatum compellere, modo non malitioſe ſeipſum exonerare velit, intermixta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l. ult. D. de offic. ejus cui mand.* Eadem videtur ratio, cur in §. 1. poſſit contemptum punire, de qua *lat. ad. l. un. D. ſi quis jus dic.* Ratio, cur in §. 2. appellatio ſuſpendat executionem, data eſt à nobis ad *tit.* D. *nihil innov. app. interp.* Sed quæ ratio, cur in §. 3. judex ordinarius teneatur exequi ſententiam delegati, quam ſcit injuſtam eſſe? Vide *not. noſtr. & diſp. ad l. ſi præt.* 75. *D. de jud.* Ratio, cur in §. *ult.* delegatus ſuperioris poſſit cauſam committere appel. remota, excuſſa eſt ad *tit. D. à quib. appel. non. lic.* Recte dixit papa in *c.* 29. qui ipſe juriſdictionem non habet, non poteſt aliis mandare aut delegare. Sed infero, ergo nec ullus delegatus papæ in *hoc tit.* habuit juriſdictionem, cum ipſe papa nullam omnino habeat, ut *ſuper. probat. ſæp.*

Ad c. 30. & ſeqq.

Si inter mandatum & mandatarium eſt ſpecies contractus, quo jure in *d. c.* 30. dicitur juriſdictio delegati exſtincta, quando delegans mortuus eſt? Quod non eſt revocatum, cur ſtare prohibetur? Vide *not. noſtr. ad l.* 36. *pr.* D. *mand. &* §. 10. *Inſt. eod.* Qui allegat delegationem, tenetur illam probare. *c.* 31. cujus ratio vulgaris eſt in *l.* 2. *D. de probat.* Procurator vel judex non debet excedere fines mandati, & excommunicatio facta poſt appellationem nulla eſt. *c.* 32. Nemini dolus ſuus patrocinium debet adferre, & ideo in *c.* 33. violator ſigillor. non auditur. Ratio, cur in *c.* 34. delegatus non teneatur admittere collegam adjunctum, hæc eſt, quia ſecundæ literæ fuerunt ſubreptitiæ, ut manifeſte ex *d. c.* conſtat. An & quando illa cautio de rato, de qua etiam *d. c.* 34. hodie admitti poſſit, notavi ad *tit.* D. *rat. rem hab. & alib. ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 35. & ſeqq.

Socius in cauſa conſocii delegari non poteſt. *d. c.* 36. poteſtque reus ſe excuſare, ſi ſecure ad delegatum venire non poſſit. *d. c.* Excommunicatio non tenet, quæ facta eſt poſt appellationem, & quando gravis error patenter in ſententia expreſſus eſt. *c.* 36. Ratio, cur in *c.* 37. proceſſus nullus ſit, haud obſcura eſt in *ipſo c.* Sed quæ ratio, cur in *eod. cap.* ſubdelegatus removeri non poſſit, ſi ſubeſt juſta cauſa removendi, licet jurisdict. uti cæperit? Scilicet in *d. c.* non fuit cauſa, ſed voluit delegatus ſubdelegationem pro lubitu revocare, ut patet ex *ipſo cap.* Ratio, cur in *c.* 38. delegatus à partib. litigantib. non potuerit reaſſumi, expreſſa eſt *ibid.* Ratio, cur in *c.* 39. arbitri potius quam judices terminum aſſignare poſſint, expreſſa eſt in *pr. d. c.* de qua *lat. ad. l.* 16. *C. de judic. & ad tit.* D. *de recept. qui arbitr. recept.*

Ad c. 40. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 40. delegata jurisdictio ne quidem conſenſu part. potuerit prorogari, hæc eſt; quia prorogatio facta fuiſſet contra reſcriptum delegantis, quod extra perſonas expreſſas non extenditur. Qua ætate, de qua *c.* 41. aliquis judex vel arbiter delegari poſſit, dixi ad *l.* 41. D. *de recept. & ad l.* 57. D. *de re jud.* Sed quid papa in *d. c.* diſponit de jure Principis, cum negotiis civilibus ſe immiſcere non debeat? Ratio, cur in *c.* 42. uno ex delegatis mortuo jurisdictio exſpiret, facile deſumitur ex ipſa veriſimili voluntate conſtituentis, de qua *nos lat. ad l. Adeo* 59. *D. pro ſoc.* Ratio, cur in *pr. d. c.* delegatus papæ vel potius principis ſubdelegare queat, data eſt *ſup. ſæp.* Ubi induſtria perſonæ requiritur, ibi delegatus ſingularis non poteſt ſubdelegare. §. 1. Idem eſt ſi certum miniſterium mandatum eſt. §. 2.

De offic. Legat.

Tit. XXX.

Cap. 1. & ſeqq.

Nec *dd. capp.* quæ de offic. legat. pap. loquuntur, apud Reformatos uſum habent, nec applicationem in Synodis noſtris, lubet tamen quaſd. doctrin. ſeu ſumm. colligere. Legatus Principis ſeu alterius Magiſtratus ſupremi poteſt etiam per ſimplicem querelam adiri *d. c.* 1. de quo *nos lat. ad tit.* D. *de legat. & alib.* Ratio, cur in *c.* 2. Legatus generalis non habeat poteſtatem circa ſpecialem cauſam alteri delegatam, addita eſt *ibid.* Singularis dilectio interdum reo pœnam remittit. *c.* 3. ſed Legatus generalis non poteſt manus extendere ad ea, quæ Superior ſibi reſervavit propria. *c.* 4. Ex quo legatus retulit cauſam ad ſuum Principem, deſinit judex eſſe. *c.* 5. Quid juris habeat Legatus Principis in repræſentando, de quo *c.* 6. lat. ad *tit. de jur. patron.* Legatus ad plures provincias poteſt in una de cæteris judicare, ſed minime extra terminos legationis. *d. c.* 7. de quo *nos lat. ad l. ult.* D. *de jurisdict.* Jurisdictio vel legatio minoris ceſſat præſente majore. *arg. c.* 8. An & quando apud Nos Magiſtratus vel Legatus ejus excommunicatum, de quo *c.* 9. abſolvere poſſit, ſignificavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Statuta Legati durant finita quoque legatione. *c.* 10. de quo *nos lat. ad pr. Inſt. de perpet. & temp. act. & ad l. un.* C. *qui pro ſua jurisdict. & ad tit.* C. *de offic. prætor.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De offic. jud. ordin.

Tit. XXXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Illam inquiſitionem & punitionem, de quib. *d.c.*1. noſtris Epiſcopis ſeu noſtro Senatui Eccleſiaſtico non eſſe conceſſam, notavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 2. aliquis in genere excommunicari poſſit, intermixta eſt *ibid.* ſed frivola & nihil ad rem faciens, cum nemo debeat condemnari, niſi nomen ejus exprimatur, ut *lat. ad l.* 3. D. *de accuſat. & inſcript.* An & quatenus quis poſſit vel non poſſit judicare ſecundum ſuam conſcientiam, de qua quæſt. Alii ad *d. c.* 2. dixi in *diſp. ad l.* 6. §. 1. D. *de offic. præſid.* Cui apud Nos competat jus excommunicandi, vel jus retractandi excommunicat. de quo *c.* 3. ſignificavi *ſup. ſæp.* ut & hoc, cui competat jus diſponendi ſuper Eccleſia vacante, de qua *c.* 5. Excommunicatus non habetur pro abſoluto, ſi Synodo falſam cauſam indicaverit. *arg. c.* 5. Ordinarius judex poteſt ſupplere deſidiam delegati. *c.* 6. & 7.

Ad c. 8. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 8. excommunicatio ab uno Epiſcopo vel Conſiſtorio, non debeat improbari ab altero, hæc videtur; quia videtur improbare, de quo necdum conſtat, & ideo ex una Eccleſia vel Civitate ejectus, non debet recipi in alia, niſi primo de innocentia conſtet. Cum tamen appellatio regulariter ſuſpendat executionem ſententiæ, nullus video, cur in *d. c.* appellatio non ſuſpendat ſententiam excommunicationis. *tot. tit. D. nihil innov.* An & quando conſuetudo, de qua *c.* 9. jurisdictionem pariat, dixi ad *tit. C. quæ ſit long. conſ. & alib.* Reliqua *d. c.* inutilia ſunt, ut *notat. ſup. ſæp.* An & quando hodie munus aliis mandari poſſit, de quo caſu *c.* 10. dixi ad *l.* 1. D. *de offic. ejus cui mand.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Ad quos archiepiſcopos, hoc eſt Paſtores vel in Claſſe vel Synodo congregatos hodie fiat appellatio, de quib. *pr. d. c.* 11. ſignificavi *ſæp.* ad *decret. Grat. & alib.* Ordinarius non debet ſe immiſcere cauſæ, quæ delegato commiſſa eſt. §. 1. *d. c.* 11. Quomodo apud Nos appellatio fiat à Conſiſtorio ad Claſſem, & à Claſſe ad Synodum, de qua *c.* 12. denotavi ad *pr. c.* 11. Sed à ſimplici correctione vix appellatio concedenda videtur. *d. c.* 12. Quibus autem competat illud jus corrigendi, de quo *c.* 13. dixi jam *ſæp.* Epiſcopi vel Senatus Eccleſiaſticus debet curare, ut adſint periti linguarum, qui cuique in ſua lingua Dei myſteria aperiant *arg. c.* 14. & *ſeqq.* Quænam apud Reformatos ſint jura epiſcopalia, de quib. *c.* 16. ſignificavi *ſæp. ad. decret. Grat. & ad decret. Gregor.* 9. Quibus & in quos competat jus viſitationis, de qua *c.* 17. dixi *itid. ſup. & inf. ſæp.* Res judicata in uno foro non obſtat in altero. *arg. c.* 18. Mandatum Principis non extenditur ad exemptos. *c.* 19. Quis apud Nos excommunicare vel ſolvere poſſit, de quo *c.* 20. dixi *ſup. ſæp.*

De offic. judic.

Tit. XXXII.

Cap. 1. & 2.

Judex ſive ordinarius ſive delegatus poteſt ſuum domeſticum aut familiarem dare Advocatum, hocque utriuſq; officium eſt, ut partib. litigantib. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

de Advocatis proſpiciant. *d. c.* 1. de quo *nos lat. ad l.* 8. D. *de procurat. &* *ad tit.* C. *de Advocat. diverſ. jud.* Coram quo judice reſtitutio in integr. de qua *d. c.* 2. imploranda ſit, dixi ad *tit.* D. *de in integ. reſtit.* An & quando in hoc vel ſimili caſu fiat litis conteſtatio, dixi ad *tit.* C. *quand. libell. Princ. dat. lit. conteſt. & ad tit.* C. *de lit. conteſt.*

De majorit. & obed.

Tit. XXXIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. prius ordinatus ſit major in honoribus? An non eſt præceptum Chriſti, qui inter Paſtores major eſt, debet minor videri? ſed forſan civilem ordinem reſpicit. Quæ ratio, cur in *c.* 2. aliquis poſſit excommunicari & anathematizari, quia venit contra decretum Epiſcopi? Reſp. Gregor. in *lib. Reg.* legitur, qui non obedierit Principi, morte moriatur. Hæc ratio nec ad rem facit, nec reperitur in *lib. Reg.* ſed *Deut.* 17. *v.* 12. agitur de eo, qui Prophetæ ſeu Sacerdoti ſuperbe reſiſtit in illis, quæ ibi præſcripta ſunt. Sed quo jure hoc ſibi vindicat Epiſcopus Romanus, aut quiſquam alius? Etiam noſtros Epiſcopos & presbyteros promittere obedientiam, de qua *c.* 3. ſignificavi per **Formul. van beveſt.** *&c.* Quomodo Principes terræ cæterique homines, de quib. *c.* 4. teneantur obedire Miniſtris verbi Divini, indicavi in *præced. ſæp.* Qualis obedientia debeatur canonib. Eccleſiaſt. de quib. *c.* 5. dixi *itid. ſæp.* Quatenus imperium præeſt vel ſubeſt ſacerdotio, de quo *c.* 6. dixi *ſæp. ad decret. Grat.* Sed quia novum in *d. c.* proponitur argumentum, in tranſitu explodendum eſt, quod vel infans in ſacris facile animadvertet. Deus creavit duo magna luminaria in firmamento cœli, puta Solem & Lunam, ergo quanta eſt differentia inter Solem & Lunam, tanta eſt inter Pontifices & Reges. Papæ quantum myſterium!

Ad c. 7. & ſeqq.

Ordinatio Superioris non tollit ordinariam jurisdict. ejus, cui ordinatus ſubjectus eſt. *arg. d. c.* 7. Juris ratio poſtulat, ne quis non citatus, non convictus aut confeſſus condemnetur. *c.* 8. de quo *nos alib. lat.* Inferior, puta Claſſis citata debet venire ad Synodum. *arg. c.* 9. Sed non ſtatim aut temere inobediens excommunicandus ant ſatanæ tradendus eſt, atque ideo *c.* 10. cenſura dignum videtur. Quatenus *c.* 11. *&* 12. agunt de capell. & cardinal. & abbatiſſ. nihil ad Nos pertinet. Reliqua de correctione, excommunicat. & ſuſpenſ. excuſſa ſunt *ſup. ſæp.* Juramentum non extenditur ad ea, quæ jure præſtari non poſſunt. *c.* 13. Vacante præſidatu poteſt Collegium confirmare eum, qui confirmandus eſt. *c.* 14. Qui eſt in majori ordine, major æſtimandus eſt. *c.* 15. de quo *lat. ad d. c.* 1. Minor non debet habere poteſtatem in majorem. *c.* 16. In cauſa majoritatis unus impedire poteſt compoſitionem ſuper primatia inſtituendam. *c.* 17.

De treuga & pace.

Tit. XXXIV.

Cap. 1. & 2.

Ut promptius conſtet de intellectu *d. c.* 1. *&* 2. præmittenda videtur definitio treugæ, quam mutuatus ſum à *Gloſſ. ad d. c.* 1. Treuga, inquit, eſt ſe-

ſecuritas præſtita rebus & perſonis, diſcordia nondum finita. Adde *tit. ex jur. feud. de pac. tenend. &c.* Summa ex *d. c.* 1. hæc eſto: ſecuritas data ab Eccleſ. non temere violanda eſt. Reliqua *d. c.* inepta ſunt, ut *notat. & adprobat. ſæp. ad decret. Grat.* Inepte quoque pontifex in *c.* 2. mercatoribus & ruſticis tempore guerræ (notate rurſus vocabulum barbarum *Lib. feud.* 2. *tit.* 28.) concedit ſecuritatem ad agros &c. cum hoc negotium plane videatur civile, cui pontifex ſe immiſcere non debet, ipſo pontifice adprobante *alibi*.

De pactis.

Tit. XXXV.

Cap. 1. & ſeqq.

Otioſa profecto quæſtio eſt ad *d. c.* 1. an jure Canon. ex *d. c.* 1. & 3. naſcatur actio ex nudo quoque pacto, cum jure Divino certum ſit, ut plurib. probavi ad *h. t. Dig.* & probavit *Gloſſ. ad d. c.* 1. Qua cenſura ſeu diſciplina Eccleſiaſtica apud Nos puniendus vel cohibendus ſit, ſignificavi *ſup. ſæp.* Ratihabitio Principis pacta dubia vel invalida confirmat. *arg. c.* 2. judex ſtudioſe debet agere, ut promiſſa adimpleantur. *c.* 3. Pactum, quod incurrit in ſpeciem Simoniæ, non valet *c.* 4. de quo *not. lat. ad decret. Grat. & inf. ad tit. de Simon. &c.* Ratio, cur in *c.* 5. pactum de ſucced. benefic. non valeat, hæc videtur; quia in tribuend. benefic. præſertim Eccleſiaſtic. ſpectandum & præmittendum eſt ſcrutinium ſeu examen morum & doctrinæ, ut *ſup. dict. ſæp.* Mallem tamen in hoc & ſimili caſu ſtatui pœnam pecuniariam, quam nullitatem pacti, ut *itid. notat. ſup. ſæp.* Ratio *c.* 6. data eſt ad *d. c.* 3. Pactum in alterius præjudicium non valet, preſertim ſi ex radice avaritiæ procedat. *c.* 7. Temperamentum *c.* 8. indicavi ad *d. c.* 5. Adde *not. noſtr. ad l.* 5. *C. h. t. & ad l.* 27. §. 4. *D. eod.* Plura de pactis, quæ vergerent in detrimentum animæ, *lat. ad c. cum conting.* 28. *de jurejur.*

De tranſactionibus.

Tit. XXXVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Tranſactio minus ſolennis aut firma confirmatur auctoritate Principis. *arg. d. c.* 1. ubi & de inſtrument. quæ poſt tranſactionem produci non poſſunt, de quib. *nos lat. ad l.* 29. *C. h. t.* An *c.* 2. loquatur de tranſactione decimar. ubi ſpirituale datur pro ſpirituali, nullus attendo, quum noſtræ decimæ ſint ſecularizatæ, ut *lat. ad tit. de decim.* Quando procurator ad agendum, de quo, *c.* 3. poſſit tranſigere, dixi ad *l.* 7. *C. h. t.* Ratio, cur in *c.* 4. tranſactio non valeat, addita eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad c.* 4. *tit. præced.* Tranſactio ſeu compoſitio, quæ non eſt juri contraria, non eſt reprobanda. *c.* 5. & cenſus intelligitur perſonalis, ſi non exprimatur, quod ſit realis. *d. c.* Moribus Belgii confœd. bona cenſualia nihil aliud eſſe quàm emphyteutica, dixi ad ad *tit. D. & C. de jur. emphyt.* Tranſactionis mediator non auditur contra tranſactionem. *arg. c.* 6. Reliqua inutilia ſunt.

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in caſu *d. c.* 7. tranſactio non valeat, addita eſt *ibid.* ſed quæ hodie in benefic. ſecularizat. nihil attenditur, ut *lat. ad tit. de Simon.*

mon. &c. Tranſactio anteceſſoris non præjudicat ſucceſſori, præſertim in reb. Eccleſ. *c.* 8. Ratio, cur in caſibus *c.* 9. *& ſeqq.* tranſactio improbanda videatur, adjecta eſt in *dd. capp.* & ſupra data *ſæp.* Sed illa ſpecies Simoniæ vix ſpecies dici poſſe, cum Simon dona ſpiritualia Apoſtolis propria pro pecunia accipere conatus ſit, plurib. probat. eſt ad *d. tit. de Simon. & alib. ſæp.* Epiſcopus vel alius judex primo debet laborare ad tranſigendum vel componendum. *d. c.* 12. niſi tamen lex vel rei natura prohibeat. *d. c.* ubi & de æqualitate ſeu humaniore parte eligenda propter rationem cauſæ, perſ. loc. & temp. de qua *nos lat. ad l.* 8. *C. de judic. & alib. ſæp.*

De poſtulando.

Tit. XXXVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Sacerdos Juſtitiæ Divinæ non debet fieri ſacerdos juſtit. hum. hoc eſt, non poteſt poſtulare ut Advocatus vel procurator, niſi in cauſa propria vel pro perſon. miſer. *d. c.* 1. Si detur hæc ratio, quia quælibet profeſſio requirit totum hominem, recte *d. c.* adcommodatur Paſtorib. Eccleſ. Refor. vix tamen Senioribus aut Diaconis, qui minus diſtrahuntur. Canones ad ſimiles perſonas trahuntur propter rationes ſimiles. *c.* 2. de quo *lat. ad l.* 12. *D. de legib.* Advocatus, qui poſtulavit contra Eccleſiam vel Rempublic., cujus eſt Advocatus, amittit beneficium, quod ab iſta Eccleſia vel Collegio vel Civitate habet. *c.* 3. de quo *nos lat. ad h. t. D. & C.*

De procuratoribus.

Tit. XXXVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Procurator presbyterii vel alterius collegii non auditur tanquam procurator, niſi oſtenderit mandatum. *arg. d. c.* 1. de quo *nos lat. ad l.* 1. *C. h. t.* Qui legitime per nuntium vel procuratorem excuſatus eſt, non debet condemnari in expenſ. lit. *d. c.* 2. ubi & ratio adjecta eſt, de qua *nos alib. lat.* Factum procuratoris, cujus mandatum revocatum eſt, non præjudicat domino. *c.* 3. Ratio, cur in *c.* 4. exceptio falſi procuratoris etiam poſt ſententiam objici poſſit, data eſt in *noſtr. ad l. lic.* 24. *C. h. t.* An & quando procurator poſſit admitti in cauſa adulterii, de qua *c.* 5. dixi ad *l.* 11. §. 2. *D. ad l. Jul. de adult.* Hodie ſeparationem thori, de qua & in *d. c.* non ventilari coram judice Eccleſiaſtico, ſed coram Civili ſeu ſeculari, notavi *itid. ſup. ſæp.* Reliqua de accuſat. & inſcript. excuſſa ſunt ad *l.* 3. *D. de accuſat. & inſcript.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Cum unuſquiſque teneatur de ſuo mandato *tot. tit. de D. mand.* mirum non eſt, cur in *d. c.* 6. Capitulum teneatur procuratori reddere impenſas. An & quatenus obligetur vel ipſa Eccleſia (quem caſum & hic excuſſit *Gloſſ.*) ſi quis ſine mandato fecerit ſumptus in res Eccleſ. ſignificavi ad *tit. D. de negot. geſt.* Ratio, cur in *c.* 7. univerſitas Scholarium procuratorem conſtituere poſſit, haud obſcura eſt in *ipſo cap.* latiuſque excuſſa ad *tit. D. quod cujuſc. univerſ. nom.* Revocatio mandati procurat. cum contemptu Principis & cum damno partis non videtur admittenda. *c.* 8. Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Sane illam doctrinam, quod ſcilicet nulla ſit provocatio, quæ fit poſt concluſionem in cauſa, nimis generalem aut dubiam eſſe, evincunt *noſtra ad §. ult. Inſt. de perpet. & temp. act.* De revocatione, quæ fit ſine cauſa, dixi *lat. ad h. t. D. & C.*

Ad c. 9. & ſeqq.

Mandatum procuratoris ex tenore inſtrumenti vel ex intentione dantis æſtimari debet *d. c.* 9. Quilibet liberam habet poteſtatem procurat. conſtit. præſertim in cauſa matrimoniali. *c.* 10. Hinc in *c.* 11. procurator appellare poteſt, quando ei induciæ denegantur ad conſulendum dominum, qui ex probabili cauſa abſens eſt. Reus, qui procuratorem ſolummodo dimiſit ad agendum, cum deberet dimittere ad defend. contumax eſt. *c.* 12. de quo *nos lat. ad l.* 73. §. *ult. D. de judic. & ad tot. tit. de dol. & contum.* Ratio, cur in *c.* 13. judicium ratum ſit, licet procuratoris mandatum revocatum fuerit, haud obſcura eſt in *ipſo cap.* de qua *nos lat. ad tit.* D. *mand.* Qui dat procuratorem ſecundum, abrogat primum. *c.* 14. ſed hoc durum videri, niſi conſtet de animo revocantis, notavi ad §. 1. *l.* 31. D. *h. t.* An & quando procurator teneatur appellare, & appellationem proſequi, de quo & *d. c.* 14. dixi ad *l.* 17. *C. h. t.* An & quatenus excommunicati aut ſimiles, de quib. *c.* 15. poſſint dare procuratores, ſignificavi ad *l.* 22. §. 5. D. *de mand. & alib.*

De Syndico.

Tit. XXXIX.

Cap. 1.

Hodie *d. c. un.* correctum eſſe, atque adeo ipſos monachos poſſe Syndicos fieri, notavit *Gloſſ. ad d. c.* Sane in noſtris Collegiis etiam Sacris unumquemque ex illis Procuratorem ſeu Syndicum creari poſſe, modo ſit idoneus, liquidæ conſuetudinis eſt, cujus hæc quoque ratio eſt; quia nemo ita tenetur Deo inſervire, ut non etiam mundo (cujus civis & membrum eſt) vel mundi negotiis, præſertim iis, quæ cauſas Synedrii ſpectant, operam dare non poſſet. Plura de offic. ſynd. ad *tit. D. quod cujuſc. univ. nom.* & apud Illos, qui ex profeſſo de *mun. Synd. ſcripſere.*

De his, quæ vi metuſve cauſ. ſi.

Tit. XL.

Cap. 1. & ſeqq.

Votum caſtitatis vi extortum, vel profeſſio religionis metu mortis extorta non obligat. *d. c.* 1. ſcilicet ſi per ſe turpis ſit, ut *nos lat. ad auth. ſacram. pub. C. ſi adverſ. vendit. & alib.* Reliqua de ingreſſu monaſterii apud Reformatos inutilia eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Sane ſi tantum amiſſum eſt beneficium, ut in *c.* 2. præſtat facere jacturam iſtius beneficii, vel aliorum bonorum, quam facere jacturam conſcientiæ, quæ nunquam quieta foret, ſi promiſſa non ſervarentur, licet vi vel metu parata ſint. An tamen illi, & quatenus puniendi ſint, qui vim intulerunt, dixi *itid. ad d. auth. & alib. lat.* Si renuntiatio juramento confirmata ſervanda ſit. *c.* 3. cur non etiam ſimplex? Vide *not. ad tit. de juram.* Ratio, cur in *c.* 4. ille, qui per metum renuntiavit, poſſit repetere, hæc videtur; quia juraverat tantum ſe renuntiare, ſed non juraverat, ſe reperiturum. Juramentum autem non

ſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſano ſenſu accipiendum eſt, ut *ſup. & in fin. dict. ſæp.* Sed vereor, ut hæc ſit reſervatio mentalis omnino damnanda. Pro nullo metu debet quis incurrere mortale peccatum. *c.* 5. Sane ſi metus non ſit juſtus, reſtitutio in integ. denegatur. *c.* 4. de quo *lat. ad h. tit. Dig. & Cod.* Quoniam *c. ult.* videtur deſcriptum ex *l.* 9. *C. unde vi*, ideo Lector. ad *d. l. not. noſtr.* remitto, ne acta agere videar, aut bibliopolis denegare *notar. noſtr. commendat.*

De in integr. reſtit.

Tit. XLI.

Ad c. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. Eccleſia reſtituenda ſit, ſi detrimentum ejus appareat manifeſtum, hæc ibi addita eſt, quia Eccleſia gaudet jure minoris 25. ann. Sed cur ſecus eſt in majore? Vide *not. noſtr. ad tit. D. & C. de reſtit. minor.* Eadem eſt ratio, cur in *c.* 2. Eccleſia reſtituatur contra negligentiam procuratoris, qui jura Eccleſiæ non produxit, præſertim ſi procurator non ſit ſolvendo, ut *lat. ad l.* 10. *C. de procur. & l.* 26. §. *ult. D. ex quib. cauſ. major.* Scilicet ſola negligentia (nulla etiam habita ratione ætatis vel privilegii) non debet adferre gravem jacturam. *c.* 3. *in fin.* Hinc juſte majori etiam 25. ann. in *c.* 4. reſtitutio conceditur, ſi juſta cauſa probata ſit. Quinimo in cauſa favorabili conceditur reſtitutio, licet probatio cauſæ minus probata fuerit. An ergo & contra ipſum Principem concedenda eſt, ſi juſta cauſa ſubeſt? Affirm. *arg. cap.* 5. ubi de partium præſentia, quæ hodie apud Nos non requiritur, ut *notat. ad l.* 47. *D. de re jud.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 6. reſtitutio in integr. ſuſpendat ſententiæ executionem, data eſt à nob. ad *l. un. C. in integr. reſtit. poſtul. &c.* niſi tamen probabilis præſumptio malitiæ aliter ſuadeat. *d. c.* 6. quo caſu opus eſt cautione. *d. c.* Ratio, cur in *c.* 7. Eccleſia audiatur ſaltem per reſtit. in integr. contra terminum peremptorium, data & excuſſa eſt *ſup. aliquot.* Reſtitutio minoris non tam ex ætate, quam ex læſione non modica petenda eſt. *c.* 8. Sed ſi ſolennitas præſcripta non eſt ſervata, venditio rer. minor. nulla eſt. *d. c.* de quo *lat. ad l.* 4. *C. de præd. & al. reb. minor.* An & quatenus frater pro fratre, vel cognatus pro cognato abſque mandato reſtitut. in integrum petere poſſit, de quo caſu etiam *d. c.* 8. dixi *ad tit. D. & C. de procurat.* Quinam judices ordinarii apud Nos poſſint reſtituere in integr. de quib. *c.* 9. dixi *ad l.* 2. *D. h. t. & ad tot. tit. C. ubi & apud quem cognit. &c.* Reſtitutio denegata in uno judicio, non eſt concedenda in altero, ſed datur tamen Eccleſiæ vel minori appellatio contra denegationem reſtitut. in integr. ut & cauſa nova auditur *c. ult.* de quo *lat. & cert. ad h. t. D. & C.*

De alienat. judic. mut. &c.

Tit. XLII.

Cap. 1. & 2.

Ratio, cur in *d. c.* 1. commutatio vel alienatio reſcindenda ſit, hæc eſt; quia facta erat judicii mutandi gratia, de qua *nos lat. ad h. t. Dig. & Cod.* Ratio, cur in *c.* 2. clerici vel alii Eccleſiaſtæ non poſſint mutare judicium per empt. vel ceſſion. action. addita eſt *ibid.* ſed proprior hæc videtur, ne avo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

avocetur à negotiis Eccleſiaſticis, quæ totum hominem requirunt. An tamen laicus coram judice Eccleſiaſtico vel vice verſa conveniri poſſit, dixi ad *l.* 22. *D. de judic. & alib.*

De arbitris.

Tit. XLIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. impar arbitrorum numerus eligendus ſit, hæc eſt; quia alias ſæpe ſententia non haberet effectum, niſi in pari nnmero data ſit poteſtas aſſumendi tertii, qui diſſentientium opiniones dirimit. Conſilium ergo potius *d. c.* 1. quam reſcriptum continere debet. Ratio, cur in *c.* 2. arbitrium improbetur, haud obſcura eſt in *ipſo cap.* De abſolutione juramenti, de qua etiam in *d. c.* dixi ad *auth. decernim. C. h. t. & inf. ad tit. de juram.* Arbiter non poteſt aſſumi in præjudicium Eccleſiæ. *c.* 3. Ratio, cur in *c.* 4. liceat compromittere in fœminam, pręſertim excellentiorem, hæc eſt; quia nuſquam jure Divino prohibetur, ut *lat. nos ad h. t.* D. & C. Ratio, cur in *c.* 5. Eccleſia vel Civitas non poſſit compromittere in pręjudicium Superioris, cui ſubeſt, data eſt *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 6. coram arbitris non poſſit inſtitui reconventio, addita eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 32. §. 15. *& l.* 48. D. *h. t.* Arbiter ſub illa conditione datus ut alterius conſilium adhibeat, tenetur conſilium requirere, ſed non tenetur ſequi. *c.* 7.

Ad c. 8. & ſeqq.

Quæ quæſo ratio, cur in *d. c.* 8. laicus non poſſit arbitrium dicere in cauſis ſpiritualibus? Scilicet homo carnalis non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Sancti, vel cuique credendum eſt in ſua arte, quam profitetur. Sed hiſce nihil obſtantibus Berœenſes (qui tamen non fuerunt Clerici) laudantur à Paulo, quod inquiſiverint in SS. Scripturas, num ita ſe haberent, quemadmodum Apoſtolus docebat. *Act.* 17. Si in laicum & clericum res ſpiritualis ſive Eccleſiaſtica compromitti poteſt. *c.* 9. cur non etiam in laicum, qui rer. Eccleſ. peritus eſt? An & quando procurator omn. bonor. compromittere poſſit, de quo etiam *d. c.* 9. dixi ad *l.* 58. D. *de procurat.* Compromiſſum morte alterius compromittentis finitur. *c.* 10. de quo *nos lat. ad l.* 27. §. 1. D. *h. t.* Arbiter, qui accipit mandatum ad componendum, non poteſt mutare rem judicatam. *c.* 11. Sed quid ſi ipſi litigantes conſentiant, ut arbiter ſuper re judicata arbitretur? Vide *not. noſtr. ad l.* 11. D. *de tranſact.* Deciſio *cap.* 12. fundat ſe in jure Ciuili, quod eſt in *l.* 17. §. 5. D. *h. t.* Sed hoc recte Moribus correctum eſſe, notavi ad *d.* §. 5. Si in caſu *c.* 13. compromitti poſſit in incertas perſonas mediatores, cur non etiam in *d. c.* 12. nbi ex ipſa permiſſione partium duo poterant aſſumere tertium incertum? Agnovit & hanc difficultatem *Gloſſ.* quam vide ad *d. c.* 13. Vix dari ſolidam rationem, cur in *c.* 14. compromiſſum non tranſeat ad hæredes, ſignificavi ad *d. c.* 10. *& ad tit.* D *ſi pend. appel. mors interv.*

Finis Libri Primi.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

DECRETALIUM EPISTOLARUM *GREGORII* LIBER SECUNDUS. DE JUDICIIS.

TIT. I.

Cap. 1. & ſeqq.

RAtio, cur ille qui in *d. c.* 1. non venit coram judice ſtatuto, excommunicari potuerit, hęc eſt; quia fidem datam violaverat. Cæterum illam pœnam excommunicationis aut ſuſpenſionis nimis gravem videri, notavi *ſup. ſæp.* Si non ſtatim contumax privandus eſt ſuo beneficio, cur ſtatim poteſt tradi Satanæ? Moneatur tamen graviter, & cogatur à judice ſeculari & puniatur, ut *lat. ad l.* 18. *D. de jurisdict.* Laicos in *c.* 2. male excludi ab omnibus negotiis Eccleſiaſticis tractandis & decidendis, notavi ad *decret. Grat. ſæp.* An & quatenus Eccleſia vel Eccleſiaſticus Senatus mandato Principis parere debeat, de quo etiam *d. c.* dixi *itid. ad decret. Grat. ſæp.* Quis debeat judicare de jure patronatus, de quo *c.* 3. dixi ad *tit. de jur. patron. & alib.* Ratio, cur in *c.* 4. clerici vel eccleſiaſtici non poſſint condemnari ab Eccleſia, licet coram judice ſeculari crimen confeſſi ſint, addita eſt *ibid.* ſed quæ apud Nos non attenditur, cum confeſſio legitime facta ubique ſervanda ſit. An tamen bis poſſit puniri, qui confeſſus eſt, dixi *ſup. ſæp.* Reliqua *d. c.* 4. inutilia eſſe, etiam manifeſte apparet ex *anteced. noſtr.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Eccleſias noſtras nec dare, nec habere feuda, de quib. *d. c.* 5. nemo in Belgio ignorat, ſed cauſæ feudales ventilantur coram Curia Feudali, quæ in unaquaque Provincia fere diverſa eſt, ut *lat. ad Lib. feud.* Recte profecto in *c.* 6. rejicitur ſubtilitas juris Romani, quod requirit expreſſionem actionis, cum factum judici indicaſſe ſufficiat, de quo *nos lat. ad tit. C. de formul. ſublat.* Ratio, cur in *c.* 7. excommunicatus ſaltem ut reus per alium ſe in judicio ſiſtere queat, addita eſt *ibid.* Sed ſi nemo ex ſua malitia debeat ſentire commodum, ergo ex-

communicatus etiam ut actor per procuratorem agere poteſt, ut *probat. lat. ad l. 22. §. 5. D. mand.* Cenſura dignum eſſe *c. 8.* quod clericos in cauſa criminis communis ſubtrahit judici ſeculari, notavi *ſup. ſæp.* Officium juris eſt, ut provideat, quænam perſona ad agendum vel excipiendum ſit legitima. *c. 9.* Iſtum ordinem procedendi, de quo *c. 10.* nec in foro civili, nec in eccleſiaſtico obſervari, notavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Qui ſuccedit in vitium, præſertim ſcienter, convenitur ex eodem reſcripto, quo tenebatur defunctus. *d. c. 11.* de quo *nos lat. ad l. vitia major. 11. C. de adq. & retin. poſſeſſ.* Summa ex *c. 12.* quod de Papa Romano loquitur, hæc eſto: ejus eſt privilegia interpretari, cujus eſt largiri, de quo *nos lat. ad l. ult. C. de legib.* Qualem poteſtatem vel cenſuram habeat judex vel Senatus Eccleſiaſticus circa peccata ipſorum Regum, de quib. *c. 13.* dixi in *præced. ſæp.* ubi de poteſt. miniſtror. de clavib. & poteſt. Eccleſ. ſeu de diſcipl. eccleſ. An & quale judicium Eccleſiæ competat circa violationem juramenti, de quo etiam *d. c. 13.* dixi *itid. ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c. 14.* perſona principalis per ſe factum ſuum judici proponere debeat, hæc dari poteſt; quia illa præſumitur ſcire ſuum factum melius. Hodie tamen per Advocatos agere licet, quod & juri Divino conveniens eſt, cum liceat nobis per Chriſtum agere apud Deum Patrem, cui hæc applicatio non reclamat. Inepta actio vel intentio rejicienda eſt, ſed nova tamen legitima admittenda eſt. *c. 15.* de quo *nos lat. ad tit. C. de errorib. Advoc.*

Ad c. 16. & ſeqq.

Notio nationis duntaxat ex ſuperabundanti requirenda eſt, quando quis ſuo officio bene fungitur, præſertim in cauſa Eccleſ. *d. c. 16.* An & quando clerici, de quib. *c. 17.* hodie apud Nos ad judicem ſecularem trahi poſſint, notavi ad *l. 22. D. h. t.* Ut judicia procedant ſine ſuſpicione. *l. 16. C. h. t.* recte in *c. 18.* judex removetur, qui litigantis cauſæ ſimilem cauſam habet. An & quæ exceptio cum cauſa principali, de qua *c. 19.* decidi poſſit, dixi ad *tit. Inſt. Dig. & Cod. de except.* An & quando teſtes recipi poſſint poſt vel ante lit. conteſtat. dixi ad *tit. de teſtib.* An & quando liceat appellare, dixi ad *tit. de appellat.* Ratio, cur inſtantia judicii in *c. 20.* non exſtinguatur ſpatio triennii, hæc dari ſolet; quia jurisdictio judicis eſt perpetua, & reſcripta ſunt perpetua, ſed melior (ni fallor) ratio à nobis data eſt ad *l. 13. §. 8. & ult. C. h. t. & in diſp. ad l. 1. D. de recept. qui arbitr.* Ratio, cur in *c. 21.* actor non teneatur coram eodem judice poſſeſſ. reſpondere de proprietate, ponitur in diverſitate fori, & ideo eſt exceptio *l. 10. C. h. t.* An & quando tempore videm. procedere liceat, de quo caſu etiam *d. c. ult.* dixi ad *tit. de fer. & dilat.*

De foro competente.

Tit. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Quodnam ſit forum competens noſtror. clericor. ſeu Eccleſiaſticorum, de quib. *d. c. 1.* dixi *ſup. ſæp.* Nulla, inquam, illis competit jurisdictio, quo jure ergo judex ſecularis in *c. 2.* excommunicatur, qui clericum preſbyterum vel diaconum condemnavit? Omnis anima ſubjecta eſto politicæ or-

ordinationi ſaltem in politicis. *Rom.* 13. Ratio, cur in *c.* 3. aliquis ſortiatur forum ratione rei ſitæ, data eſt a nobis *ad l. ult. c. ubi in rem act.* Quis judex poſſit fieri ſuſpectus, de quo *c.* 4. dixi ad *l.* 16. *C. de jud.* An & quando judex delegatus, de quo etiam *d. c.* 4. poſſit ſententiam ſuam dare executioni, dixi *itid. in præced. ſæp.* Sane conſuetudinem illam, quæ in *c.* 5. indicatur, omnino damnandam eſſe, & ex ipſa æquitate, non vero ex rigore juris, licet ita velit *d. c.* 3. actorem ſequi forum rei, probavi plurib. ad *l.* 3. *C. ubi in rem act.* Hodie noſtro Belgio cauſas feudales, de quib. *c.* 6. *&* 7. coram dominis feudorum non moveri, ſed potius coram paribus Curiæ feudali vel coram Curia, notavi *ſup. aliq.* Illorum negligentia, de qua *d. c.* 6. punitur & reparatur ab illis qui Superiores ſunt, de quib. *lat. ad lib. feud.*

Ad c. 8. & ſeqq.

Si in *d. c.* 8. malefactores Eccleſiar. poſſint conveniri poſſint conveniri coram judice ſeculari, cur non etiam alii malefactores? Scilicet favor Eccleſiæ hoc ſpeciale introduxit, & nimia remiſſio judicum ſecularium. *d. c.* 8. Sed quæ hæc ratio, quæ hæc contrarietas & abſurditas? An in *c.* 9. aliquid ſpeciale conſtitutum ſit circa clericos Pariſiis commorantes, nihil inquiro; tum quia in primis Belgis confœderatis ſcribo, tum quod clericos papales non agnoſco. Si Epiſcopus nec poſſit, nec debeat ſe immiſcere negotiis civilibus, quo jure ei in *c.* 10. conceditur, ut poſſit judicare de cauſa civili inter duos laicos, quando judex ſecularis denegat juſtitiam? ſcilicet in hoc caſu defectus exceptio eſt, ſed illam nuſquam in Sacris reperio. Nec ad rem facit, quod in *c. ſeq.* 11. pontifices dicantur omnibus debitores in juſtitita. In quo foro vidua, de qua in primis *d. c.* 11. convenire & conveniri poſſit juri Romano & Moribus, dixi ad *l. un. C. quand. Imp. int. pupill. vel vid.* Nemo privilegiat. poteſt renuntiare privilegio, quod toti Collegio vel Ordini competit. *c.* 12. Sed quæ ratio, cur renuntiatio jurata non ſervetur? Scilicet juramentum contra ſtatuta canonica, hoc eſt, contra bonos mores, non valet, de quo effugio *lat. ad tit. de juram.* Summa ſeu doctrina ex *c.* 13. quod etiam de clericis & epiſcopis papalibus agit, hæc eſto: privilegia & conſuetudines derogant juri communi, de quo *nos lat. ad l.* 9. *D. de juſt. & jur. & ad tot. tit. de legib. & long. conſ.*

Ad c. 14. & ſeqq.

Quomodo aliquis ratione delicti, de quo agit *d. c.* 14. ſortiatur forum, & quomodo unus ſæpe ferat ſententiam, & alter exequatur, dixi *ſæp. ad tit. D. & C. dd. judic.* Vidua in *c.* 15. poteſt experiri coram judice Eccleſiaſtico, licet res controverſa dicatur feudalis, & tamen *d. c.* 11. laicum convenire non poteſt. Scilicet exceptio eſt in vidua ſpoliata, mallem dicere in vidua Regina, cui favere voluit pontifex. Ratio *d. c.* 15. hæc à *Gloſſ.* data eſt, quia cura viduarum ad Eccleſiam pertinet. Sed quæ differentia inter viduam ſpoliatam, quæ agit ad reſtit. poſſeſſ. & inter eam, quæ alio modo ſpoliata vel defraudata dicitur? Illos impie in *c.* 16. feriri anathemate, qui invadunt bona, quæ pro remedio peccatorum data ſunt, dixi ad *diſtinct.* 96. *c.* 1. *& alib. ſæp.* An & quando ille, qui promiſit ſe reſponſurum in certo loco, poſſit conveniri in loco domicilii, de quo caſu accipi poteſt *c.* 17. dixi ad *l.* 1. *&* 5. *D. de eo quod cert. loc.* & ad *l.* 21. *D. de obl.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

de obl. & act. An & quatenus jurisdictio civilis prorogari poſſit, de quo etiam *c.* 11. dixi ad *l.* 1. *D. de judic.* Citatio perpetuat jurisdictionem in cauſa citata, vel facit præventionem. *c.* 19. cujus ratio vulgaris videtur eſſe in *l.* 24. D. *quæ in fraud. credit.* de qua *nos lat. ad l.* 30. D. *de judic. & ad tot. tit.* D. *de in jus voc.* Licet Sedes Apoſtolica, ſeu Curia Romana ſit mater & magiſtra omn. Eccleſ. inde tamen non ſequitur, quod in *c. ult.* epiſcopus, vel alius potuerit conveniri ſine præcedenti vocatione, quam tradunt ipſi Canoniſtæ eſſe juris naturalis, cui pontifex derogare non poſſit. Plura de illis, qui habent jus revocandi donum, vide in *noſtr. ad l.* 2. §. 3. D. *de judic. & alib.*

De libelli oblatione.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Libellum quoque in Synodis noſtris exhibendum eſte ab eo, qui aliquid apud Synodum intendit, haud male ſtatuitur *arg. d. c.* 1. cum ſcriptura voluntatem petentis certius demonſtret. Adde *noſtr. ad cauſ.* 2. *q.* 8. Quænam autem libellus continere debeat etiam in foro civili, plurib. ſignificavi ad *tit. de edend.* quibus adde verſicul. qui exſtant apud *Gloſſ. ad d. c.* 1. ſi in libello denotetur rei vindicatio, haud dubie ipſa res deſignanda eſt, quæ petitur ex certo loco & certis finibus. *c.* 2. de quo *nos lat. ad l.* 6. *D. de rei vind.* Hinc nec reus in *c.* 3. tenetur actori reſpondere in act. perſon. ſi in libello conventionis non expreſſerit cauſam petendi. Vide tamen *not. noſtr. ad l. fin.* C. *de except. annal.*

De mutuis petitionibus.

Tit. IV.

Cap. c. 1. & 2.

Ratio, cur in *d. c.* 1. conventio & reconventio debeāt ſimul terminari etiā corā judice delegato, data eſt ad *l.* 22. *D. de judic.* ubi & de Morib. quarund. Gent. contr. Eadē eſt ratio vel ſimilis, cur in *c.* 2. modus procedendi præſcriptus in conventione videatur repetitus in reconventione, præſertim ſi eadem ſit actoris & rei conditio. *d. c.* 2. ubi ratio ſubjecta eſt. Plura ſi quis de reconvent. ſcire deſiderat, adeat *not. noſtr. ad l.* 22. D. *de judic.*

De litis conteſtat.

Tit. V.

Cap. 1.

Ratio, cur in *d. c. un.* per ſimplicem poſitionem & reſponſionem non fiat litis conteſtatio, ſed per petitionem in jure appoſitam & ſubſequutam reſponſionem, data & excuſſa eſt ad *l. un. & Auth. ſeqq.* C. *h. t.* Malim profecto exſpectare definitionem articuli juridici ex ore Imperat. vel JCt. quam ex ore pontificis, licet hic omnes Cardinales ſuos adhibuerit in conſilium. *arg. l.* 12. D. *de ſtat. hom.* Ratio, cur *d. c. un.* omiſſio lit. conteſt. faciat proceſſum nullum, hæc eſt; quia eſt de ſubſtantia ſeu principali parte judicium conſtituente, ut *lat. ad l. un. & tit. ſeq.*

Ut lit. non conteſt. &c.

Tit. VI.

Cap. 1. & ſeqq.

Rei natura non patitur, ut teſtes ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ante lit. conteſtat. vel recipiantur vel producantur. *d. c.* 1. niſi valetudinis cauſa, vel ſimili, de qua in *c.* 5. An & quando procurator admittatur in cauſa adulterii, dixi ad *l.* 18. *C. de tranſact.* An & quatenus cauſa adulterii pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, ſignificavi etiam *ſup.ſæp.* Hoc certum, quod Eccleſia noſtra neminem ob ſolam contumaciam ſoleat excommunicare, ut & *ſup.notat.ſæp.* Sed nec ipſo jure Canon. ob ſolam contumaciam lite non conteſtata ſententia pronuntiari poteſt. *c.* 2.9. Quomodo Moribus procedatur adverſus contumaces, dixi ad *tit. de judic. & ad tit.C.de bon.auct.jud.poſſ.& alib.ſæp.* Illam miſſionem in poſſeſſ. bonor. de qua *c.* 3. hodie ob contumaciam rei in uſu non eſſe, notavi ad *d. tit. Cod. de bon. auct. jud. & alib.* Rectius tamen contumax cogeretur *arg. coact. Eccleſ.* quæ eſt in *fin. d. c.* 3 Ratio, cur in *c.* 4. receptio teſtium non valeat, data eſt ad *d c.*1. Sed quæ ratio, cur in *eod. cap.* non valeat poſt appellationem? Hæc videtur; quia per ſe receptio teſtium illicita fuit, utpote quæ ex perſonis prohibitis conſtat, ut patet ex *d. c.* Ratio, cur in caſu *pr. c.* 5. teſtis etiam ante lit. conteſtat. requiri poſſit, addita eſt *ibid.* Vulgo dicitur **enqueſte valetudinair doen** / quando mors teſtis metuitur. Ratio, cur talis teſtis teſtimonium denuntiandum ſit parti adverſæ, adjecta etiam *ibid.* eſt. Ratio, cur in §. 1. contra contumacem teſtes poſſint recipi & ſententia ferri etiam ante lit. conteſtat. in cauſa matrimonii carnal. vel ſpirit. intermixta eſt *ibid.* Vide tamen *not. præced. ad dd.capp. h.t.* Ratio, cur reus abſens extra cauſam contumaciæ exſpectandus ſit, donec probetur vel præſumatur mortuus, data eſt ad *l.* 7. *& auth.ſeq. C.de repud. & alib.* De paſtore abſente, de quo etiã *d.* §.lat. ad *tit.de elect.in 6.* ubi Canoniſtæ jus novum intelligunt. Ratio, cur in caſu §. 2. teſtes examinari poſſint ante lit. conteſtat. hæc eſt; quia Reipub. intereſt, ut delicta puniantur, & ut teſtis & memoria rei ſæpe perpetua eſſe queat. Quomodo Moribus procedatur contra contumacem abſentem, de quo §. *ult.* ſive agatur actione reali, ſive perſonali, dixi ad *d.c.*3. Hodie quoque poſt annum reſtitui contumacem, ſi innocentiam probaverit, notavi ad *l.* 2.*C. de requir. reis.* Reliqua *d. c.* 5. inutilia ſunt.

De juram. calumn.

Tit. VII.

Cap. 1. & ſeqq.

Hodie quoque præſtationem juramenti, de qua *d. c.* 1. fieri per procuratorem poſſe, qui juret in animam clientis, notavi *alib.ſæp.* An & quando jusjurandum calumniæ præſtandum ſit, dixi ad *pr.Inſt.de pœn.tem. litig.& ad h.t.Cod.* Quis ſit ſenſus Juſtin. qui dixit, canones Patrum habere vim legum, ſignificavi ad *l.* 45.*C.de epiſcop.& cleric.* Sed quę ratio, cur juramentum in *c.*3. non poſſit exigi in decimis & ſimilib. ſpiritualibus? Canonum æquitas non patitur. Mallem reſpondere, quod nomen Dei non temere ſit uſurpandum, niſi tamen cauſę gravitas, vel alia qualitas expoſtulet, cujus deciſio arbitrio judicis relinquitur, ut *lat.ad h.t.Cod.* Eadem eſt ratio, cur in *c.* 3. dictum juramentum ipſi perſonæ principali injungi poſſit. Quædam, inquam, cauſæ tales à natura ſunt, ut arbitrio judicis committendæ ſint. Ratio, cur in *c.* 4. *&* 6. univerſitas juret per ſuum Syndicum, data eſt ad *tit. D. quod cujuſcunq; univerſ.nom.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

An & quatenus juram. calumn. conſuetudine, qnæ nimis generaliter in *c.* 5. rejicitur, abrogari poſſit, dixi ad *h.t.Cod. & ad d.t.Inſt.* De ſolennitate in præſtatione jurisjur. adhibenda, de qua *pr. c. ult.* dixi ad *l.* 1. *C. ſi adverſ. vendit. & alib. lat.* Ex præmiſſis apparet, pœnam actoris vel rei, qui in §. 1. *d. c. fin.* dict. juram. calumn. recuſavit, nimis duram videri, aut ſaltem quandoque temperandam eſſe pro qualitate perſonarum. *d. c.* 3.

De dilationibus.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. à prima citatione nimis brevi ſeu peremptoria appellare licuerit, haud obſcura eſt in *ipſo cap.* latiuſque à nobis excuſſa ad *h. t. Dig. & Cod. & ad l.* 68. *& ſeqq. D. de judic. & ad l.* 55. *D. de re jud. & alib.* Sane ſi reus ex citatoriis literis plene potuit inſtrui, recte denegatur ulterior dilatio. *c.* 2. Hinc etiam in *c.* 3. ne lites ſine cauſa protrahantur, juſte ei denegantur induciæ deliberatoriæ, qui potuit deliberare ſuper ambiguitate, quam prætendit. Sed ſi terminus nimis coactus fuerit, præſertim in cauſa ardua, haud dubie novæ induciæ indulgendæ ſunt, licet reus forſan in judicio præſens ſit.

De Feriis.

Tit. IX

Cap. 1. & ſeqq.

Quænam opera videantur diebus Dominic. de quib. *d. c.* 1. illicita, ſignificavi ad *l. ult.* §. 1. *C. h. t.* Quod dicitur in *d. c.* 1. dies Dominicos à veſpera in veſperam obſervari, hoc ſtatim temperatur in *c. ſeq.* 2. Si dies recte dicantur incipere ab ortu Solis, ergo die præcedente negotia domeſtica experiri poſſunt, de quo *nos lat. ad l.* 8. *D. h. t.* Reliqua de dieb. feſt. pontific. apud Reformatos inutilia ſunt. Miror profecto, cur in *c.* 3. diebus Dominicis, qui *ibid.* dicuntur habere inſtitut. ex veteri & novo Teſtam. liceat quandoque alecia ſeu alios piſces captare, aut alias res tempore perituras ſervare in caſu neceſſitatis, & tamen non licet in feſtis majoribus ab Eccleſia conſtitutis. Quæ etiam ratio, cur in *c.* 4. nuptiæ non poſſint celebrari tribus iſtis ſeptimanis, de quib. *d. c.* 4. Ratio, cur in *c. fin.* ne quidem conſenſu partium liceat renuntiare feriis in honorem Dei conſtitutis, cuilibet obvia eſt ex *l.* 8. *D. de pact.* vulgaris quoque eſt ex *l. pen. C. de pact.* cur in *fin. d. c. ult.* liceat renuntiare diebus feriatis, qui in favorem hominum introducti ſunt.

De ordine cognit.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. prius cognoſcendum ſit de exceptione conſanguinitatis, haud obſcura adjecta eſt *ibid.* Idem dicendum eſſe in aliis ſimilibus exceptionibus, in quibus ſubſiſtere licet, dixi *ſæp. ad tit. D. & C. de except.* Exceptionem ſpolii quoque privilegiatam eſſe, aut eam primo ſaltem excutiendam eſſe, antequam reus ad ipſam cauſam principalem reſpondere teneatur, dixi & in *anteced. & ad l. ult.* §. 1. *C. de compenſat.* Probata autem illa exceptione, quid opus adhuc nova reſtitut. in in-

regr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tegr. Si ſpoliatus intelligatur reſtitutus, quando quæſtio ſpoliationis in modum actionis mota eſt, & ſententia ſequuta, cur ſecus, ſi in modum exceptionis præpoſita ſit. *l.1.D. de except.* An tamen metuenda ſit præſcriptio tempor. an tutius petatur reſtit. in integr. dixi *alib.ſæp.* Ratio, cur in caſu *c.3.* primo terminanda ſit exceptio nativitatis, & *ibi* adjecta eſt, & *ſup.* indicata *aliquot.* Cum ſpoliatus ante omnia reſtituendus ſit, mirum non eſt, quod *c.4.* ſpoliator non poſſit reconvenire ſpoliatum in petitorio, de quo *nos lat. ad tit.* D. *&* C. *und. vi.*

De plus petit.

Tit. XI.

Cap. un.

Recte in *d. c. un.* correctam eſſe pœnam tripli, qua in §. 33. *Inſt. de act.* puniuntur illi, qui plus petierunt vel loco, vel re, vel cauſa, dixi tum ad *d.* §. 33. tum ad *h. t. Cod.* Sed quæ ratio, cur pontifex Gregorius etiam non correxerit pœnam duplicationis, quando qui plus tempore petiit? Rectius & illam mulctam Moribus ſublatam eſſe, pluribus probavi in *not. ad d.* §. Temeritates aut ſordidæ ignorantiæ ſolent puniri & reparatione damni, & pœna arbitraria fiſco explicanda, ut *alib. lat.*

De cauſa poſſeſſ. & propriet.

Tit. XII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d.c.1.& 6.* cauſa poſſeſſ. & proprietat. coram uno eodemque judice cognoſcenda & terminanda ſit, data eſt & ad *c.2. & 10. C. de jud. & ad tot.tit.* D. *de quib.reb.ad eund. judic.* De inaudito non condemnando dixi *alib. ſæp.* Sed quomodo in *c.2.* primo pronuntiare licet de poſſeſſione? mirum in modum hic ſe torquet *Gloſſ.* ſed reſponderi poteſt, quod in una eademque ſententia poſſit primo pronuntiari de poſſeſſ. ut aliquo modo ſervetur ordo naturæ, ſecundo de proprietate, cujus executio prævalet. *d.c.6.* Vel dicendum eſt, quod Cœleſtinus de cæteris pontificibus diſſentiat. Mores indicavi ad §.4. *Inſt. de interdict. & alib.* Ratio, cur in *c.3. & 4.* ſpoliatus agens judicio poſſeſſorio & petitorio poſſeſſionem quidem obtineat, quando probavit poſſeſſionem, cuilibet obvia eſt, ſed quæ ratio, cur ſuccumbat in petitorio, eidemq; imponatur ſilentium perpetuum? Per me quidem licet, ut non obtineat in dominio, quod non probavit, atq; adeo recte abſolvatur pars adverſa, donec alias probationes invenerit, ſed cauſa perpetui ſilentii nequaquam ſubeſſe videtur. De teſte variante & vacillante (quod ſcilicet ei fides habenda non ſit) dixi ad *tit. de teſtib.* An & quando ſuſpenſo judicio petitorio liceat convolare ad poſſeſſorium, de quo caſu agit *c.5.* dixi ad *l.24.* D. *de rei vindicat. & ad l.18.§.ult.* D. *de vi & vi arm.* Ratio, cur in *c.7. & 8.* ſuccumbens in poſſeſſorio, nihilominus poſſit agere petitorio, indicata eſt *ſup.ſæp.* Qui tempore collationis fuit in poſſeſſ. conferendi, recte contulit beneficium. *d. c. 7.* ſed hoc durum videtur, cum vero domino jus ſuum temere auferri non debeat, nec præjudicium generari. *d. c. in fin.* Ratio, cur in *d.c.8.* non ſufficiat probaſſe poſſeſſionem, ut petitum dominium adjudicetur, data jam aliquoties eſt ad *h. t. & alib.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De reſtitut. ſpoliat.

Tit. XIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. ſpoliatus non reſtituatur, quando ſpoliato conſentiente admittitur probatio dominii, vulgaris eſt in *l. pen. C. de pact. & l. nemo.* 148. D. *de reg. jur.* Ratio, cur in *c.* 2. ſpoliato non obſtet renuntiatio, addita eſt *ibid.* Sed illa vix ſatisfacit, cum renuntiatio extra vim potius præſumatur ſpontanea, quam coacta. Quin ipſa coacta ſervanda videtur, maxime ſi jurata ſit, ut *ſup. notat. aliquot.* Sane qui reſignavit, non poteſt queri, ſe poſtea ſpoliatum eſſe, adeoque nec beneficium repetere poteſt. *c.* 3. Hinc etiam in *c.* 4. probata abjuratione recte reus ſuccumbit in interdicto de retinendo, licet fiſco teneatur de pœna, quę ex delicto naſcitur. Ratio, cur in caſu *c.6.* ſpoliato non poſſit objici vitioſa inſtitutio, ut evitetur reſtitutio beneficii, ſubjecta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad* §. 4. *Inſt. de interdict. & ad l.* 32. §. 1. *D. depoſ.* Hinc nec ei poteſt objici exceptio criminis, qui agit interd. und. vi. *c.6.* ubi & ſimilis ratio ſubnexa eſt, de qua *lat. ad. l.* 5. D. *de pub. judic.* Sed quid dicendum, ſi quis à judice ſpoliatus eſt ſine ordine juris? Idem *c.* 7. propter identitatem rationis, de qua *ſup.*

Ad c. 8. & ſeqq.

Spoliato marito ſua uxor reſtituenda eſt cum qua diſponſata rem habuit, niſi conſtet de ſævitia mariti. *d. c.* 8. quod convenit cum *v.* 11. *c.* 7. *Epiſt.* 1. *ad Corinth.* Ratio, cur in caſu *c.* 9. ſpoliato donatario competat interd. und. vi, ſeu de recuperando, expreſſa eſt *ibid*, de qua *nos lat. ad l.* 1. §. 9. & 22. D. *de vi & vi arm.* Ratio, cur in *c.* 10. uxori ſpoliatæ aut derelictæ maritus primo reſtituendus ſit, aut ſaltem quæſtio de hac reſtitutione primo ventilanda ſit, data eſt *ſup. ſæp.* Cur violentus ſpoliator in *c.* 11. rem cum fructibus & reparatione totius damni reddere compellendus ſit, dixi *ſæp. ad* §. 35. *Inſt. de rer. diviſ.* §. 2. *Inſt. de offic. judic. & ad tot. tit.* D. *de vi & vi arm. & alib.* Cum jure naturæ domino liceat vim vi repellere. *l.* 1. §. 27. D. *eod.* juſte in *c.* 32. ſpoliato denegatur interdict. poſſeſſor. Denegatur quoque reſtitutio conjugis, ſi exceptio conſanguinitatis in continenti probari poſſit, & præmiſſum ſit juramentum de non calumniando. *c.* 13. ubi & ratio adjecta eſt in *verſ. cum utrique &c.* Denegatur etiam reſtitutio, ſi mulier tantum traducta fuerit ad domum viri, nullis ſponſalibus præcedentibus. *c.* 14. Qui non ſpoliavit, nec ſpoliari mandavit, aut ratum habuit, non tenetur interd. unde vi. *c.* 15. cujus rationem facile quilibet ex natura interdicti aſſequi poteſt, ſæpiuſq; data eſt ad *d.* §. 4. *Inſt. de interd. & d. tit.* Dig. *de vi vi arm.* Ratio, cur in *c.* 16. exceptio inopiæ etiam in poſſeſſorio admittenda ſit, addita eſt *ibid.* ex *l.* 6. D. *de dol. mal.* ubi *lat. ad c.* 38. D. *de rei vind.* Ubi non conſtat de ſpoliatione, ibi non conceditur reſtitutio. *c.* 17. Ratio, cur in caſu *c.* 18. ſpoliato res ſpoliata ſit reſtituenda, licet non probet dominium, & licet res in alium ſcientem tranſlata ſit, interjecta eſt *ibid.* Adde *not. noſtr. ad l.* 7. D. *de vi & vi arm.*, Ratio, cur in caſu *c.* 19. competat interdict. poſſeſſ. pro libertate poſſidendi, facile eruitur ex *præmiſſ. noſtr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De dolo & contumac.

Tit. XIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. contumax non patiatur miſſionem in poſſeſſ. hæc videtur; quia dicta miſſio magnum præjuditium inducere ſolet, cum contumacia non ſit magnum crimen, quod potius à fiſco pœna pecuniaria mulctandum eſt, præſertim quando jus actoris non fit deterius, ut hic. An alias rigor juris poſtponendus ſit æquitati canon. dixi *inf. & ſup. ſæp.* Condemnatio in expenſas ob dolum vel contumaciam rei juſta eſt. *c.* 2. Sed quæ ratio ſequeſtrationis? Vide *not. noſtr. ad l. un. C. de prohib. ſequeſt. pecuni.* Ratio, cur in *c.* 3. teſtes recipi poſſint, & ſententia fieri debeat, quando actor vel procurator ejus contumax fuit, licet etiam lis necdum conteſtata ſit, data eſt ad *l.* 53. *D. de re jud. & alib.* In foro reus, actore non comparente, ab inſtantia abſolvitur, cum alias contra contumaces procedatur ad definitivam, ut *lat. ad tit. C. de bon. auct. jud. poſſid.* Sed quid, ſi non liquet de cauſa? mittitur in veram poſſeſſionem. *c.* 4. ſed nec illa hodie ſervari videtur, ut notatum eſt ad *d. t. Cod. & ad d. c.* 1. *h. t.* Ratio, cur in *c.* 5. reus ante definitivam condemnetur in expenſas, ſi in probatione except. perempt. deficiat, omnibus obvia eſt ex *præced. noſtr.* Sed quæ ratio, cur in *eod. cap.* dictus reus puniatur in cute, ſi non habeat in ære? Solida vix dari poteſt, & ideo forſan recte hoc Moribus correctum eſt, teſte *Zyp. in notit. jur. Belgic. h. t.* Adſit tamen regula, quæ peccatis pœnas irroget æquas.

Ad c. 6. & ſeqq.

Recte profecto cautum eſt in *d. c.* 6. ut citatus ad certum terminum teneatur quamprimum venire poſt terminum etiam ſine nova citatione, ſi juſta de cauſa fuerit impeditus, ut *lat. ad l.* 2. *D. ſi quis in jus vocat.* niſi velit incurrere in exſpenſas factas à tempore citationis omiſſæ. *d. c.* 6. ubi & ratio intermixta eſt in *fin.* Contra contumacem non tranſit ſententia in rem judicatam cum præjudicio Superioris, qui de jure partium inquirere poteſt. *c.* 7. Sed & citari quis poteſt & debet ex abundanti ad malitiam convincendam. *d. c.* 7. Ratio, cur in *c.* 7. contra abſentem procedere liceat ad definitvam, modo probatum ſit, quod intenditur, licet etiam lis necdum conteſtata ſit, & licet procedatur per viam inquiſitionis, data eſt *ſup. aliquot.* Propter contumaciam vel lapſum anni poſſeſſor rei ſervandæ fit poſſeſſor verus. *c.* 9. ubi & ratio adjecta eſt, de qua *lat. ad tit. ſeq. & ad tit.* 4. *&* 5. *Lib.* 42. *Pand.* Ratio, cur in *c. ult.* ſufficiat citationem fieri ad domicilium rei, ſi ipſe reus nuſquam inveniatur, data eſt à nob. ad *l.* 4. §. 6. *D. de damn. infeſt. & alib.* De citat. per edict. dixi ad *l.* 68. *& ſeqq. D. de judic.*

De eo, qui mittit. in poſſeſſ. &c.

Tit. XV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. miſſus in poſſeſſ. rei ſervandæ cauſa fiat verus poſſeſſor, ſi ille qui paſſus eſt miſſionem, per annum non præſtitit cautionem de jure ſtando, hæc videtur; quia ipſe reus videtur decreto judicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

acquieviſſe, dum ne quidem per integrum annum cautionem juri ſtandi obtulerit. Cæterum illam rationem hodie non attendi, ſignificavi *ſup. ſæp.* Fruſtra ergo in *c.* 2. quæritur, an præfatam cautionem obtuliſſe ſufficiat. Summa igitur ad *c.* 3. hæc eſto: qui non eſt contumax, non eſt condemnandus in expenſas, de qua *lat. ſup.* Summa ad *c. ult.* hæc eſto: abſens, qui non dimittit procuratorem, patitur miſſionem in poſſeſſ. ſed hodie ipſam ſententiam definitivam, ut *notat. ſup. ſæp.* & ideo hujus *tit.* uſus fere nullus eſt.

Ut lite pend. nih. innov.

Tit. XVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. lite pendente litigans non potuerit privari uſu poſſeſſionis, licet privativum privilegium à Principe impetratum ſit, facile ex natura, ſeu vulgari effectu litis pendent. colligitur. Reliqua de portatione crucis apud Reformatos inutilia ſunt. Si *c.* 2. accipiatur de tertio, puta fiſco, recte Moribus applicari poteſt, ſed ſi accipiatur de altero conjuge, fruſtra quæri videtur, an pendente lite ſuper ſeparatione matrimonii prohibitum ſit carnale commercium, cum pacifica corporis commixtio videatur ipſam litem tollere, aut ipſa lis videatur impedire conjunctionem corporis, ut *lat. ad* §. 7. *Inſt. de ſuſpect. tut. & alib.* In locum rei litigioſæ ita alienatæ, ut recuperari non poſſit, ſubſtituitur æquivalens, quæ erit ejuſdem juris, cujus fuit alienata. *c.* 3. & 4. Plura de alienatione rei litigioſæ videre licet in *noſtr. ad tit. D. de litigioſ.* Quoniam privilegia non debeant explicari in præjudicium tertii, ut *dict. ad l.* 3. *D. de conſtit. Princip.* ideo jure meritoque in *c. ult.* lis decidenda eſt ſecundum jura, quæ fuerunt tempore controverſiæ, non vero ſecundum privilegium lite pendente impetratum, in quo de litis pendentia nulla mentio facta erat.

De ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.

Tit. XVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. ſequeſtratio male fuerit decreta, hæc eſt; quia continentia cauſæ fuit diviſa. Cæterum per ſe quoque omnem ſequeſtrationem, præſertim eam, quæ facta eſt loco miſſionis in poſſeſſ. bon. illicitam eſſe, multis rationibus probatur in *l. un. C. de prohib. ſequeſtr. pecun.* Unde nec immerito in *d. c.* 1. ſequeſtrum revocatur oblata cautione, & expenſis reſtitutis. Illam miſſionem in poſſeſſ. cuſtodiæ cauſa ob contumaciam adverſarii, de qua *c.* 2. hodie in uſu non eſſe, notavi *ſup. aliquot.* Sed quoniam in aliis cauſis poſſeſſio aliquando adjudicatur, reſervata quęſtione de proprietate, poſſet *d. c.* uſum habere in fructibus, cum poſſeſſio oblata cautione intra annum reſtituenda ſit. Ex eadem ratione fructus in *c.* 3. ſequeſtrandi dicuntur, qui poſt appellationem diſſipationem metuunt, de quib. *lat. ad l.* 21. §. *ult. D. de appellat.* Sane ſi poſſeſſio alicui adjudicata eſt cum facultate percipiendi fructus (vulgo vocant **met de recreance**) nulla ſequeſtratio admittenda eſt, de qua lat. ad *l. fin. C. de edict. Div. Hadr. toll.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De confeſſis.

Tit. XVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. ne quidem ad confeſſionem ſacerdotis alii puniri poſſint, addita eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l. ult. C. de accuſat. & inſcript.* ſed infamatus ſe purgare tenetur. An ille qui de ſe crimen confeſſus eſt, ſtatim puniri poſſit, dixi *lat. ad l.* 23. *§. ult. D. ad l. Aquil.* Male ergo in *c.* 2. deponitur tanquam ſimoniacus, qui ſimpliciter confeſſus eſt, ſe magnam vim accepiſſe pecuniæ pro conſenſu præſtando, niſi de confeſſione conſtiterit. Confeſſio etiam in jure facta, ſed per errorem, nocere non debet, præſertim ſi ante ſententiam demonſtretur. *c.* 3. Plura de confeſſ. videre licet in *noſtr. ad h. t. D. & C.*

De probationibus.

Tit. XIX.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. nemo teneatur documenta in medium proferre, quæ contra ſe probant, data à nobis eſt ad *l. nimis grave* 7. *C. de teſtib.* ubi tamen ſimul cenſuram in *d. c.* 1. ſtrinxiſſe videmur. Magis, inquam, habenda eſt ratio veritatis, quam ſubtilitatis. Recte tamen à pontifice Alexandro in *c.* 2. reprobatam eſſe conſuetudinem, qua actori ſoleat juramentum deferri, licet plene probaſſet, pluribus probavi in *not. & diſp. ad l.* 38. *D. de jurejur.* Ratio, cur in *c.* 3. probatio poſſeſſoris præferenda ſit æquali probationi actoris, addita eſt *ibid.* Reliqua vel excuſſa vel excutienda ſunt *alib.* Minor tamen probatio eſt mariti, qui in *c.* 4. juramento aſſeruit, ſe uxorem cognoviſſe, ſi uxor contrarium juravit, aut jurare parata eſt cum teſtimonio ſept. mulier. quæ virginitatem aſſerunt. An tamen certæ virginitats notæ dentur, ipſi Medici dubitant. Adde *c.* 14. *h. t.* Ratio, cur in *c.* 5. membra alicujus collegii vel univerſitatis poſſint teſtari ad commodum univerſitatis, hæc videtur; quia nihil aliud ſunt, quàm teſtes domeſtici, qui in primis audiendi ſunt, ut *dict. ad l.* 24. *D. de teſtib.* Deinde *d. c.* 5. teſtes non tam ad commodum capituli, quam contra falſum inſtrumentum, de quo *nos lat. ad l.* 1. *C. de teſtib.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Probatio teſtium, quorum teſtimonia publicata ſunt, præfertur alii ſingulari etiam in cauſa matrimonii. *d. c.* 6. ſed ut alibi dixi ſæpius, non tam formalitates attendendæ ſunt, quam veritates, præſertim in cauſa matrimonii confirmandi aut adjuvandi. Sane in quæſt. de quinto gradu conſanguinitatis, de quo *d. c.* 6. nulli teſtes ad impediendum admittendi videntur, ut in *decret. Grat. dict. ſæp.* Qui per literas ordinarii probatur excommunicatus, non poteſt eſſe procurator. *c.* 7. Ratio eſt, quia procurator ſaltem jure Canon, debet eſſe homo bonæ exiſtimationis, ut *lat. ad. l.* 1. *D. de procurat.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 8. extinguatur fideicommiſſum vel ſubſtitutio, ſi gravatus quidem mortuus ſit ſine liberis, ſed ingreſſus monaſterium? Utique monaſterium non poteſt habere rationem filii vel filiæ, aut ſaltem teſtator non præſumitur de illis liberis cogitaſſe. Minorem quoque 25. ann. contra ingreſſum & contra *d. c.* reſtituendum eſſe, plurib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

probavi ad *tit. D. de min.* 25. *ann. in integr. reſt.* Summa ratione in *c.* 9. reſcriptum eſt, ut in interd. retin. poſſeſſ. ille præferatur, qui probavit antiquiorem poſſeſſionem, ut *lat. ad* §. 4. *Inſtit. de interdict.* Sane teſtes, qui ſibimet in ſuis teſtimoniis contradicunt, vel qui ſingulares ſunt in dictis teſtim. ſuor. minus probant, quam alii concordes. *d. c. verſ. Quanquam autem, &c.* Sic plures probant teſtes, qui numero plures ſunt, & qui aptiora negotio & vero proximiora in ſuis teſtimoniis expreſſerunt. *verſ. Ex promiſſ.*

Ad c. 10. & ſeqq.

Ratio, cur in caſu *d. c.* 10. filius videatur probatus filius, licet pater vel mater poſtea juret contrarium, addita eſt *ibid. in fin.* de qua *nos lat. ad l.* 6. D. *de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* Judex non probat legitimum modum proceſſus, niſi per legitima documenta, quæ in *c.* 21. enarrantur. Hodie in pluribus Curiis aut Tribunalibus adhiberi Secretarium, qui acta judicialia adnotare ſolet, cuilibet notum eſt, ſed ei vix plenam fidem tribuendam eſſe, notavi *alib. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 12. affirmativa probatio præferatur negativæ, data eſt ad *l.* 22. *C. h. t. & alib. ſæp.* Fines imperii probantur, ut in *c.* 13. ubi quæ ſingula non proſunt, collecta proſunt, de quo *lat. ad h. t. Dig. & Cod.* Excuſſio *c.* 14. facta videri poteſt in *noſtr. ad c.* 4. Ratio, cur in *c. ult.* acta litis ordinatoria coram primo judice fidem ſeu probationem faciant, ſaltem præſumptive, ut ſupra coram judice ſecundo, facile colligitur ex autorit. rei judic. *l.* 207. *de reg. jur.*

De teſtib. & atteſt.

Tit. XX.

Cap. 1. ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. teſtis debeat eſſe jejunus, vix ſolida dari poteſt, & ideo ſcripſit *Gloſſ.* hoc tantum ex honeſtate requiri, ut *nos lat. ad cauſ.* 22. *q.* 5. *cap.* 16. Reliqua requiſita excuſſa ſunt in *noſtr. ad h. t.* D. *& C.* Ratio, cur in *c.* 2. receptio teſtium nulla ſit, quæ facta eſt contra non citatum, intermixta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 18. *C. de fid. inſtrum.* Quicunque de cauſa aliquid ſcire præſumitur, poteſt ad teſtimonium evocari. *c.* 3. Plura de mulieris teſtimonio videre licet in *noſtr. ad cauſ.* 33. *q.* 5. *c. mulier.* 17. An & quatenus ergo *d. c.* 3. conveniat cum aliis capit. nihil attendo. Ad correptionem vel admonitionem fraternam probandam ipſa perſona principalis læſa admititur. *c.* 4. Sane ad denuntiandum facile quis admittitur, ſed Eccleſia vel Curia non poteſt plene jndicare, niſi ex ore duorum vel trium teſtium, & ſic intellige *Matth.* 18. *v.* 16. *& ſeqq.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Formula jurandi circa cauſam conſanguinitatis, quæ eſt in *d. c.* 5. rationi naturali conveniens eſt, ut *nos lat. prob. ad h. t.* D. *&* C. Qualis autem gradus conſanguinitatis ſeparationem matrimonii inducat, dixi haud ſemel *alib.* Nemo poteſt ſimul eſſe procurator in cauſa & teſtis. *c.* 6. An & quando alias collegæ in cauſa collegii teſtari poſſint, dixi ad *c.* 5. *tit. præced.* Ratio, cur in *c.* 7. licita fuerit appellatio, poſtquam rejecta erat juſta exceptio contra teteſtem, nota eſt cuilibet ex *l.* 1. D. *de appell.* Teſtis, qui commode ve-

nire non poteſt, examinandus eſt domi ſuæ. *c.* 8. de quo *nos lat. ad l.* 15. *D. de jurejur. & ad l. pen. C. eod.* Ratio, cur in *c.* 9. ſententia retractanda ſit, quæ lata eſt ad dicta teſtimonia corruptorum teſtium, adjecta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad h. t. D. & C. & alib.* Unius teſtimonium non ſufficit ad condemnandum. *c.* 10. *& c.* 23. An & quatenus ſocius criminis teſtari poſſit, de quo etiam *d. c.* 10. dixi *ſup. ſæp.* Atteſtationes in hoc judicio legitimæ factæ fidem faciunt in altero judicio. *c.* 11. quod probatur *arg. l. res jud.* 207. *de reg. jur.* Quomodo *c.* 12. quod de clericis, aliis collegis adplicari poſſit, notavi ad *d. c.* 6. *h. t.*

Ad c. 13. & ſeqq.

Teſtis jam convictus de crimine repellitur à teſtimonio, licet antea non fuerit convictus. *d. c.* 13. de cujus ratione *lat. ad c. teſtimon.* 54. *& alib.* Tantane ſanctitas clericorum, ut nullus laicus in *c.* 14. poſſit teſtari contra clericum? Vide *not. noſtr. ad cauſ.* 2. *q.* 7. Rectius productiones teſtium, de quib. *c.* 15. *&* 55. relinqui arbitrio judicis, notavi ad *auth. qui ſemel C. de probat.* ad quam etiam reſpicit. *d. c.* 15. Concordanda ſunt teſtium dicta, maxime ob pœnam perjurii evitandam. *c.* 16. Novi teſtes & veteres novum juramentum præſtare tenentur, ſi poſt appellationem nova emerſerint capitula. *c.* 17. An etiam ſuper veteri cauſa judicata novos teſtes producere liceat, petita ſaltem reſtitutione in integr. contra renuntiationem productiones, ſignificavi ad *d. auth. & alib.* Cum juramentum turpe non ſit obligatorum, recte in *c.* 18. teſtis compellitur ad teſtimonium, licet juraverit, ſe non dicturum teſtimonium. Publicatio vel renuntiatio teſtium ſuper hoc vel illo articulo non præjudicat productioni teſtium in aliis articulis. *c.* 19. Ut judicia, ſic etiam teſtimonia debent procedere, & ideo in *c.* 20. repellitur à teſtimonio, qui laborat eodem morbo, quo laborat ille, pro quo producitur.

Ad c. 21. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 21. Chriſtianus contra judæum teſtis produci poſſit, interjecta eſt *ibid.* ſed proprior data eſt *ſup. ſæp.* ad *d. c.* 20. *& alib.* Nimis quoque crudelem eſſe pænam anathematis in *d. c.* 21. quis quæſo non animadvertit? Ratio, cur in *c.* 22. matris teſtimonium ſuſpectum ſit, quando agitur de fide, quæ data eſſet filiæ ad matrimonium, addita eſt *ibid.* Sed ſi agatur de cauſa conſanguinitatis, mater magmam inducit præſumptionem ad impediendum matrimonium, non vero diſſolvendum, niſi plurium juramento adjuvetur. *d. c.* 22. Ratio, cur in *c.* 23. duo vel tres teſtes requirantur, maxime in cauſa judæi, adjecta eſt *ibid.* An & quatenus judæus contra Chriſtianum teſtis admittendus videatur, dixi *alib.* Quam fidem mereantur teſtes de familia producti, de quib. *c.* 24. dixi ad *l. pen.* D. *h. t.* Sane ad ſeparationē iſtius matrimonii, de quo in *d. c.* agitur, nullo modo admittendi ſunt, ut *lat. ad cauſ.* 35. *q.* 4. *per tot.* & *alib.* Cnm veritatis cauſa magis ſpectandi ſit, quam cauſa ſubtilitatis, ut *ſup. dict. ſæp.* cur in *c.* 25. non licet ſuper eod. capit. producere teſtes, qui poſt renuntiationem productionis demum inventi ſunt? Vide *c.* 31. 35. *& not. noſtr. ad d. c.* 17. Sane ſi poſt publicationem teſtium, imo poſt ſententiam judicis, ut explicant *cap.* 26. licet producere teſtes ad priores convincendos de falſo, cur non etiam ad contrarium probandum ſuper eodem capitulo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 27. & ſeqq.

Ex multis præſumptionibus & fama probatur copula aut ſimilis actus. *d. c.* 27. de quo *nos lat. ad l.* 3. D. *h. t.* Si in *c.* 28. duo vel tres teſtes prævaleant teſtimonio unius judicis, cur ſecus in Papa Romano? Vide *not. noſtr. ad l.* 9. *C. h. t.* Ratio, cur in *c.* 29. teſtis ſuper except. dilat. inductus non teneatur teſtari ſuper cauſa principali, addita eſt *ibid.* ſed quæ ratio, cur ſecus ſit, ſi agatur ad exceptionem peremptoriam probandam? Videtur hæc eſſe, quia per except. peremptor. ipſa principalis cauſa perimitur. An & quando hęc vel illa objici poſſit, dixi *lat. ad l.* 8. *& ult. C. de except.* Ratio, cur in *c.* 30. teſtes producti coram certis judicibus non poſſint ad eundem effectum produci coram aliis judicib. hæc à *Gloſſ.* data eſt, quia teſtificata præſumuntur nota. Sane ſi atteſtationes ponamus publicatas, res extra dubium eſt. Tres exceptiones, quæ ſunt in *c.* 31. confirmant meam ſententiam, qua ſtatui, teſtes audiendos eſſe etiam poſt publicationem atteſtationum, ut *ſup. ad c.* 25. *& inf. ad c.* 38. Major numerus teſtium vincit minorem, ſi teſtes ſunt ejusdem honeſtatis. *c.* 32. de quo *nos lat. ad l.* 1. *C. de teſtib.* Si laici & fœminæ in *c.* 33. admittantur ad teſtimonia, quando agitur de irregularitate vel impedimento alicujus Electi, cur non etiam in cauſis aliis? Ratio, cur in *d. c.* teſtes ſingulares, vel teſtes de auditu & fama non mereantur plenam fidem, dixi ad *l.* 3. *D. h. t.*

Ad c. 34. & ſeqq.

Hodie non tantum in cauſa libertat. Eccleſ. de qua *d. c.* 34. teſtes produci poſſe (maxime ſenes & valetudinarios) contra contumacem, licet lis nec dum conteſtata ſit, notavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in caſu *c.* 35. adverſarius admittatur ad probandum contrarium, etſi publicatio atteſtationum jam facta ſit, hæc additur; quia ſuper contraria probatione hactenus inſtrui non potuit, ſed qualis hæc exceptio, cum nunquam alias quæſtio habeat locum, niſi in caſu defectus, vel quando novi demum teſtes poſt renuntiat. product. reperti ſunt. An & quando quarta productio teſtium, de qua potiſſimum agit *c.* 36. poſſit indulgeri, ſignificavi *ſup. & ad auth. atqui ſemel C. de probat.* An & quando multitudo teſtium poſſit coërceri, de quo etiam *d. c.* 36. *& ſeqq.* dixi ad *l.* 1. §. *ult. de teſtib.* Ab interlocutoria hodie in Belgio regulariter non admitti appellationem, dixi ad *tit. de appellat.* An & quatenus ſuſpenſo judicio petitorio, liceat convolare ad poſſeſſorium, de quo etiam *d. c.* 36. dixi ad *l.* 24. *D. de rei vind.* Quomodo & qualiter examinandi ſint teſtes, & quomodo puniendi illi, qui teſtimonia impediunt, de quib. *d. c.* 37. dixi *itid. ſup. ſæp. & ad h. t.* D. *&* C. *& alib.* Male in *d. c.* 37. certum numerum teſtium præſcribi, notavi ad *d. l.* 1. §. *ult.* D. *h. t.*

Ad c. 38. & ſeqq.

Si publicatione teſtium non obſtante ſuper cauſa incidenti vel ſummaria, iidem teſtes vel alii ſuper iisdem capitulis, vel tota cauſa produci poſſunt. *d. c.* 38. cur ſecus in genere, vel ſecus in *c.* 25. *h. t.*? Si religioſi aut monachi non admittantur ad teſtimonia, niſi juraverint, ſe veritatem dicturos. *c.* 39. cur ſecus eſt in epiſcopis? Vide *not. noſtr. ad tit. Inſt. &* Dig. *qui ſatisd. cog. & ad l.* 9. *C. h. t.* An juramentum calumniæ remitti poſſit, ſignificavi ad *tit. C. de juram. calumn.* Propter defectum teſtis judex poteſt removeri, ut poſſit te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

teſtificari it cauſa, in qua judex datus erat *c.* 4. ubi & ratio adjecta eſt. Ratio, cur in caſu *c.* 41. teſtes recipiantur & publicentur (ſcilicet ante lit. conteſtat.) intermixta eſt *ibid.* de qua *lat. ſup. ad c. quon.* 5. *ut lit. non conteſt.* Ratio, cur in *c.* 42. teſtes etiam antiqui produci poſſint poſt publicationem, ſubjecta eſt *ibid.* de qua *lat. ad d. c.* 25. *h. t.* Ne pereat ſententia ſemel pronuntiata, haud immerito in *c.* 43. recipiuntur & publicantur teſtes, qui ſententię interfuerunt. Propter diverſum agendi modum ſuper eodem articulo teſtes iterum produci poſſunt. *c.* 44. ut etiam *dict. ad d. c.* 38. Sane in criminalibus non habet locum hæc exceptio, quia partes teſtificata didicerunt, teſte *Gloſſ. ad d. c.* 44. Sed quæ ratio, cur ſecus ſit in cauſis civilibus?

Ad c. 45. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 45. teſtes non teneantur illo juramento, quo jurarunt, ſe veritati non dicturos teſtimonium, data eſt ad *c.* 18. *h. t.* Qua pœna videantur puniendi illi, qui dictiones teſtium impediunt, de quib. & *d. c.* 45. ſignificavi *ſup. aliquot.* Sane excommunicationis pœnam duram eſſe, quis non animadvertit? Ratio, cur in caſu *c.* 46. teſtes ſuper antiquis articulis produci poſſint, addita eſt *ibid.* Sed proprior à nobis data videtur ad *d. c.* 25. *h. t.* Sex illa, quæ reſpiciunt perſonam teſtium, & ſex, quæ reſpiciunt dicta in *c.* 47. excuſſa ſunt à nobis *ſup. ſæp.* Teſtes de auditu male in totum rejici, dixi aliquot. ad *h. t.* D. *&* C. Sane ſi dolo vel negligentia examinatoris factum eſt, ut teſtes non ſint accurate examinati, haud dubie denuo poſſunt etiam poſt publicationem produci. *c.* 48. Ratio, cur in *c.* 49. non liceat reprobare teſtes reprobatorios reprobatoriorum, ſubjecta eſt *ibid.* ſed quæ hodie vix attenditur, cum ſint in uſu **ſolutien ende contra ſolutien**/ &c. Recte in *c.* 50. adjectum eſſe, ut teſtes recepti coram arbitro etiam poſt publicationem teſtimon. produci poſſint, ſi ſcilicet juſta cauſa ſubſit, dixi *ſup. ſæp.* Reliqua *d. c.* 50. excuſſa ſunt in *noſtr. ad l. ult. C. h. t.*

Ad c. 51. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 51. nequidem religioſo teſti credatur ſine juramento prævio, ſignificata eſt ad *c.* 39. *h. t.* Ratio, cur in *c.* 25. teſtes ſigillatim examinandi ſint, præſertim in cauſis gravioribus, poteſt vel ex ſolo hauriri exemplo Daniel. de quo & *ſup.* Iterum ex officio judicis examinandus, qui obſcure depoſuit. *c.* 53. An & quatenus criminis reus, de quo *c.* 54. poſſit admitti ad teſtimonium, dixi ad *h. t.* D. *&* C. Sane neminem in totum ab omni teſtimonio repellendum eſſe, ut ſaltem aliquo modo de veritate conſtare poſſit, dixi *itid. ad dd. tit.* ſed uni plus, alteri minus credendum eſt, prout leviori vel graviori delicto notatus eſt. Excuſſio *c.* 55. facta videtur in *noſtr. ad c.* 15. *h. t.* Male accuſatum in *c. ult.* plane removeri ab omni atteſtatione, notavi ad *d. c.* 54.

De teſtib. cogend. vel non cog.

Tit. XXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus cauſa matrimonii, de qua *d. c.* 1. pertineat ad Senat. Eccleſ. ſignificavi *ſup. tot.* Summa tamen ex *d. c.* hæc eſto: monendi ſunt teſtes, ne occultent veritatem, & ſi vel odio vel gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

gratia retineantur, compellendi ſunt. Sed nec pœna excommunicationis, nec ſuſpenſionis, de qua in *c.* 2. metuenda eſt, licet teſtes non venerint, ut *ſup. notat. ſæp.* Etiam in cauſis criminalibus compelli poſſunt, ſed **by ghyſelinge**/ &c. ut ad *tit. D. de teſtib. & ſup. ſignificat. ſæp.* licet etiam criminaliter agatur, de quo *lat. ad c.* 10. Sane illi, quos accuſatus malitioſe ſubſtraxit accuſatori, compellendi ſunt. *c.* 4. Idem eſt, inquit pontifex in *c.* 5. etiam in criminali, ſi res aliter probari non poteſt. Hæc, inquam, exceptio fruſtra adjicitur, cum quæſtio non habeat locum, niſi in caſu, quando teſtes deficiunt. Quod jus ſcriptum & conſuetudo adprobant, id in cauſa teſtium vel ſimili ſequendum eſt. *c.* 6.

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in prima parte *d. c.* 7. teſtis, qui juratus depoſuit teſtimonium coram ordinario, non teneatur jurare coram delegato, data eſt *ſup. ſæp.* Ratio, cur in ſecunda parte ob ſupervenientem infamiam removeri poſſit, data eſt *itid. ſup. ſæp.* Ratio, cur in tertia parte poſſit errorem corrigere, præſertim in continenti, hæc vulgaris eſt; quia nihil magis hominis proprium eſt, quam poſſe errare, & toti mortalitati convitium facit, qui erranti probabilem errorem exprobat. Etiam in cauſa inquiſitionis teſtes cogendi ſunt. *c.* 8. & in criminali, ſi teſtes vel ex odio vel timore ſe ſubſtrahant. *c.* 9. cui tamen manifeſte videtur contradicere *c. ſeq.* 10. Ut ut ſit, hoc certum eſt de jure Divino & Moribus, quod teſtes in cauſis criminalibus, etiamſi criminaliter agatur, cogantur veritati dicere teſtimonium. Sed nec cenſuram iſtam Eccleſiaſticam, cum potius ad judices ſeculares pertineat, apud Reformatos receptam non eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c. ult.* non obſtante juramento teſtes compellendi ſint ad detegendam conjurationem, allegata etiam eſt *ſup. ſæp.*

De fide inſtrument.

Tit. XXII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. inſtrumento exemplari (vulgo **de copy**) non credatur, niſi oſtendatur originale ſeu authenticum, hæc eſt; quia exemplar ſeu copia etiam authenticata plerumq; fit vel per unum Secretarium aut Notarium, cui plena fides minime debetur, ut à nobis *notat. ſæp. ad h. t. D. &C.* Sigillum authenticum, de quo *c.* 2. meretur quidem fidem præſumptive, ſed plenam vel abſolutam mereri non debet, cum in ore duorum vel trium omnis veritas ſtare debeat, non vero unius, licet præſidiali fulgeat dignitate. *Deut.* 19. *& d. c.* 47. *de teſtib.* Ratio, cur in *c.* 3. raſura non vitiet inſtrumentum, intermixta eſt *ibid.* Inſtrumentum ſeu privilegium, quod dicitur falſum, tradendum eſt ad inſpiciendum, ſed in loco congruo & ſecuro. *c.* 4. Numerum teſtium, de quo *d. c.* rectius relinqui arbitrio judicis, *notat. eſt ſup. ſæp.* Sufficit ſi hoc deſcribatur ex inſtrumento, quod ad capitulum controverſum pertinet. *c.* 5. niſi tamen cauſæ qualitas aliter ſuadeat.

Ad c. 6. & ſeqq.

Variæ ſummæ ſeu doctrinæ ex *d. c.* 6. quod de monaſter. & inſtrument. pontific. erui poſſunt. Prima & geralis hæc eſto: Sigillum, cujus literæ vix legi poſſunt, nequaquam plenam fidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

fidem facit. Secunda hæc eſto: ad probationem proprietatis non facit plene probatio locutionis. Tertia hæc eſto; cum obſcura ſint jura partium, receptum eſt, ut contra eum judicetur, qui petitor fuit. Literæ per ſubrept. vel obrept. impetratæ etiam à Superiori non valent. *c. 7.* Reſcriptum ſeu inſtrumentum Principis, quod juri communi conſonans eſt, etiam in caſu dubio ſequendum eſt, diſſonans explicandum ab ipſo Principe, qui præſcripſit. *c.* 8. de quo *lat. ad l. ult. C. de legib.* Si in *c. 9.* liceat producere inſtrumenta etiam poſt publicat. atteſtat. uſque ad ſententiam, cur ſecus eſt in teſtibus? Scilicet antequam tamen in cauſa concluſum fuit. Qua fronte quoque, quave ratione adprobat pontifex conſuetudinem, quæ admittit inſtrumentum, quod ab una perſona etiam Regia conſcriptum vel adprobatum eſt? Vide *not. noſtr. ad l. 9. C. de teſtib.* Vulgaris ſumma *c.* 10. hæc eſt: falſitas inſtrumenti, vel aliud quid, quod inſtrumento deeſt, probari per teſtes poteſt, ſed nobis hæc magis arridet, quod ſcilicet nullum inſtrumentum tanti debeat eſſe momenti, ut non poſſit trium vel plurium teſtium depoſitione convinci, de quo *& ſup. ut lat. ad l. 1. C. de teſtib.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 11. omiſſio alicujus literæ non vitiet reſcriptum, modo conſtet de voluntate reſcribentis, cuilibet nota eſt, & data jam ad *c.* 11. *de reſcript. & alib. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 12. detur appellatio, ſi judex petenti denegavit edition. inſtrum. commun. data eſt *ſæp. ad tit. de appell.* Ratio, cur in *c.* 13. ſcripturæ contrariæ ab eodem auctore productæ fidem non faciant, adjecta eſt *ibid.* quæ ex ipſa rei natura confirmatur aut adjuvatur. An & quando inſtrumento debiti, de quo *c.* 14. credendum ſit, dixi ad *l. un. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* Auctoritate ordinarii judicis acta incepta poſſunt & debent redigi in formam publicam, ut habeant firmitatem perpetuam. *c.* 15. ſed ſemper requiro præſentiam duorum vel trium teſtium, & ſic intellige *cap. ult.* quod alias cenſura dignum & cum aliis ſuperiorib. pugnans declarandum eſt. Sed & ipſam praxin omnino damnandam eſſe dixi, quæ unicuique perſonæ publicæ credit, dum quid refert aut teſtatur, quod officii ſui functionem reſpicit.

De præſumptionibus.

Tit. XXIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio cur in *d. c.* 1. ille, qui fraudulenrer nocuit, præſumatur malo animo nocuiſſe, licet dixerit, ſe joco feciſſe, hæc eſt; quia proteſtatio ipſi actui contraria non excuſat, & noxius aut reus præſumitur, qui mittit lanceas aut ſagittas in mortem alicujus. Vide *adnot. ad Proverb.* 36. *verſ.* 18. *& ſeq.* An tamen ex violenta præſumptione ſententia ferri poſſit definitiva, arbitrio judicis relinquendum videtur, qui non temere, præſertim in cauſis criminalibus, ſententiam ex præſumptionibus pronuntiare debet, ut *lat. ad l. 5. D. de pæn. & ad l. ult. C. de probat.* Sane exemplum Salomonis, de quo *c.* 2. plane ſingulare eſt, quum dictus Rex ſapientiæ vel ex ſpeciali revelatione, vel ex ſingulari judicio præſumpſerit. 1. *Reg.* 3. Opera ejus præſumuntur recta, qui in juventute ſtuduit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

duit virtuti. *c.* 3. Intima per mores cognoſcimus exteriores, niſi tamen contrarium probetur. Vide *not. ad v.* 11. *Proverb.* 20. *& not. noſtr. ad l.* 12. §. 2. *D. de tut. & curat. dat. ab his &c.* Præſumitur contra illum, qui dilationibus ſe judicio ſubſtrahit. *c.* 4. Præſumitur quis unum affirmare, ſi ex duobus illatis alterum negat. *c.* 5. quod tamen longe petitum videtur ex reſponſo Chriſti. *v.* 49. *Joan.* 8.;

Ad c. 6. & ſeqq.

Ex vita præcedente præſumitur de ſubſequente, vel ex præteritis præſumitur de futuris. *d. c.* 6. *&* 9. Qui vicior eſt, præſumitur accuratius cognoviſſe. *c.* 7. & quod notum eſt in loco remotiori, multo magis præſumitur notum in proximiore. *c.* 8. Excuſſio *c.* 9. facta videtur ad *d. c.* 6. ſed vix colligi poteſt ex *Hoſ.* 8. *v.* 12. Quod præſumitur non veriſimile, ejus contrarium non facile admittendum eſt, ſed manifeſtius probandum. *c.* 10. Ratio, cur in *c.* 11. mulier cogenda ſit ad matrimonium agnoſcendum, expreſſa eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 6. *D. de his qui ſunt ſui vel alien.* Copula carnalis præſumitur ex variis ſignis & indiciis. *c.* 12. *& ſeqq.* ſed ut verum fatear, dura hæc eſt prẹſumptio, quam DD. vocant præſumptionem juris & de jure, quæque contrariam probationem non admittit, ut *lat. ad h. t. D. & C.* Si propter vehementem probationem non debeat quis condemnari de gravi crimine. *c.* 14. cur ſecus de crimine fornicationis in *d. c.* 12.? Qui tamẽ fuit in juventute continens, etiam præſumitur continens in ſenectute, pręſertim ſi literatus ſit & de graviore crimine non veriſimili accuſatus. *c.* 14. Quilibet præſumitur bonus, maxime ſi in ſtatu Eccleſiaſtico ſit conſtitutus. *c. ult.*

De jurejurando.

Tit. XXIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Jusjurandum, quod turpitudinem continet, relaxandum eſt. *d. c.* 1. ſed ſuper uſuris præſtitum in *d. c.* omnino jure Divino ſervandum eſt, ut *lat. ad tit. de uſur.* juramentum nefaſta coactione extortum non valet. *c.* 2. An tamen juramentum metu expreſſum ſervandum ſit, dixi ad *auth. Sacram. pub. C. ſi adverſ. vendit.* Juramentum non violat, qui non implet, dum alter non implet, cujus reſpectu juratum eſt. *c.* 3. ſcilicet frangenti fidem fides frangatur eidem. *c.* 29. §. 1. *h. t.* An & quando juramentum liceat mutare in melius, de quo etiam *d. c.* 3. dixi *inf. ſæp.* Formula juramenti, quæ in *c.* 4. præſcribitur epiſcopis, hodie in Belgio confœderato non ſervari, quis tam peregrinus in dicto Belgio, qui hoc ignorat? Uſus *c.* 5. nullus eſt, ut *not. ad c. ult. q.* 5. *cauſ.* 22. poſſet tamen adplicari illis, qui juramentum præſtant, quando ſuſcipiunt adminiſtrationem officii, ut fidelius adminiſtrent. Duplici cenſura dignum eſt *c.* 6. Prima eſt ob liberationem uſurar. quæ omnino ſolvendæ ſunt, ſi promiſſæ ſunt, ut *lat. ad tit. de uſur.* Secunda eſt, quia *d. c.* concedit repetitionem uſurarum, licet quis caverit ſe ſoluturum & ſolverit. Scilicet juravit quidem ſe ſoluturum, & ideo ſolvere tenetur, ſed non juravit, ſe non repetiturum. Hæc, inquam, deciſio continet deriſionem Dei Opt. Max. ut *Covar. & Alii ad d. c.* 6.

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 7. debitor, qui juravit, ſe nullum gravamen ſuper pignore illaturum, non poſſit compen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſare fructus in ſortem, hæc eſt; quia objectio compenſationis gravamen eſt, quod pendente ſolutioue debiti fieri non poteſt ob generalitatem juramenti. Recte profecto in *c.* 8. reſcriptum eſt, quod jusjurandum metu extortum ſervandum ſit, licet Romana Eccleſia conſueverit à tali juramento abſolvere. Rationes vide in *not. noſtr. ad l.* 1. *& auth. ſeq. C. ſi adverſ. vendit.* Eccleſiaſticus ab ingreſſu Eccleſiæ coërcendus eſt, qui non ſervat ſuum juramentum. *c.* 9. *&* 10. Juramentum poſterius, præſertim ſi majori ratione adjuvetur, præfertur priori. *c.* 11. ſed perjurus tamen ab Eccleſia removetur. *d. c. in fin.* Epiſcopi ob perjurium gravius puniendi ſunt, quam alii. *c.* 12. ubi & ratio adjecta eſt, quæ coincidit cum illo vulgari: omne animi vitium &c. Juramentum rationi aut humanitati contrarium eſt illicitum & pœna dignum §. 1, *d. c.* Reformatis illud juramentum, quo quis in *c.* 13. abjuravit clauſtrum vel monaſterium, minime videri temerarium, notavi *ſup. aliquot.*

Ad c. 14. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 14. agit de prælatis, nihil ad Belgas confæd. pertinet, ſed poteſt aliis dominis adplicari, quibus vaſalus juravit fidelitatem. Tranſit autem hoc jurameutum ad heredes vaſalli, cum hoc omnino actum videatur. Item vaſallus debet ſucceſſoribus domini fidelitatem, licet non juraverit, de quo lat. ad *Lib. feud.* Si in *c.* 15. juramentum vi vel metu extortum eſt obligatorium, & tranſgreſſores iſtius juramenti ſint puniendi, quo jure ergo pontifices Romani abſolvunt? Plures rationes indicavi ad *d. c.* 8. Ratio, cur in caſu *c.* 16. juramentum non ſit obligatorium, haud obſcura eſt in ipſo *cap.* de qua *nos lat. ad* §. 10. *Inſtit. mand. & l.* 1. §. *pen. D. de ſeparat. & l. ult. C. de non num. pecun.* Qui juravit Eccleſiam tueri, fit perjurus, ſi requiſitus tueri recuſat, nec appellatio admittitur. *c.* 17. Quamvis puniendus ſit, qui juravit licitum, cum putaret, ſe juraſſe quid illicitum, tamen jusjurandum ſervandum eſt. *c.* 18. ubi jusjurandum etiam ignoranter præſtitum ſervandum eſt, modo aliquo licito modo obſervari poſſit. Sed cur ergo ſecus in juramento metu extorto *c.* 8. *&* 15.? Reliqua de abſolutione juramenti inutilia apud Nos eſſe notavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 19. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 19. jusjurandum non valeat in præjudicium ſuperioris, hæc eſt: quia jusjurandum ſano ſenſu accipiendum eſt, ut *ſup. dict. ſæp.* & ideo in caſu dubio auctoritas majoris excepta videtur. Quinimo nec prejudicat Superiori, licet jurans hoc conatus ſit, cum nemo de jure alterius diſponere queat. Eadem eſt ratio, cur in *c. ſeq.* 20. non obſtante juramento uſuræ repeti poſſint, cum de illo caſu de novo & præter opinionem emergente in dicto jurameuto nihil ſit dictum, nihil cogitatum, de quo *nos lat. ad l.* 19. *D. de reb. credit. & in cap.* 21. ubi etiam juramentum generale non extenditur ultra mentem jurantis, & ideo præſtitum intelligitur ſalva juris obſervantia, contra quam temerarium dicitur. *d. c.* 21. Juramentum ei præſtitum, cui non debetur, illicitum eſt, eique præſtandum, cui debetur. *c.* 22. Rurſus actus agentium recte in *c.* 23. non extenduntur extra illorum intentionem, vel jusjurandum cum ſano ſenſu accipitur, & ideo in *d. c.* non tenetur parere præcepto illicito, licet juraverit, ſe mandato pariturum. Ratio, cur in caſu *c.* 24. juramentum non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

non ſit obligatorium, addita eſt *ibid.* ſed proprior hæc videtur; quia turpe eſt tale juramentum, quo conjuges jurarunt ſe mutuo non petituros, ſed adulterium commiſſum non video.

Ad c. 25. & ſeq.

Ratio, cur in *d. c.* 25. is, qui juravit, ſe contracturum matrimonium cum aliqua muliere, non teneatur ſtare juramento, ſi illa mulier poſtea fornicata ſit, addita eſt *ibid.* & allegata *ſupra à nob. ſæp.* Sed quæ ratio, cur in *d. c.* non teneatur ſtare juramento, ſi ſupervenerit deformitas? Utique illa conditio vix ſubintellecta videtur, præſertim ſi ſponſalia fuerunt de præſenti, vel ſi copula intercesſcerat. Vide *diſp. noſtr. ad tit. D. de ſponſalib.* Ratio, cur in caſu §. 1. juramentum videatur temerarium, imo nullum & turpe, quando maritus juravit, ſe nunquam uxorem ob aliquod ſcelus accuſaturum eſſe, data eſt *ſup. aliquot.* Sane qui juravit, ſe nunquam de adulterio accuſaturum, ille etiam contra *d.* §. non poteſt denuntiare, cum denuntiatio ſit pars accuſationis, aut ſaltem præparatorium quid accuſat. inſtit. Sæpe tamen turpe quid promittitur (quod ſcilicet à natura non eſt turpe, ſed civiliter) ſed turpius quid committitur, ſi promiſſum non ſervaretur, ut dixi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Et ſic intellige loca *Levit.* 18. & *Matth.* 18. quæ in *d.* §. indicantur. Ratio, cur in *c.* 26. religioſi, vel ipſi Epiſcopi aut Paſtores Eccleſiæ jurare poſſint, cum neceſſitas exigat, data eſt varia in *d. c.* Et quamvis non liceat jurare per creaturas aut Sanctos, tamen ſi juratum eſt, jusjurandum ſervandum eſt. *d. c.* de quo *nos lat. ad h. t. D. & C.* Collegas alicujus Collegii interdum pro collegio teſtari poſſe, dixi *ſæp. ad tit. de teſtib. & alib.*

Ad c. 27. & ſeqq.

Juramenta contra utilitatem Eccleſiaſticam (ſcilicet veram & moralem) præſtita non obligant. *d. c.* 27. de quo *nos ſup. & inf. lat.* Omne jusjurandum, quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ. *d. c.* 28. & *d. c.* 8. *h. t.* & *c.* 2. *de jurejur. in* 6. quæ maxime procedunt, ſi juramentum non vergit in præjudicium tertii, & quando quis renuntiavit favori, qui ex civili ratione principaliter in privatum bonum jurantis conceſſus erat. *d. c.* 28. Scilicet ſæpe quid ex bono civili indultum aut introductum eſt, quod tamen ceſſat, ſi quis ei juramento renuntiavit, ut *nos lat. ad auth. Sacram. puber. C. ſi adverſ. vendit. ad tit.* D. *de donat. int. vir. & uxor. & alib. ſæp.* Juramentum tamen extortum abſolutione dignum eſt. *c.* 29. de cujus cenſura *nos lat. ad d. auth.* Excuſſio §. 1. facta eſt in *noſtr ad c.* 3. *h. t.* Apoſtolus dixit, ſervus ſuo domino ſtat aut cadit ergo clericus non tenetur laicis præſtare juramentum fidelitatis. *c.* 30. Si quis tamen verum ſenſum Pauli deſiderat, poteſt adire Interpreres ad *Rom.* 14. *v.* 4.

Ad c. 31. & ſeqq.

An & quatenus juramentum extortum ſervandum ſit, & quatenus non extendatur ultra cogitata, præſertim contra jura Eccleſiæ, de quib. *d. c.* 31. dixi *ſup. aliquot.* An & quando judex poſſit deferre juramentum, ſi aliter de veritate cauſæ conſtare non poſſit, de quo caſu. *c.* 32. dixi *itid. ſup. ſæp.* & *ad l.* 3. *C. h. t.* Ratio, cur in *c.* 33. non obſtet juramentum, quo minus alienatio revocari poſſit, haud obſcura eſt ex ipſo *d. c.* & data *ſup. ſæp.* Ratio, cur in caſu *c.* 34. mulier relinquatur ſuæ conſcientiæ, addita eſt *ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ibid. ſed quæ non ſatisfacit, cum mulier ſine ſcrupulo alii nubere poſſit, ſi ſponſus ſuam fidem datam non ſervat. Quo jure etiam mulieri actrici poteſt deferri jusjurandum ſuppletorium? Vide *not. & repet. noſtr. ad d. l.* 3. *C. h. t.* Juramentum non extenditur ad illa, ſuper quibus juratum non eſt. *c.* 35. de quo *ſup. ſæp.* Ratio, cur in prima parte *c. ult. pr.* judici regulariter parendum ſit, præſertim ſi reo jusjurandum detulerit, cuilibet obvia eſt, de qua *nos lat. ad l. fin.* §. 2. *C. h. t.* Ratio, cur in ſecunda parte *d. pr.* jusjurandum parti per partem in judicio delatum referri poſſit, eſt in *l. manif.* 38. *D. h. t.* Sed quæ ratio, cur in tertia parte *d. pr.* reus non poſſit referre in actione famoſa? Nobis hæc videtur; quia reus plerumque gravatus eſt præſumptionibus, quibus ſe purgare tenetur. *Exod.* 22. *v.* 11. Sane actori in §. 1. *d. c.* male deferri jusjurandum, cum actor non debeat judex conſtitui in propria cauſa, pluribus probavi ad *l.* 31. D. *h. t. & l.* 3. *C. eod.* Reliqna *d.* §. excuſſa ſunt ad *l.* 4. C. *de edend.*

De exceptionibus.

Tit. XXV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. teſtis de crimine convictus juſta exceptione repellatur, adjecta eſt *ibid.* Sed quæ ratio, cur de crimine non puniatur? Illa etiam intermixta eſt *ibid.* ſed proprior, ſaltem in fiſco, qui nova perſona eſt, & ideo nova opus habet ſententia, ut *nos lat. ad tit. de accuſat.* Hodie privatam accuſationem, de qua *c.* 2. ſaltem in foro ſeculari apud Belgas reformatos in uſu non eſſe, notavi ad *d. tit.* D. & C. *de accuſat. & inſcript.* Si *d. c.* accipiatur de dilationibus, vix ipſa major excommunicatio dilationem inhibere poteſt, cum per eam rei veritarem inveſtigare liceat. Male excipit de pluritate benefic. qui ipſe plura poſſidet. *c.* 3. vel qui ſimili laborat impedimento, male illud alii objicit. Rectius, qnam in *c.* 4. exceptiones dilatorias relinqui arbitrio judicis, aut certum quidem illis terminum præſcribi poſſe ſub pœna, ſed ſalvis ipſis exceptionibus, notavi *ſæp. ad h. t.* D. & C. Sane probabilem ignorantiam admittendam eſſe, apparet ex ipſis verbis finalib. *d. c.* Quæ ratio tanti momenti eſt, ut exceptio dilatoria etiam poſt lit. conteſtat. admittenda videatur, licet Moribus omnes except. ante lit. conteſtat. opponendæ ſint, paucis exceptis, de quib. *lat. ad dd. tit.* D. & C. Ratio, cur in *c.* 5. excommunicatus excipere & appellare poſſit, ſatis bona expreſſa eſt *ibid.* Sed minus ſufficiens allegata eſt, cur idem excommunicatus non poſſit adverſarium reconvenire ſaltem per procuratorem, de quo *nos lat. ad l.* 22. §. 5. D. *mand. & alib.* Juſtitia cuilibet petenti adminiſtranda eſt, etiam bipedum nequiſſimo, qui juſtam cauſam habet. *Exod.* 23. *Deut.* 27.

Ad c. 6. & ſeqq

Ratio, cur in *d. c.* 6. excipiens non videatur fateri ea, quæ forſan in exceptione includuntur, haud obſcura eſt in ipſo *d. c.* & regula juris eſt, qui exceptione utitur, non videtur confiteri de jure adverſarii. Ratio, cur in *d. c.* 6. exceptio falſi etiam poſt ſententiam opponi poſſit, data eſt à nobis ad *l.* 24. C. *de procurat.* Exceptio, quæ ob vocationem extra terminum

jus dicentis admittenda eſt, rejecta parit appellationem, ſed judex appellationis de except. non vero de cauſa principali cognoſcere poteſt. *c.* 7. Alii ſummant alit. ut videre eſt apud *Gloſſ. ad d. c.* 7. Si excommunicatus in *c.* 8. non poteſt repelli replicat. excommunicat. quando excipit pro defenſione Eccleſiæ, cur etiam non poteſt agere vel reconvenire in alia juſta cauſa? Vide *not. noſtr. ad d. c.* 5. *h. t.* Ordinatio Eccleſiæ non debet impediri per quaſlibet exceptiones. *c.* 9. Alii alit. Ratio, cur in *c.* 10. non obſtante exceptione excommunicationis reſcriptum appellationis valeat, partim in *d. c.* expreſſa eſt, & partim ad *d.* 5. *h. t.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Si exceptio excommunicationis in *d. c.* 11. nec appellationem, nec ejus proſecutionem impedire poteſt, cur ergo excommunicatus non poſſet etiam ab initio jungi partibus actoris? Sed hoc ſingulare eſt, inquit *Gloſſ.* & Summat. ad *d. c.* Sed quæ ratio ſingularitatis? Vide *noſtra ad d. c.* 5. Quo jure ergo judex in *c. ſeq.* 12. repellet excommunicatum, vel reus condemnabitur in expenſas, ſi exceptionem excommunicationis actori non objecerit? Scilicet qui à fidelium communione excluſus eſt, non debet coram fidelibus agere, præſertim in foro Eccleſiaſtico; vel ut loquitur *Gloſſ.* ne quis cum periculo animæ excommunicato communicare cogatur. Ratio, cur in caſu *c.* 13. exceptio rei jud. non obſtet, hæc eſt; quia reus ſimpliciter fuerat abſolutus. Plura de except. rei jud. deque ejus requiſitis videre licet ad *tit. D. de except. rei jud.* Ratio, cur in *c. fin.* exceptio excommunicationis non obſtet, licet de excommuncatione in reſcripto appellationis mentio facta non fuerit, data eſt ad *d. c.* 10.

De præſcriptionibus.

Tit. XXVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Quamvis *d. c.* 1. quod de præſcriptione epiſcopi contra epiſcopnm, poſſet adplicari Paſtoribus noſtris, attamen uſum non haberet, cum præſcriptio triennii non ſervetur, imo nulla ſervanda ſit, præſertim in Eccleſia, cujus jus non temere auferri poteſt, ut *nos lat. ad tit. de uſucap. & præſcript.* In rebus invaſis vel vi occupatis nec jure Civili, nec jure Canon. præſcriptio procedit, *c.* 2. An & quatenus bona Eccleſiæ ſint pauperum, de quib. & *d. c.* dixi *alib. ſæp.* Si nihil cum ſcandalo faciendum eſt. *d. c. pr.* quo jure in *c.* 3. Eccleſia præſcribit rem privati intra 30. ann.? Qua conſcientia, (cui ſtudendum eſſe, paſſim inculcant pontifices) retinebit Eccleſia, quod poſt præſcriptionem 30. vel 40. annor. *c.* 4. intellexit alterius eſſe? Si poſſeſſor malæ fidei non præſcribit. *c.* 5. qua fide quis retinebit ut proprium, quod poſtea intellexit alienum eſſe? Sed objicit pontifex in *c.* 6. jure Divino & humano melior eſt conditio poſſidentis, & ideo ſaltem quadragenalis præſcriptio admittenda eſt. Sed hanc rationem ineptam eſſe, quis non animadvertit? In caſu dubio quidem aliquid infert, ſed in caſu certo, ubi dominus manifeſte probat rem eſſe ſuam, domino res ſua reſtituenda eſt. Si quis tamen contendat, negligentiam aut longam ignorantiam omnino mulctandam eſſe, nullus refragor in pœna pecuniaria, ſed ipſa res, præſertim magni pretii, ob levem culpam

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

non temere dominio ſuo auferenda eſt. Servanda, inquam, eſt proportio inter delictum & pœnam, ne violetur juſtitia diſtributiva.

Ad c. 7. & ſeqq.

Si laici in *d. c.* 7. non poſſunt præſcribere Eccleſiaſtica, qua fronte poſſunt Eccleſiaſtici præſcribere res privatorum? vel laici res laicorum? Sane interruptio impedit præſcriptionem etiam 40. annor. *c.* 8. Fines imperii ſecularis non præſcribuntur, ut notavi ad *h. t. Inſt.* Dig. *& Cod.* & tamen fines Eccleſiaſtici præſcribuntur. *c.* 9. excepta tamen præſcriptione, quæ facta eſt tempore hoſtilitatis. *c.* 10. Procurationes quoque, quæ debentur legatis & nuntiis ſed. Apoſt. præſcribi non poſſunt. *c.* 11. Sed quæ ratio differentiæ? Quod omnibus imminet, ab omnibus comprobandum eſt. Ejuſdem notæ ratio eſt in *c.* 12. membra non debent recedere à capite, ergo nec ſubditus præſcribit obedientiam prælati. Aut ſi dictæ rationes aliquam vim probandi habeant, nobis argumento ſunt pro ſententia ſupra allegata. Jura Eccleſ. Roman. non præſcribuntur, niſi ſpatio cent. annor. *c.* 13. *& ſeq.* Sed in *d. c.* 8. erat præſcriptio 40. annor. Ex hac mutatione temporum etiam argumentum deſumi poteſt, quod præſcriptio per ſe ſit defraudatio, ut vocatur in *pr. Inſt. de uſucap.* quam ſolum tempus tollere non poteſt.

Ad c. 15. & ſeqq.

Si in præſcriptione etiam cent. ann. ſubducendum eſt tempus ſchiſmatis & tempus, quo vacavit Eccleſia. *d. c.* 14. *&* 15. cur non etiam tempus, quo dominus ignoravit, rem ſuam poſſideri ab alio? Si viſitationes Superiorum non præſcribantur. *c.* 16. cur præſcribuntur res aliæ, præſertim Eccleſiaſticæ? Si ille, qui ab initio alieno nomine poſſidet, vel mala fide poſſidet, non præſcribit *c.* 17. cur præſcribit, qui poſtea accepit, ſe non eſſe dominum? Sane jus præſcriptum in uno, ſtatim intelligitur præſcriptum in altero. *c.* 18. nec præſcriptione uti poteſt, qui contra eam impetravit privilegium. *c.* 19. Quanquam in *c. ult.* ille locus Sacræ Scripturæ, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, nihil ad rem faciat, & licet etiam jure Civili forſan non requiratur bona fides in præſcript. 30. vel 40. ann. tamen juſte pontifex in *d. c.* voluit, ut nulla præſcriptio procedat abſque bona fide, ne quis in mortale peccatum incidat. Scio quidem Canoniſtas *d. c. fin.* accipere de præſcriptione necdum impleta, in qua præſcribens in nulla temporis parte habuit rei alienæ conſcientiam, ſed nec hoc me latet, neminem illorum hanc ſolvere conſequentiam poſſe, ſi ei mortale peccatum metuendum eſt, qui in ipſo præſcriptionis curſu vel ſemel fuit in mala fide, ergo & ei metuendum, qui poſt præſcriptionem in mala fide eſſe cœpit. Plures Ration. & Auct. pro hac noſtra opinione videre licet in *not. & diſp. noſtr. ad h. t. Inſt. Dig. & Cod.*

De ſentent. & re judic.

Tit. XXVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. non opus ſit appellare à ſententia, quæ contra leges pronuntiata eſt, data à nobis eſt cum uſu ad *l.* 1. §. 2. *D. quæ ſent. ſin. appell. reſc.* An & quatenus canones vel Eccleſ. Rom vel Reform. obligent, notavi *ſæp. ad decret. Grat.* Æquitati & rigori conveniens eſt, ut

lites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

lites quam primum terminentur. *c.* 2. de quo *nos lat. ad l. properand.* 13. *C. de judic.* Sacerdos concordi ſententia ſacerdotum ſubmovendus eſt, niſi juſta cauſa ſubſit. *c.* 3. Interdum ſacerdotes, puta ſeditioſos aut ſimiles, etiam per Magiſtratus removeri poſſe, *notat. ad decret. Grat. ſæp.* Quod papa in *c.* 4. de ſe prædicat, poteſt applicari Synodo, quæ approbat vel improbat quæ juſte vel injuſte in Claſſib. definita ſunt. An & quatenus judex ad exequendum datus, de quo *c.* 5. poſſit admittere exceptionem fraudis, ſeu nullitatis, dixi ad *l. ſi præt.* 75. *D. de judic.* Ratio, cur in *c.* 6. non ſufficiat tradere pignora, hæc eſt; quia ſententia judicis eſt de poſſeſſione tradenda. Sententia Eccleſiæ non legitime lata præſertim ad diſſolvendum matrimonium, removeri debet. *c.* 7. Vulgaris ſumma, ſed longe petita, hæc eſt: ſententia lata contra matrimonium nunquam tranſit in rem judicat. & ideo revocatur, ſi de errore conſtet. Sed ſi ita eſt in cauſa matrimonii, cur ſecus eſt in aliis cauſis ſimilibus?

Ad c. 8. & ſeqq.

Nulla ſententia præjudicat veritati aut legi, licet iniqua conſuetudine nitatur. *d. c.* 8. Quinimo ſententia nulla eſt, quæ manifeſte iniqua eſt. *c.* 9. Hodie quidem in foro noſtro nullitates vix in uſu ſunt, ſed Jus Canon. omnino hic retinendum eſt, ut *lat. ad tit. D. quæ ſent. ſin. app. reſc.* Saltem per Superiorem iniqua ſententia retractatur, licet cauſa commiſſa fuerit appellatione remota. *d. c.* 9. Summa *c.* 10. hæc eſt: ſententia lata contra abſentem non contra contumacem (præſertim in cauſa matrimonii) minime tenet, & citra appellationem reſcinditur. Recte profecto, ſi liquido de abſentia non contumace conſtet. Illam conpaternitatem vel commaternitatem, de qua *c.* 11. nequaquam inferre impedimentum nuptiarum, atque adeo apud Reformatos recte rejectam eſſe, notavi *ſup. & inf. ſæp.* Sententia etiam à ſupremo Magiſtratu lata non tenet, ſi de ſubreptione conſtet. *c.* 12. Valet tamen ſententia, à qua intra 10. dies non eſt appellatum, licet pronuntiata ſit contra jus litigatoris. *c.* 13. de quo *nos lat. ad tit. D. quand. appelland.* Sententia etiam contra ipſum actorem lata confirmanda eſt, licet allegentur quædam atteſtationes de forma præſcripta non ſervata. *c.* 14. Recte illud tempus quadrimeſtre arctandum vel prolongandum ſtatuit pontifex in *c.* 15. cum ſæpe juſta cauſa ſubeſſe poſſit, quæ hoc ſuadeat, ut *nos lat. ad l. ult. C. de uſur. rei jud. & l.* 2. *D. de re jud.*

Ad c. 26. & ſeqq.

Sententia lata probatur per teſtes, licet de cauſa nihil depoſuerint. *d. c.* 16. ubi & ratio intermixta eſt. Ratio, cur in *c.* 17. tertius ab eadem ſententia appellare poſſit, licet quoad ipſum condemnatum confirmata ſit aut confirmari poſſit, adjecta eſt *ibid.* Citatus ad ſententiam recte condemnatur, ſi non comparuit, donec tamen cauſam abſentiæ judici ignotam poſtea probaverit, aut iniquitatem ipſius ſententiæ. *c.* 18. Ratio, cur in *c.* 19. papa regulariter in ſententiis, quas profert, debeat ſervare ordinem juris & vigorem æquitatis, addita eſt *ibid.* ſed miſere neglecta in multis *capit. anteced. & conſequentib.* Ratio, cur in *c.* 20. ſecunda ſententia teneat, etiamſi prima prolata fuiſſet, addita hæc eſt; quia lites non debent reſtaurari ſub prætextu novorum inſtrumentorum

torum. Sed illam rationem minime attendendam eſſe, quando conſtat de iniquitate ſententiæ, conſtat & ex *præced. capit.* & ex *noſtr. ad l. Div. Had.* 33. *D. de re jud. & ad l. ſub præt.* 19. *C. de tranſact.*

Ad c. 21. & ſeqq.

Summa vulgaris ex *d. c.* 21. hæc eſt: tenet ſententia contra privilegium oſtenſum vel non oſtenſum; ſi ab ea non fuerit appellatum vel ſupplicatum. Sed quomodo hæc ſumma ſeu doctrina convenit cum *præced.* Per me quidem licet, ut ſtatuatur aliqua pœna in eos, qui non appellarunt, vel privilegia ſua non produxerunt. Si papæ non fiat præjudicium, ut notavit *Gloſſ. ad d. c.* 21. quo jure ipſi veritati aut bono juri competenti? Si ſententia, à qua fuit appellatum, recte retractetur, ſi teſtes in prima inſtantia fuerint conſpiratores. *c.* 11. cur ſecus, ſi per alia inſtrumenta rei veritas oſtendatur? Papa in *c.* 23. famam reſtituit, cum revera nulla injuria facta ſit, licet ſententia infamiam irrogaverit. Quin ob ſolum defectum juriſdictionis vel ordinis ſententia retractatur in *c.* 24. & de novo principalis cauſa agitatur. *d. c.* 24. Ratio, cur in *c.* 25. res inter alios judicata aliis noceat, hæc eſt; quia qui patitur litigare alium, cui tantum ſecundo loco competebat actio, facile ſententiam futuram adprobaſſe videtur. Adde *not. noſtr. ad tit. C. quib. res jud. non noc.* Ratio, cur in primo membro *c. ult.* ſententia teneat pro reo, hæc videtur; quia regulariter cauſa rei in caſu dubio favorabilior eſt, quam actoris. *l. favorab.* 125. *de reg. jur. & c. ex liter.* 3. *ſup. de probat.* Sed cur in *d. c. fin.* ſecus eſt, ſi diverſæ ſententiæ à duobus delegatis judicibus pronuntiatæ ſint? vel cur neutra ſententia in *fin d. c.* valeat, ſi arbitri contraria arbitrati ſunt? Forſan probabilis ratio hæc eſt; quia ex natura negotii hoc facile actum eſt, ut delegati in caſu diſcordiæ adirent delegantem, & compromittentes neutram ſententiam arbitrorum adprobare viderentur, ſi contrariæ forent. Alias ration. videre licet apud *Gloß. ad d. c. ult.*

De appellat. recuſat. & relat.

Tit. XXVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. collatio ſit ipſo jure nulla, quæ poſt appellationem facta eſt, data eſt *ſup. ad tit. D. appell. interp. nihil innov.* Ratio, cur in *c.* 2. & 18. generalis appellatio non valeat, hæc videtur; quia non videtur ſeria, dum cauſæ præſenti non eſt conveniens. Ratio, cur in *c.* 3. non detur appellatio à ſimplici correctione, hæc eſt; quia talis correctio non eſt proprie ſententia. Alia allegata eſt in *d. c.* 3. Ratio, cur in *c.* 4. priori ſententiæ ſtandum ſit, quando appellans terminum appellationis non ſervavit, hæc eſt; quia facile videtur prius judicatum confirmaſſe. Mallem tamen aut non eſſe certum terminum, aut duntaxat ſub pœna pecuniaria fiſco applicanda, ut *notat. ſup. ſæp.* Et ſic intellige *c.* 5. quod annum vel biennium proſecutioni appellationis præſcribit, ſed nec moderamen judicis excludit, nec *c.* 8. reſtitutionem in integr. An & quatenus canones recte permittant appellare extra judicium, vel quando detur appellatio à ſententia interlocutoria, dixi *ſup. & inf. & alib. ſæp.* Manifeſtus raptor vel detentor non appellat. §. 1. *d. c.* 5. quod tamen periculoſe ſe fundat in facto Apoſtoli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

1. *Corinth.* 5. Interim recte pontifex contra praxin admittit appellationem in criminalibus, ut *nos lat. ad l.* 6. D. *h. t.* Ratio, cur in *c.* 6. appellans poſſit ex alia cauſa conveniri coram eodem judice, à quo appellavit, data eſt à nobis ad *tit.* D. *eum qui appell. in prov. def.* Si *c.* 7. applicetur appellationi, quæ facta eſt ad Synodum, vel alium judicem Superiorem, nullus video, quo jure ſubſiſtat appellatio, quæ ordine neglecto facta eſt ad Superiorem, ut *alib. lat.* Sane Morib. Belg. confœd. contra §. 1. *d. c.* nullo modo à judice civili licet appellare ad Synodum vel Claſſem vel Conſiſtorium, ut *ſup. lat.* Quia ipſe papa ſibi contrarius eſt, dum temporalem jurisdictionem aſſumit, qui tantum ſpiritualem prætendit.

Ad c. 8. & ſeqq.

Impotentia ſeu alia juſta cauſa concedit reſtit. in integr. licet appellans appellationen intra biennium non ſit proſequutus. *d. c.* 8. de quo *nos lat. ad l.* 1. D. *ex quib. cauſ. major. in integr. reſtit.* & *ad tit.* D. & C. *de appellat.* & *ſeqq.* Ratio, cur in *c.* 9. & 15. appellatio ad Superiorem non teneat, ſi citatio jam facta ſit ad judicem delegatum, hæc dari ſolet; quia citatio perpetuat jurisdictionem, ſeu facit præventionem. Sed quomodo papa poteſt videri omnium judex ordinarius, cum ipſe ordinem ſubalternum adprobaverit? Sane Synodi noſtræ hanc hierarchiam non prætendunt. De evocat. dixi ad *l. judic.* 58. D. *de judic.* Ratio, cur in *pr. c.* 10. appellatione facta ſuper exceptione ſuperſedendum ſit exceptioni, vel de exceptione judex primæ inſtantiæ non poſſit cognoſcere, data eſt *ſup. ſæp.* Sed quæ ratio, cur in ſecundo caſu *d. c.* etiam ſuperſedendum ſit cauſæ principali? Dixerim, unius deciſionem hic dependere à deciſione alterius, ſive verba finalia *d. pr.* accipiamus de utraque cauſa, ſcilicet & principali & incidenti, ſive de principali tantum? Metuenda, inquam, exceptio prędicii, de qua *nos lat. ad l.* 16. D. *de except.* Ratio, cur in caſu §. 1. appellatio non ſuſpendat ſententiam, hæc videtur; quia exceptio falſi ibi vel notorie falſa fuit. *arg. c.* 13. *h. t.* vel oppoſita poſt lit. conteſt. ut vult *Gloſ. ad d.* §.

Ad c. 11. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 11. liceat appellare etiam in minoribus ſeu levioribus cauſis, hæc eſt; quia juſtitia non conſiſtit in quantitate, ſed in qualitate, vel quia nemini deneganda eſt defenſio in re minima. Unde etiam jure Divino appellatio in genere conceditur, ut *nos lat. ad l.* 4. D. *de in integr. reſtit.* Ut cauſa appellationis debet eſſe rationabilis, ita & recuſationis. *c.* 12. Ratio, cur in *d. c.* jure Canon. liceat appellare à qualibet ſententia interlocutoria, vel ante lit. finit. aut conteſt. ſignificata eſt *ſup. ſæp.* In notorio crimine non admittitur appellatio. *c.* 13. & *ſeqq.* Reliqua *dd. cap.* inutilia & cenſura digna eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Excuſſio *c.* 15. facta videri poteſt ad *d. c.* 9. *h. t.* niſi quis & hanc ſummam *Gloſſ.* deſideret: nemo de ſua malitia commodum reportare debet, vel appellationi non eſt deferendum, quæ ex fraude vel malitia proficiſcitur. Cum appellatio ſuſpendat totam cauſam, mirum non eſt, cur in *c.* 16. excommunicatus pendente appellatione poſſit divina celebrare. Tutius tamen ſuſpenderetur ob ſcandalum evitandum, cum omnis ſententia judicis aliquam præſumptionem adferat. Alias judex in *c.* 17. recte reformat poſſeſſionem turbatam. *tot. tit. de app.*

interpre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

interp. nih. innov. Excuſſio *c.* 18. facta videtur in *noſtr. ad d. c. 2. h. t.* Appellatio frivola non excuſat à pœna contemptus, qui ſuperiori factus eſt. *c.* 19. Prætextu appellationis non licet venire contra ſuum juramentum *c.* 20. *& ſeq.* ubi etiam reducitur ad ſententiam, à qua abſolutus erat, quia mandatum ſuſceptum non impleverat, de quo *nos lat. ad tit. mand.*

Ad c. 22. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 22. appellans poſſit puniri ab ipſo ordinario, à quo appellavit, ſi vel pendente appellatione delictum commiſerit, vel etiam ante appellationem, addita eſt *ibid.* Sed proprior videtur; quia appellatio non tollit jurisdictionem, quæ ob delictum competit. *c.* 24. *h. t.* Qui ipſe non recipit appellationem, vel non defert appellationi, non poteſt alii objicere appellationem, præſertim adverſario, & in eadem vel ſimili cauſa. *c.* 23. Fruſtra, inquam, quis implorat auxilium legis, qni facit contra legem. *l.* 37. *D. de min.* 25. *ann. & c.* 42. Ratio, cur in *c.* 24. appellans ab ordinario in una cauſa teneatur tamen reſpondere in alia, data eſt *ſup. ad d. c.* 22. niſi tamen jndex ille ordinarius ſuſpectus ſit. *d. c.* 24. Sane ſi reus manifeſte convictus eſt, judex non temere ſuſpectus dici debet. *d. c. in fin.* Appellatio non tenet in illis, quæ dilationem non patiuntur. *c.* 25. Reliqua *d. c.* de abſolutione ſufficiente apud Reformatos nullum uſum habent. Subditus non poteſt propter ſimplicem diſciplinam appellare. *c.* 26. Reliqua de modo excommnnicationis excuſſa ſunt *ſup. ſæp.*

Ad c. 27. & ſeqq.

Appellans non proſequens appellat. poteſt compelli, ut vel proſequatur, vel pareat ſententiæ. *d. c.* 27. ſed quid opus compellere, cum termino appellationis elapſo liceat procedere in cauſa principali? Vide *c.* 33. *h. t.* Reliqua de judice ſuſpecto *alib.* Hinc fruſtra in *c.* 28. terminus ad appellationem proſequendam ſtatuitur, cum ipſa lex ſtatuat. *d. c.* 5. quamvis per me liceat, ut ſalvum tamen maneat arbitrium judicis, quo re nata coarctat, vel prorogat. Appellatio, quę eſt contra decreta Eccleſię vel contra leges & ſtatuta Superiorum, non eſt recipienda. *c.* 26. *&* 32. Mirum eſt, cur in *c.* 30. ſola nuntii miſſio ad papam faciat appellationem licitam, ne delegatus procedat. Sane nec papam, nec Synodos noſtras omnium ordinarium judicem eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Puniri tamen poteſt *arg. c.* 31. qui non detulit appellationi, quæ legitime ad Synodum facta eſt. Scilicet in noſtris Eccleſiis appellatur primum à Conſiſtorio ad Claſſem, & à Claſſe ad Synodum, ut dixi *ſæp. ad decret. Grat.* Excuſſio *c.* 32. facta eſt in *noſtr. ad d. c.* 29. Excuſſio *c.* 33. facta eſt ad *d. c.* 27. *& ſeq.* Submiſſio, qua quis ſe ſubmittit Superiori, ſpecies appellationis videri poteſt. *c.* 34.

Ad c. 35. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 35. cauſa non poſſit remittit ad judicem, à quo appellatum eſt, quamdiu appellatio necdum juſtificata eſt, hæc dari poteſt; quia judex primæ inſtantiæ per pronuntiationem ſententiæ deſiit eſſe judex. *l. judex* 55. *D de re jud.* niſi tamen partes conſentiant. *d. c.* 35. Ratio, cur in *c.* 36. judex delegatus recuſari poſſit, licet datus fuerit cum clauſula appellat. remot. data eſt *ſup. ſæp. ex l.* 1. 6. *C. de jud.* Inconcinna profecto eſt comparatio in *c.* 37. cnm utriuſque diverſa ſit ratio, ut cuilibet præjudicii experti apparet. Cæterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

recte ab interdicto ſeu levi cenſura non datur appellatio, ut *ſup. ſæp.* Injuſta appellatio recte rejicitur, & appellans recte ad priorem judicem remittitur. *c.* 38. Ratio, cur in *c.* 39. appellans rurſus à judice gravatus, ad quem redierat, poſſit appellare, prima deſertione appellationis non obſtante, hæc eſt; quia quilibet gravatus ſententia judicis appellare poteſt. *l.* 1. D. *h. t.* Sententia excommunicationis vel deportationis ſub conditione pronuntiata ſuſpenditur, ſi ante conditionis eventum fuerit appellatum. *c.* 40. cujus ratio vulgaris eſt ex *tot. tit.* D. *appell. interp. nihil innovand.* & ideo miror, cur *Gloſſ.* deciſionem *d. c.* dixerit ſubtilem.

Ad c. 41. & ſeqq.

Ratio, cur in *pr. d. c.* 41. appellatio videatur remota in aliis articulis, licet reſcriptum tantum in uno removeat appellationem, intermixta eſt *ibid.* Sed quæ nobis vix ſatisfacit, cum excluſio unius ſoleat eſſe incluſio alterius, & non temere debeat videri prohibita appellatio, quæ eſt ſpecies defenſionis nemini denegandæ. *d. l.* 1. *D. h. t.* Cauſa ſuſpicionis proponenda eſt coram judice, qui recuſatur, ſed probanda eſt coram arbitro §. 1. *d. c.* 41. *& c.* 61. *pr.* de quo *nos lat. ad l.* 16. *C. de judic.* Excuſſio *c.* 42. facta videri debet in *noſtr. ad d. c.* 23. *h. t.* Merus executor non patitur appellationem, niſi modum excedat, vel non receditur à judice ſuſpecto per appellationem. *c.* 43. Poſtquam appellatio recepta eſt & terminum ad eam proſequendam conſtitutus eſt, citatio peremptoria facta cenſetur, atque adeo contra abſentem procedere licet. *c.* 44. Sic judex ex officio procedere poteſt in *c.* 45. quando appellatio per negligentiam appellantis deſerta eſt. Sed mallem pœnam ſtatui pecuniariam, quam totum interitum appellationis, ob ration. allegat. *ſup. ſæp.*

Ad c. 46. & ſeqq.

Appellatio irrationabilis non infirmat confirmatum vel electum, ſed poteſt tamen ſalva poſſeſſione accuſari vel denuntiari, ſi cauſa ſubſit. *d. c.* 46. Ratio, cur in *c.* 47. libere appellare liceat, quando locus non ſatis tutus partib. aſſignatus eſt, licet etiam delegatio facta ſit appellatione remota, hæc eſt; quia hæc conditio facile ſubintelligitur, nec remotio appellationis ad talem cauſam reſpicit. Licite quoque appellat reus in *c.* 48. *& ſeq.* quia juſta ejus exceptio rejecta fuerat. Judex inferior, vel judex à quo non poteſt terminum præſcribere ad determinandam appellationem, nec appellanti fit præjudicium, ſi per Principem fiat, quominus appellatio expediatur. *c.* 50. Hodie ne quidem à ſententia interlocutoria dari appellationem, niſi contineat gravamen irreparabile in cauſa principali, notavi *ſup. ſæp.* ergo multo minus in caſu *c.* 51. ubi quis extra judicium appellationem inſtituit, ne moleſtaretur in poſſeſſ. Superſunt interdicta & alia juris remedia ſimilia, de quib. *alib.* Nullus video, quomodo in *c.* 52. ſola itineris arreptio habeat vim appellationis, niſi ex alia cauſa appellatio impedita fuerit. Vide *noſtr ad d. c.* 30. *h. t.*

Ad c. 53. & ſeqq.

Appellatione remota in genere, intelligitur omnis remota, niſi expreſſe in jure conceſſa ſit. *d. c.* 53. qui ergo gravatus eſt per dictam clauſulam generalem, gravamen Superiori oſtendere debet. *d. c. in fin.* Cum appellatione interpoſita nihil innovandum ſit. *tot. tit. D. app. interp.* quo jure in §. 1. *d. c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

d. c. 53. excommunicatus denuntiari poteſt & ſpoliari beneficii reditibus? niſi dicamus quid ſpeciale eſſe in excommunicato, quod tamen Synodi noſtræ non admitterent. Appellationi renuntiare videtur appellans, quando appellationis cauſa comparuit coram judice, à quo appellatum eſt, licet etiam proteſtatus ſit, ſe non renuntiare appellationi, niſi tamen notorium ſit iſtum actum coram judice inferiore injuſtum eſſe. *c.* 54. Ut ut ſit de ſenſu *d. c.* hoc certum videtur ex jure Divino, quod non temere debeat denegari appellatio, ut *ſup. notat. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 55. ſententia excommunicationis poſt appellationem pronuntiata non valeat, & cur cauſa principalis cum acceſſoriis ad judicem appellat. delata videatur, data eſt *ſup. ſæp.* Quando Superior, puta Synodus vel Princeps cauſam ad ſe revocat, non valet proceſſus poſtea per inferiorem judicem factus. *c.* 56. de quo *nos lat. ad l.* 55. *D. de judic.*

Ad c. 57. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 57. literæ à Superiore impetratæ non valeant, quibus terminus appellat. ab homine conſtitutus abbreviari videbatur, addita eſt *ibid.* Ratio, cur tamen terminum juris prævenire liceat (practici vocant **een requeſt van anticipatie**) itidem interjecta eſt in *d. c.* ubi & illa ſubjecta eſt, cur judex appellationis interdum partes compellere poſſit ad appellationem perſequendam. Judex appellationis etiam principale negotium definire poteſt, ſi pars altera omnino contumax & abſens ſit, maxime ſi appellatum eſt poſt lit. conteſtat. *c.* 58. Recte *Gloſſ.* dixit *c.* 59. notabile eſſe, novaque dicta continere, quia & appellatio ante ſentent. præpoſtere concedi videtur, & fruſtra requiri, ut ratio appellationis reddatur coram judice, à quo appellatum eſt. Poſſet tamen fieri, ut ex juſta cauſa inſtituetur querela apud judicem Superiorem (Pragmatici vocant **requeſt antidotåel ofte prevention**) ſed proprie appellatio dicenda non eſt. Reliqua de miſſione nuntii excuſſa ſunt ad *d. c.* 30. Ceſſante cauſa appellationis ceſſat ipſa appellatio, & ideo in *c.* 60. poſſet judex procedere in principali cauſa, ſi gravamen, à quo appellatum eſt, revocaverit.

Ad c. 61. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 61. cauſa remittatur ad judicem Superiorem, haud obſcura eſt in *ipſo d. c.* Reliqua excuſſa ſunt ad *c.* 41. §. 1. *h. t.* Ratio, cur in §. 6. appellatio non admittatur in notoriis, expreſſa eſt *ibid.* Sed quæ ratio, cur in *d.* §. regulares non admittantur ad primum judicem, ſi non probaverint juſtam cauſam appellationis? Vel quæ ratio, cur non admittantur ad appellationem? Ratio, cur in caſu *c.* 62. licite appelletur, hæc eſt; quia judex in *d. c.* confeſſionem ſeu reſponſionem Advocati revocatam pro litis conteſtatione habuerat, vel male ratuum habuerat proceſſum à ſubdelegato ſubdelegatis factum. Sed non ſufficit demonſtraſſe, quod exceptio ſit rejecta, ſed neceſſum eſt docere, quod ob exceptionem non admiſſam appellatio inſtituta ſit. *c.* 63. Ratio, cur in *c.* 64. appellans condemnetur in expenſ. lit. hæc eſt; quia terminum ab ipſo præſcriptum non ſervaverat, ſed tantum miſerat procuratorem adimpetrandum & contradicendum. Sed quæ ratio, cur in *c.* 65. non admittatur tertia appellatio? Forſan peti poteſt ex *pr. d. c.* 59. de quo *nos lat. ad tit. Cod. ne lic. in un. ead. cauſ. tert. appell.* Gradatim appellandum eſt. *c.* 66. Sed temperat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Gloſſ. niſi quis ad papam appellaverit, quam limitationem nos ſupra rejecimus *ſæp.*

Ad c. 67. & ſeqq.

Ratio cur in *d. c.* 67. tutrix, vel quæ fuerat tutrix, poſſit appellare, haud obſcura eſt in *ipſo cap.* Ratio, cur in *c.* 68. coram judice ſuperiore edenda ſit parti conſulationis copia, hæc videtur; quia agitur de ejus præjudicio, & quia ipſe judex vix tuto reſpondere poteſt conſultationi, niſi & alteram partem audierit. An & quando Moribus admittantur dictæ conſultationes vel relationes, dixi ad *tit. D. & C. de app. & relat.* Ratio, cur in caſu *c.* 69. audiatur appellans etiam poſt annum, haud obſcura eſt in ipſo *d. c.* Sed hoc nobis argumentum confirmationis præbet, qui ſtatuimus, nunquam appellationem denegandam eſſe, licet pœna poſſit conſtitui pecuniaria, ſi præſcriptum tempus non ſervetur. Nos quoque contra *pr. c.* 70. juſtificationem appellationis coram judice appellationis, licet coram judice inferiore oblata ſit probatio, notavi *ſup. ſæp.* Satisfactum intelligitur judici appellationis, ſi appellans mittat procuratorem ad contradicendum, quando appellatio non eſt accepta. §. 1. Ratio, cur in §. 2. appellans poſſit invito appellato remitti ad judicem à quo, ſed ſub condemnatione impenſarum, data eſt *ſup. ſæp.* Appellationem diſcuti poſſe, licet pars adverſa abſens ſit per contumaciam, dictum eſt *itid. ſup. ſæp.*

Ad c. 71. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 71. clauſula illa, appellatione remota, reſpiciat præmiſſa, non vero ſequentia, facilis videtur ex ipſa veriſimili mente reſcribentis, ſi dicta clauſula in medio literarum poſita ſit, niſi repetita ſit in fin literar. *d. c.* de quo *lat. ad tit. D. à quib. app. non lic.* Ratio, cur in *c.* 72. appellatio unius proſit cæteris, qui eadem ſententia condemnati ſunt, quorumque cauſa communis eſt, facile ex ipſo jure ſocietatis deſumitur. Juſtus metus facit, ut appellare volens habeatur pro appellante, maxime ſi proteſtatus ſit. *c. ult.* cujus ratio data eſt *ſæp. ad tit. D. quod met. cauſ. geſt.* Utique non temere inhibenda eſt appellatio, & ideo ſæpius perſtringenda videntur præcedentia capit. quæ referunt cauſas, quæ appellatione remota commiſſæ fuerunt, ut *lat. add. tit. à quib. appell. non lic.*

De cleric. peregrin.

Tit. XXIX.

Cap. 1.

Quatenus *d. c.* 1. loquitur de clericis vel presbyteris peregrinantibus, nihil ad Belgas confœderatos pertinet, ſed poſſet tamen applicari illis, qui nullum aliud refugium habent, quam Synodum, aut aliud ſimile Tribunal ſupremum, ad quod, dum proficiſcuntur, nihil contra eos tentandum eſt. Adde *not. noſtr. ad c.* 52. *tit. præced. & not. ad l. ult. D. de tut. & curat. dat. ab his &c.*

De confirmat. util. vel inutil.

Tit XXX.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. & 2. loquuntur de confirmatione papæ Romani, nullum uſum apud Reformatos habere poſſunt, ut *notat. ſup. ſæp.* Sed quia Synodis vel ſupremis Curiis adplicari poſſunt, operæ pretium videtur, ſi ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſummas collegero. De cauſa, quam ſcilicet confirmavit Synodus vel Princeps, non poteſt judex inferior cognoſcere. *arg. d. c.* 1. *&* 2. niſi tamen illis ſubreptum ſit. *dd. cap.* vel appellanti malitioſe præventum *c.* 3. Symplex innovatio privilegii per ſe non confirmat privilegium, ſi nullum prius fuerit, nec novum inducit. *c.* 4. ubi etiam de præſcript. 100. annor. de qua *nos ſup. ad tit. de præſcript.* Nequaquam confirmatum videri debet, quod Princeps vel alius Supremus concedere conſuevit. *c.* 5. *&* 6. quorum reliqua ſunt propria religionis pontificiæ, quæ in Belgio reformato damnata ſunt. Male confirmatum recte retractatur. *c.* 7. Ergo nec ægre ferant pontifices ſequentis ſeculi aut ſequituri, quod & *nos* quandoque retractemus ſcripta pontificum, quæ vel jure communi, vel jure ſingulari confirmata ſunt contra formam juris, quod evidenter juſtum oſtendimus. Mens confirmantis ſpectanda eſt ex anteced. & ſeqentib. & ideo in *c.* 8. verbum *ſicut* &c. non conditionaliter, ſed cauſative accipitur, nec facile retractatur confirmatio, quæ ex certa ſcientia Superioris proceſſit. *d. c.* 8. Confirmatio non præſumitur præjudicare tertio, de quo nec dictum, nec cogitatum eſt. *c.* 9. Adde *Mareſ. animadverſ. in Ant. Cucch. lib.* 1. *tit.* 9. *Iuſt. jur. Can.*

DECRETALIUM EPISTOLARUM *GREGORII* LIBER TERTIUS.

DE VITA & HONEST. CLERICOR.

TIT. I.

Cap. 1. & ſeqq.

Illud diſcrimen inter clericos & laicos, quod ponitur in *d. c.* 1. ineptum eſſe, cum in Novo Teſtamento omnes fideles dicantur ſacerdotes. 1. *Petr.* 2. *v.* 9. *Apocal.* 1. 6. notavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* ſed nec aliud altare agnoſcimus, niſi ſolum Chriſtum, per quem Deo Patri ſpirituales hoſtias offerimus. *d. v.* 9. nec video quo jure in *d. c.* aliqua pars Eccleſiæ aut Templi poſſit dici Sanctum Sanctorum, cum hoc & ipſe Chriſtus ſit, aut Chriſti adventu abrogatum, ut *alib. lat.* Quæ ratio quoque, cur in *c.* 2. clerici aut ſacerdotes arma portantes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tantes excommunicandi ſint? Vide *not. noſtr. ad c.* 5. *q. ult.cauſ.*23. Quæ ratio, cur in *d.c.* clerici vel laici uſurarii excommunicatione digni dicantur? Vide *not. ad tit. de uſur.* Summa *c.* 3. hæc eſto: in omni Eccleſia debet eſſe ſacerdos & cantor, qui ſcholas aperiat &c. Tantumne crimen in *c.* 4. *& ſeq.* ut clericus anathemate feriendus ſit, ſi comam relaxaverit? Quæ & qualis coma conveniat Chriſtiano, ipſe naturæ pudor docere poteſt, in quo ipſe Apoſtolus ſe fundat. 1 *Corinth.* 11. *v.* 14.

Ad c. 6. & ſeqq.

Quæ & qualis lectio adhibenda ſit in *d. c.*6. parum attendo, quum noſtris ſacerdotib. etiam profeſſis uxores habere liceat. Sed quomodo in *d.c.* uxoratus poteſt eſſe clericus & coronam portare, quod ſupra prohibitum eſt *ſæp.*? Quæ ratio, cur in *c.* 7. clericus vel ſacerdos tonderi debeat? Frequentans locum, ex quo ſiniſtra ſuſpicio oriri poteſt, corripiendus eſt. *arg. c.* 8. An & quatenus monaſteria ſeu loca communia, de quib. *c.* 9. ſint in Repub. licita, diſputant Theologi, quos vide. Cætera *d. c.* illicita eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 10. Eccleſiaſtici judices gratis judicare debeant, adjecta eſt *ibid.* Sed quæ parum ad rem facit, & cui facile cedit illa vulgaris, mercenarius eſt dignus mercede ſua *Matth.* 10.*v.* 10. Propter ſcandalum evitandum aliquando à jure diſceditur, ſeu habitu regulari. *c.* 11. Plura de ſcandalo vide apud *Ameſ. lib.* 5. *de conſc. cap.* 11. Ratio, cur in *c.* 12. ludi theatrales nec in Eccleſiis, nec per clericos fieri debeant, ſubjecta eſt *ibid.* An per ſe tamen liceat agere commed. vel tragœd. dixi *alib. lat.*

Ad c. 13. & ſeqq.

Doctrina ſeu ſumma ex *d. c.* 13. quod de cleric. hæc eſto: qui gravius delinquit gravius punitur, ſed clerici ſeu Eccleſiaſtici inprimis recte vivere tenentur. Clericus vel presbyter, qui nimis indulget ebrietati, ab officio ſuſpendendus eſt. *c.* 14. A veſtibus inhoneſtis, vel habitu minus honeſto abſtinere debent clerici ſeu eccleſiaſtici. *c.* 15. Ad aleas vel taxillos non ludant. *d. c.* 15. An & quatenus Epiſcopi vel clerici noſtri poſſint ſe immiſcere negotiis ſecularibus, de quib. *c. fin.* dixi *ſæp. ad decret Grat. & alib.* Rectius admonitiones relinqui arbitrio judicis, quæ ter fieri debent in *d. c. ult.* notavi *itid. ſup. ſæp.* Plures animadverſ. in *h.t.* videre eſt apud *Mareſ. in ſchol. & animadv. ad Ant.Cucch. lib.* 2. *Inſtit jur. can. tit.* 2.

De cohabit. cleric. & mulier.

Tit. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Sacerdos vel presbyter poteſt domi ſuæ retinere mulierem ſuſpectam *d.c.* 1. Quin excommunicandus, qui ſemel atque iterum admonitus non abſtinuit ejus converſatione. *c.* 2. Sed tutior videtur ſuſpenſio, donec ſe purget. Ratio, cur tamen non poſſit cogi ad concubinam abjurandam, intermixta eſt. *c.* 3. Ratio, cur in *c.* 4. *&* 6. monitus ut concubinam dimittat, ſuſpendatur, ſi non dimittat, & tandem deponatur, ſi ſe non corrigat, facile ex ipſa profeſſione muneris deſumitur. Sed cur non compellitur in uxorem ducere, ut Sacræ Literæ volunt, utque *probat. ſup. ſæp.*? Clericus non poteſt uti Literis impetratis, ſi facti ſpeciem ſuppreſſerit. *c.* 5. Quam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

5. Quamdiu tamen non conſtat de fornicatione clerici, recte celebrat Divina, & Eccleſiaſtica ſuſcipit. *c.* 7. Sed ſi conſtat, aut notorium ſit, tunc nec teſtis, nec accuſator neceſſarius videtur. *c.* 8. ſaltem quoad ſuſpenſionem ,, donec ſuſpectus ſe purget aut excuſet, ut *ſup.* Temperamentum *cap.* 9. indicavi ad *d. c.* 1. Quando ſuſpectus officio ſuo, de quo *c. ult.* fungi adhuc poſſit, dixi *itid. ſup. aliquot.*

De cleric. conjugat.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ quæſo illa diſtinctio, quæ eſt in *d. c.* 1. inter clericos, qui ſunt ſupra ſubdiaconatum & infra ſubdiaconatum? Hæc, inquam, alibi non repetitur, ubi clericis matrimonium abſolute interdicitur, aut ejus ratio ſaltem non reperitur. Conjugatus in *c.* 2. non admittitur ad adminiſtrationes Eccleſiaſticas, & tamen in *c.* 3. matrimonium eſt licitum ipſi Eccleſiaſtico, modo ſit infra ſubdiaconum, & renuntiet beneficio Eccleſiaſtico. Si ergo matrimonium per ſe non ſit res illicita, nuſquam ipſis Sacerdotibus prohibita, ſed & in Veteri Teſtam. permiſſa & in Novo pleriſque Apoſtolorum ſucceſſoribus commendata, ut *plurib. probat. in decret. Grat.* cur in hoc *tit.* matrimonium abſolute interdicitur omnibus ſaltem clericis ſuperioribus? Agnoſco antichriſt. 1. *Tim.* 4. atque adeo omnia *cap. ſequent.* cenſura digna, quatenus de prohibitione matrimonii loquuntur, ſed juvat tamen aliquot ſummas excerpere. Prima eſto ex *c.* 4. poſt pœnitentiam peractam officium reſtituendum videtur. Secunda hæc eſto ex *c.* 5. qui cogitat placere uxori, minus Deo cogitare præſumitur. Sed illa ratio forſan attendenda eſt in illis, qui habent donum continentiæ, ſed facile cedit ei, quæ pro evitatione ſtupri militat, ut *ſup. notat. ſæp.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Eccleſia Orientalis votum continentiæ non admittit. *d. c.* 6. ſed cur admittit Occidentalis? Quod importat ſcandalum vel vituperium Eccleſiaſt. ordinis, illud evitandum eſt. *c.* 7. Rurſus *c.* 8. generaliter clerici uxorati removentur à dignit. Eccl. ſed temperatur aut diſtinguitur in *d. c.* 1. *h. t.* Non gaudet privilegio, qui non eſt in cauſa privilegii. *c.* 9. Mutato ſtatu hominis mutatur & ſignum ejus. *c. ult.* Plures animadv. in *h. t.* videre eſt apud *Mareſ. in animadv. ad Cucch. Inſt. jur. can. lib.* 2. *tit.* 3.

De cleric. non reſid. &c.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeqq.

An & quatenus quis apud Belg. confœd. poſſit ab una Eccl. tranſire ad aliam, de quo caſu *d. c.* 1. ſignificavi in *anteced. ſæp.* Sane ambitioni non eſſe favendum, fatentur omnes ſaniores, dixique *itid. ſup. ſæp.* Deponendus eſt, qui per multos annos, puta 5. vel plures, non functus eſt ſuo officio, vel non reſedit in ſuo titulo, ſeu loco tituli. *c.* 2. Uni non ſunt plures dignitates conferrendi, ſed una uni, qui reſidere & regere per ſe poteſt. *c.* 3. Appellatione indignus eſt, qui non reſidet ſine cauſa. *c.* 4. Si *c.* 5. applicetur Paſtorib. noſtrarum Eccleſ. illi alio modo dimittuntur, quam in *d. c.* ut *notat. ſup. ſæp.* Si *c.* 6. applicetur Canonicis ſeculariſatis, in illis etiam reſidentia requiritur, ſed pœna privationis abrogata eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Canonicus in ſervtio Præſidis pro præſente habetur. *c.* 7. Quod hodierni Decani non incurrant in pœnam privationis, de qua *c.* 8. *&* 9. *&* 10. ſignificavi ad *c.* 6. cum hodie non ſit tantum periculum ob abſentiam Decani, licet levior pœna arbitraria non videatur excluſa.

Ad c. 11. & ſeqq.

Ne Eccleſia deſtituatur ſuo paſtore, haud male ter citatus non veniens privatur ſuo officio. *d. c.* 11. niſi tamen juſtum veniendi impedimentum fuerit. *c.* 4. *h. t.* Sic ſtudiorum cauſa excuſat canonicum abſentem in *c.* 12. ubi fructus nihilominus canonicatus vel præbendæ accipit. Idem eſt, qui pro ſervitio Eccleſiæ abſens eſt, licet juraverit reſidentiam, cum de eo caſu juratum non videatur. *c.* 13. Familiares Principis aliquo privilegio digni videntur. *c.* 14. Abſentes non videntur Canonici, qui pro ſe & Collegio alibi commorantur. *c.* 15. Si Eccleſia pateretur defectum, ipſi privilegiati redire debent. *c.* 16. Spoliatio quidem illa, de qua *c. ult.* hodie recepta non eſt, ſed tamen aliqua reſidentia ipſis Canonicis ſecularizatis præſcripta eſt, ſed quæ facile liberiori ſympoſio redimitur. Scilicet nihil facile in totum mutandum ex ſolennitatibus ſemel conſtitutis. *l.* 7. *de in integr. reſtit.*

De præbend. & dignit.

Tit. V.

Cap. 1. & ſeqq.

Bona Eccleſiæ data non tranſeunt jure conſanguinitatis. *d. c.* 1. quod & in noſtris præbendis ſecularizatis obſervatur, niſi aliter receptum ſit. Qui dat dignitatem, etiam titulum ſeu alimonias ad eam tuendam dare tenetur. *arg. c.* 2. *&* 4. Quod pro communi utilitate (ſcilicet vera & licita) datum eſt, non poteſt vindicari proprium. *c.* 3. Hodie ceſſante cauſa prohibendi, poteſt quis obtinere duas præbendas, non tamen Eccleſias, de quib. *c.* 5. *&* 7. licet tres pagi ſæpe unam conſtituant Eccleſiam. Mandatum, quod ſine ſcandalo exequi non licet, non eſt obligatorium. *arg. c.* 6. Indecorum evitandum eſt. *c.* 8. ſed hoc hodie in noſtris præbendis aut aliis dignitatibus etiam Eccleſiaſticis vix ſervatur, ut nec hoc ſervatur, quod canonicus in *c.* 9. *&* 10. ſemper habeat præbendam. Vide *Mareſ. in animadv. ad Cucch. Inſt jur. can. lib.* 2. *tit.* 6. Reditus Eccleſiaſtici non temere diminuendi ſunt. *arg. c.* 10. Ad quod hodie præbendarius teneatur, de quo *c.* 11. vix dici poteſt. Ut ut ſit, preſtat nihil facere, aut nullum præſtare obſequium, quam ullam celebrare miſſam, quæ deteſtanda dicitur idololatria, ut *notat. ſup. ſæp.*

Ad c. 12. & ſeqq.

Quinam hodie, de quib. *d. c.* 12. debeant & ſoleant Eccleſiæ Miniſtris congruas portiones curare, dixi *aliquot. ad decret. Gra.*. Cum una quæque diſtincta dignitas totum hominem occupare ſoleat, non ſine ratione plures denegantur uni in *c.* 13. *& ſeqq.* Sed hodie vix ſervari, aut ſaltem arbitrarium eſſe, dixi *alib. ſæp.* Ratio, cur miniſtris Eccleſiæ juſti reditus ordinandi ſint, addita eſt in *pr.* Sed hodie alios eſſe Ordinatores, ſignificavi ad *d. c.* 12. Singularis dicitur diſpoſitio *c.* 17. & merito, quia donatario in *d. c.* datur evictio contra *l.* 2. *C. de evict.* Ludere quidem in re ſeria non licet, ſed ad aliam præbendam donator condemnandus non videtur. Reſcindenda eſt ejus electio, qui jam plures habebat dignitates. *c.* 18. de cujus uſu *ſup. ſæp.* Uſum quoque *cap.* 19. indicavi

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ad *d. c. 9. h. t.* Alioquin qui vult antecedens, etiam vult conſequens. *d. c. 19.*

Ad c. 20. & ſeqq.

Juſte abrogatum videri *d. c.* 20. notavi ad *c. 5. h. t.* Quin ob bonum pacis aliquando duo eligi poſſunt ad unam dignitatem, & proventus dividi. *c.* 21. Privilegiatus faciens contra ſuum privilegium, amittit privilegium. *c.* 22. Illa beneficia, de quib. *c.* 23. in noſtris Eccleſiis improbata eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Dignitas vel beneficium abſenti conferri poteſt per tertium, atque ipſa inveſtitura. *c.* 24. Ratio, cur in *c.*25. præbenda duobus aſſignari non poſſit, vel receptio duorum ſit nulla, licet Apoſtolica auctoritas intervenerit, hæc eſt; quia præbenda continet jus ſpirituale, quod dividi non poteſt. Sed cum illa ratio apud Reformatos ceſſet, mirum non eſt, cur etiam ceſſet diſpoſitio *d. c.* Quin præbenda vacans ipſo jure Canon. dividi poteſt. *c.*29. Quæ ratio, cur in *c.* 27. collatio præbendæ non ſit ipſo jure nulla, cum facta ſit contra mandatum papæ? Viri ſublimes & literati poſſunt duo habere beneficia, ſed in cæteris ſecundo electo, vacat primum. *c.* 28. Quid juris habeant noſtra Concilia provincialia, ſeu Synodi provinciales aut nationales, ſignificavi aliquot. ad *decret. Grat.* Reliqua de indignis non promovendis omnibus nota ſunt.

Ad c. 30. & ſeqq.

Rector vel miniſter Eccleſiæ ex reditibus debet habere ſufficientem portionem *d. c.* 30. *pr.* Hinc *arg. d. c.* idem dicendum de noſtris Sacerdotibus, licet antiqui illi reditus proprie non ſint Eccleſiaſtici, ut *alib. lat.* Noſtras Eccleſias nullo modo admittere vicarios, de quib. §. 1. notavi *itid. ſæp. ad decret. Grat.* Patroni non debent præſentare, niſi diſcretos & honeſtos. *c.* 31. Abſens Theologici ſtudii cauſa percipit tamen fructus beneficii ſui. *c.* 52. Vide *not. noſtr. ad c.* 12. *tit. præced.* Quod uni pio loco deeſt, ex alio ſupplendum eſt. *arg. c.* 33. Principis non eſt frivolas exceptiones admittere. *c.* 34. Pueri & ſimiles non debent videri idonei, ut dignitatem Eccleſiaſticam nanciſcantur. *c.* 35. De ſciſſione vel diviſione præbend. de qua *c.* 36. dixi *ſup. aliquot.* Ratio, cur in *c.* 37. ad præbendam obtinendam tantum requiratur vitæ honeſtas, intermixta eſt *ibid.* Sed quæ priori ibid. relatæ cedere videtur, licet poſterior pro noſtris præbendariis ſufficiat. Mallem tamen illis inprimis donari aut adplicari, qui animum ad ſtudium Theolog. appulerunt. Qui mandat provideri, non ſtatim mandat dignitatem ſuperiorem, præſertim ſi illa ab Aliis dari ſolebat. *c. fin.*

De cleric. ægrot. vel debil.

Tit. VI.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. clericus vel alius beneficiatus percipiat fructus ſui beneficii, licet ægrotet, intermixta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 4. §. 5. *D. de ſtat. liber.* & *ad c.* 7. *q.* 1. & *ſeq.* Nobis ſufficit, quod in *c.* 2. presbyter truncatus cæteris officiis ſacerdotalibus fungi poſſit, licet miſſam celebrare non poſſit. Leproſo Rectori Eccleſiæ dandus eſt coadjutor ſeu ſubſtitutus. *c.* 3. de quo *lat. ad diſtinct.* 33. *per tot.* Sed in *c. ſeq.* 4. removetur ſalva ſuſtentatione ex bon. Eccleſ. Rurſus in *c.* 5. epiſcopo, qui morbo laborat incurabili datur coadjutor, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

& archidiacono in *c. ult.* Rectius noſtro judicio præfati caſus relinquuntur arbitrio Magiſtratus, qui habita ratione meritorum vel totum ſalarium vel partem ejus relinquere poſſunt.

De inſtitutionibus.

Tit. VII.

Cap. 1. & ſeqq.

Numerus Collegarum non debet augeri ultra vires ſeu facultates collegii. *d. c.* 1. *&* 4. Ilam differentiam inter laicos & clericos, quæ eſt in *d. c.* 2. rejiciendam eſſe, notavi *ſup. ſæp* Sed tamen perſonæ idoneæ tantum Eccleſiæ perficiendæ ſunt *d.c.*2. Quænam hodie in Belgio noſtro ſint beneficia Eccleſiaſtica, & à quibus tribui ſoleant, de quib. *c.* 3. dixi *ſup. ſæp.* In Eccleſia non debet habere locum ſucceſſio hereditaria, ſed etiam extranei admittendi ſunt, ſi ſunt idonei. *c.* 5. ubi & ratio addita eſt. Qui eſt in poſſeſſione alicujus beneficii, defendendus in ea eſt, donec de jure conſtet. *c.*6. Ratio, cur in *c.*7. nemo ſeipſum inſtituere poſſit, ad quem collatio alicujus dignitatis ſpectat, ſubjcta eſt *ibid.*

De conceſſ. præb. & Eccl. &c.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.*1. pellendi aut deponendi ſint, qui facti ſunt ſucceſſores aliis ſacerdotibus adhuc viventibus, deſumi poteſt ex *l.* 11. *C. de tranſact. & c. ſeq.*2. Actus, qui deſiderare videtur mortem proximi, non eſt admittendus, & ideo beneficia nondum vacantia concedi aut promitti non debent. *d. c.* 2. Hinc & ipſa appellatio in *c.* 3. non attenditur, quominus vacantia beneficia conferantur. Quando præbendæ ſecularizatæ afficiantur, & quando illarum collatio alteri facta non teneat, de quo caſu *c.* 4. ſignificavi *ſup. ſæp.* Tempus à jure præfixum ad conferendum non currit juſte impedito. *c.* 5. & non currit, niſi à tempore notitiæ. *d. c. in fin.* de quo *lat. ad l. ult.* §. 12. *C. de jur. delib.* Quando beneficium vacat de jure, & non de facto, tamen mentio facenda eſt in literis ſuper hoc impetratis. *c.* 6. Sed nec poſſeſſio debet retardari per exception. abjurat. vel renuntiationis, ſi conſtat beneficium collatum eſſe ab eo, qui poteſtatem conferendi habuit. *c.* 7. Reliqua de epiſcopis & archiepiſcopis & archidiaconis apud Nos inutilia eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Quicunque inter Canonicos ſeu Sacerdotes receptus eſt, ille quamprimum præbendali beneficio, hoc eſt, juſto honorario donandus eſt. *c.* 8.

Ad c. 9. & ſeqq.

Hodie præbendas, de quib. *d. c.* 9. ſecularizatas eſſe, atque adeo plures contra *d. c.* in unam perſonam concurrere poſſe, notavi *ſup. ſæp.* Inter cætera notata ad *c.* 10. hoc etiam notavit *Gloſ.* minor pars, etiam unus poteſt ſe opponere majori, dummodo juſtam cauſam oſtendat. Quamvis non liceat beneficia non vacantia conferre aut promittere. *c.* 13. attamen licet conferre in genere, quando vacabunt. *c.* 11. cujus ratio ſignificata eſt ad *c.* 1. *&* 2. *h. t.* Illud ſpatium 6. menſ. in *c.* 12. nec in epiſcopis, nec in minoribus obſervari, ſed ſæpius annum, notavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 15. obligetur, qui promiſit providere cum poterit, data eſt ad *d. c.* 1. *&* 2. *h. t.* Qualis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

lis poteſtas conferendi, de qua *c.* 15. competat Capitulis ſecularizatis, ſignificavi *ſup. ſæp.* De beneficio vacaturo, de quo *c. ult.* an & quando præſentatio fieri poſſit per patronum, dixi *itid. ſup. ſæp.*

Ne ſede vac. aliq. innov.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeqq.

Vacante ſede vel imperio, non debet aliquid innovari, nec ſubito debent immutari, quæ cum deliberatione facta ſunt. *d. c.* 1. Hinc in *c.* 2. nec beneficia per Capit. conferri poſſunt, ſi prælatus vel alius Superior mortuus eſt, nec collatio, quæ nulla eſt, impedit ſecundam. *d. c.* 2. ſed nec ullum judicium ſede vacante contra Eccleſiam vel aliam univerſitatem habitum valet. *c.* 3. Reliqua de ſede Apoſtolica, vel prælatis, aut epiſcopis pontificiis nequaquam explicanda aut attendenda eſſe, notavi *ſup. ſæp.*

De his quæ fiunt à præl. ſin. conſ. Cap.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. quod de epiſcop. & cleric. Roman. hæc eſto: præſes Capituli non poteſt rem Capituli alienare ſine conſenſu vel adprobatione capituli. In temporali tamen alienatione tacitus conſenſus Capituli ſufficit. *c.* 2. ut & ratihibitio, præſerſertim in reb. minor. pret. *c.* 3. Sed nec inſtituere vel deſtruere quid poteſt prælatus ſeu præſes ſine conſenſu capituli aut univerſitatis. *c.* 4. & 5. Qui habet jus præſentandi, non poteſt præſentare abſque conſenſu major. & ſanior. part. capit. *c.* 6. Sed quæ ratio, cur in *c.* 7. Eccleſia poſſit à laico accipere decimas, ſeu alias res Eccleſiaſticas abſque conſenſu epiſcoporum, quando in feudum datæ erant, & ſecus, ſi non in feudum datæ, cum per utrumque utilitati Eccleſiæ conſulatur, ut ipſe Innocent. loquitur in *d. c.* 7.? Ratio, cur in *c.* 8. non poſſit præſes capituli, licet habeat jus patronatus, hanc Eccleſiam concedere Eccleſiis aliis abſque conſenſu capit. intermixta eſt *ibid.* Eadem eſt ratio, cur in *c. ſeq.* epiſcopus vel alius præſes non poſſit abſque conſenſu Capit. obventiones Eccleſ. conferre. Quod omnes tangit, ab omnibus debet tractari. *arg. c. ult.* Quinam hodie vocari poſſint aut debeant ad Concilia provincialia vel Eccleſiaſtica vel Civilia aut ſecularia, ſatis conſtat ex uſu quotidiano in qualibet Provincia recepto.

De his, quæ fiunt à maj. part. Cap.

Tit. XI.

Cap. 1. & ſeqq.

In univerſitatibus Eccleſiaſticis & ſimilibus regulariter prævalet, quod à majore parte conſtitutum eſt, niſi tamen minor pars majoribus nitatur rationibus. *d. c.* 1. In excommunicatione vel interdictione Eccleſiæ requiritur conſenſus Epiſcop. vel Senat. Eccleſiaſtic. *arg. c.* 2. Communis ordinatio Eccleſiæ non debet impediri per contradictionem vel appellationem ejus, cujus nihil intereſt. *c.* 3. quod tamen temperamentum recipere videtur ex *noſtr. ad l.* 6. *D. de appell.* Quilibet Canonicus tene-

tenetur ad fabricam Eccleſ. reſtaurandam, cujus eſt membrum, præſertim ſi major pars capituli ita ſentiat. *c.* 4.

Ut Eccleſiaſt. benefic. ſin. dem. conf.

Tit. XII.

Cap. 1.

Canon eſt, Eccleſiaſtica beneficia conſideranda ſunt ſine deminutione. *d. c. un.* ubi & aliæ multæ regulæ, ex quibus unam hanc ſeligere lubet, quod ſcilicet nullus pontifex aut epiſcopus poſſit ex plenitudine poteſtatis inquirere in exceſſ. ſubdit. An & quando collatio beneficii valeat, licet occulte facta ſit, de quo caſu etiam nonnulli *d. c.* accipiunt, modo non facta ſit injuſte, ſignificavi *ſup. aliquot.*

De reb. Eccleſ. alien. vel non alien.

Tit. XII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. prælatus vel alius præſes non poſſit res Eccleſ. vel alterius univerſitatis alienare vel mutare abſque conſenſu Capituli, data eſt *c.* 9. *tit.* 10. Res Eccleſiæ, ſcilicet veræ & orthodoxæ datæ, ne quidem per Principem aliis dari poſſunt, præſertim ſi ſunt egentium ſubſtantia. *c.* 2. Sed ſi antichriſtianæ datæ ſunt, modo non directe in uſum pauperum, haud dubie dari poſſunt, maxime in bonum publicum, cujus potiſſima ratio ſemper habenda eſt. Quatenus *c.* 3. *&* 4. loquuntur de familiis ſeu ſervis, eatenus iu Belgio uſum non habent, ſed poſſent forſan adplicari illi, qui rem majoris pretii donavit Eccleſiæ, & rem minoris alienavit. Adde *c.* 1. *tit. ſeq.* 19. Quænam res Eccleſ. de quib. *c.* 5. alienari poſſint, ſignificavi ad *d. c.* 2. Quænam veniant appellatione alienationis, dixi ad *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Quilibet clericus poteſt contradicere alienationi rer. Eccleſ. & rem repetere. *c.* 6. Sed an hoc etiam procedat in reb. Eccleſ. ſecularizatis, & canonicis ſecularizat. ſignificavi *ſup.*

Ad c. 7. & ſeqq.

In primis res Eccleſ. ſteriles in emphyteuſin dari poſſunt. *d. c.* 7. ut & res minus utiles alienari §. 1. *c.* 8. cujus *pr.* agit de bonis, quæ ad menſam archiepiſcop. aut epiſcop. pertinent, & ideo nihil ad inſtit. noſtr. pertinet. An & quatenus locatio, de qua *c.* 9. poſſit fieri perpetua per Canonicos ſecularizatos, ſignificavi *ſup. aliquot.* De poſſeſſionibus, quæ ſunt de menſa, de quib. *c.* 10. dixi ad *pr. d. c.* 8. Ratio, cur in *c.* 11. Eccleſia reſtituatur in integr. hæc ſolet dari; quia comparatur pupillo, vel Reipub. ſed idem dicendum eſſe in majore, quando enormiter læſus eſt, dixi ad *l.* 5. *C. de dol. mal. & ad l.* 3. *&* 4. *C. quib. ex cauſ. maj.* Alienatio rer. Eccleſ. vel univerſit. non tenet, niſi legitimus aſſenſus adhibitus ſit. *c. ult.* cujus uſus ſeu applicatio latior eſt in *præced. & in not. noſtr. ad auth. caſſa &c. C. de SS. Eccleſ.* Adde Mareſ. *in ſchol. lib.* 2. *Inſt. jur. can. tit.* 17.

De precariis.

Tit. XIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. precariæ ſive con-

conceſſiones precario ex reb. Eccleſ. conſtitutæ de quinquennio in quinquennium renoventur, hæc forſan eſt, ne in oblivionem incidant, atque ita Eccleſiæ præjudicium pariant. Ratio, cur in *c.* 3. precaria revocari poſſit per ſucceſſorem, hæc eſt; quia irrationabiliter erat conſtituta. *d. c.* 2. Sed quæ ratio, cur in *c.* 3. rationabiliter conſtituta non poſſit revocari per ſucceſſorem, qui tamen ſuccedunt in locum ejus, qui potuit revocare precarium. *d. c.* 3. *pr. & l.* 1. §.2. D. *h. t.* Hæc, inquam, eſt natura precarii. *d.* §.2. Nam pecuniaria ad tempus magis commodatum eſt, ut patet ex *noſtr. ad tit. D. de precar. & tit. ſeq. commod.*

De commodato.

Tit. XV.

Cap. 1.

Ratio, cur in *d. c. un.* commodatarius etiam teneatur de leviſſima culpa, addita eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad* §.2. *Inſtit. quib. mod. re cont. obl. & ad tit. D. & C. h. t.* Ratio, cur in *d. c.* non liceat rem commodatam revocare, niſi poſt uſum expletum, cujus gratia erat commodata, ſubjecta eſt *ibid.* ſed potior ratio ſumitur ex natura commodati, ſeu vi pacti, quod ſervandum eſt.

De depoſito.

Tit. XVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Res depoſita apud clericum vel aliud membrum Eccleſiæ vel alterius univerſitatis, non videtur commendata capitulo, ſed ſoli perſonæ. *d. c.* 1. Sed ſi dicta res vel pecunia verſaſit in utilitatem Collegii, tenetur Collegium act. de in rem verſ. vel potius act. depoſ. ut *lat. ad tit. D. de in rem verſ.* Si res depoſita dicatur amiſſa ſalvis rebus depoſitarii, bona fides abeſſe præſumitur. *pr. c.* 2. & ideo forſan depoſitarius tenetur juramento ſe purgare. *Exod.* 22. *v.* 10. Reliqua ex jure Civili in *d. c.* repetita excuſſa ſunt in *noſtr. ad* §. 3. *Inſtit. quib. mod. re cont. obl. & ad* §. 30. *Inſt. de act. & ad h. t. Dig. & Cod.*

De empt. & vendit.

Tit. XVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Officium presbyteri eſt admonere, ut plebes ſeu Chriſtiani cum humanitate vendant res tranſeuntibus communi pretio, quod in mercato receptum eſt. *d. c.* 1. Certum illud tempus pœnitentiæ, de quo *c.* 2. nec apud Nos receptum eſt, nec recipiendum, ut *notat. alib. ſæp.* Sed tamen aliqua pœnitentia vel cenſura dignus eſt, qui fraudat in menſura & pondere, ut *alib. lat.* Ratio, cur in *c.* 3. & 6. juxta *l.* 2. *C. de reſc. vend.* emptori detur electio, hæc eſt; quia venditor conſequens juſtum pretium nihil habet, quod conqueri poſſit, nec favor Eccleſiæ hic attendendus. Adde tamen *not. noſtr. ad diſp. noſtr. ad d. l.* 2. Ratio, cur in caſu *c.* 4. emptio ſubſiſtat, præcipue ponitur in præſcript. temp. & verſione ſeu utilitate utriuſque ſcilicet mariti & uxoris, ſed verior ratio eſt in *l.* 21. *C. mand.* de qua *lat. ad auth. ſive à me &c. C. ad SCt. Vellejan.* Ratio, cur in *c.* 5. emptio non valeat, ſed potius celebratus videatur contractus uſurarius, expreſſa eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 13. §. 26. *D. de act. empt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

empt. Excuſſio *c.* 6. facta eſt *ſup. ad d. c.* 3. *h. t.* Tres illi caſus, quibus venditor in *c. ult.* non tenetur emptori de evictione, extant in *l.* 8. *C.* de *evict.* ubi eos more noſtro excuſſimus.

De locat. & conduct.

Tit. XVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Dura profecto videtur pœna anathematis vel excommunicationis, de qua *d. c.* 1. cum unus magiſter alterius magiſtri hoſpitium ante tempus conduxerit. Per me tamen licet, ut quidem quilibet alius, qui ſciens in alterius læſionem conduxit, pœna puniatur pecuniaria fiſco adplicanda. Eccleſias noſtras non habere proventus decimarum, de quib. *c.* 2. atque adeo illorum locationes apud Nos non fieri, nemo noſtrorum ignorat. Deciſionem *pr. c.* 3. in ſumma æquitate conſiſtere, probavi *lat. ad l. ex cond.* 15. D. *h. t.* Tres exceptiones, quibus §. 1. *d. c.* 3. conductor ante tempus expelli poſſit, excuſſæ ſunt in *noſtr. ad l.* 3. *C. h. t.* Summa quoque ratione in *c. ult.* conceſſum eſſe conductori agror. emphyt. ut moram purgare liceat, dixi plurib. ad *l.* 2. *C. de jur. emphyt. & alib.*

De rer. permutat.

Tit. XIX.

Cap. 1. & ſ.qq.

Forſan aliquid ſpeciale in Principe, qui in *d. c.* 1. rem Eccleſiæ accipere poteſt ex cauſa permutationis, ut ſignificat. ad *c.* 3. *&* 4. *tit.* 13. Hodie in ſecularizatis res extra dubium eſt, ut & *notat. ſup. ſæp.* Res Eccleſ. vel alterius univerſit. inconſulte alienatæ aut permutatæ per ſucceſſores revocandæ ſunt. *c.* 2. de quo etiam ad *c.* 2. *tit.* 14. Quatenus *c.* 3. *&* 4. agunt de ſervis, nullum uſum in Belgio habent, nec in Belgio confœderato aliquid pro remedio animæ conſecrare licet, quamvis alias Deo conſecratum (ſcilicet juſſu Dei, & non ſimplici intentione bona) non oporteat transferri ad uſus humanos. *d. c.* 3. de quo *alib. lat.* An & quatenus præbendæ vel totæ Eccleſiæ vel poſſeſſiones earum, de quib. agitur in *c.* 5. *& ſeqq.* hodie in Belgio noſtro permutari poſſint, ſignificavi & ad *h. t. aliquot.* & *alib.* Sane pœna amiſſionis in *c.* 7. nimis dura eſt. Ratio, cur in *c.* 8. unus non teneatur ſtare permutationi, ſi alter non ſtat, expreſſa eſt *ibid.* Sed quæ ratio, cur in *c. ult.* temporale non poſſit permutari cum ſpirituali, cum ſæpius ſupra talis permutatio permiſſa fuerit, præſertim in caſu melioris conditionis vel æqualis *d. c.* 1. quæ limitatio addenda fuiſſet.

De feudis.

Tit. XX.

Cap. 1. & 2.

Dum dominus feudi non utitur ſervitio vaſalli, non tenetur fructus imputare in ſortem, licet feudum acceperit in gageriam ſeu pignus. *d. c.* 1. Jusjurandum ſano ſenſu & de mente jurantis interpretandum eſt. *c.* 2. ubi dominus feudi Eccleſiaſt. tantum juraverat, ſe non infeudaturum de novo, ergo feudum antiquum ad Eccleſiam reverſum aliis dare poteſt. Eadem eſt ratio decidendi in duobus caſibus reliquis in *d. c.* deciſis. Plura de amiſſ. feudor. videre licet in *not. noſtr. ad tit. feud. quib. mod. feud. amitt. lib.* 1. *c.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De pign. & al. caut.

Tit. XXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Res Eccleſiæ competentes non debent dari pignori, niſi ſumma neceſſitate cogente. *d. c.* 1. Quo caſu (de quo *nos ſup. ad tit.* 13. res Eccleſiæ vel alterius univerſitatis aliquando alienari poſſunt, eo etiam caſu poſſunt oppignorari. Ratio, cur in *c.* 2. homo liber non poſſit oppignorari, cuilibet obvia eſt. Scilicet quod non recipit commercium, non recipit oppignorat. Vel ut *Gloſſ.* loquitur, debitor foro cedere poteſt, & ideo pro debito non tenetur. *d. c.* 2. Vide *noſtr. ad l. ob æs.alien.*12.*C.de obl.&* *act.& l.qui fu.*6. *C. quæ res pig.* Res Eccleſiæ vel alter. univerſ. non poteſt præſes pro proprio facto vel debito oppignorare, & ideo hæres ejus tenetur redimere & reddere *c.* 3. Fruſtra in *c.* 4. quæritur, an ibi pura ſit venditio, an oppignoratio, an contractus uſurarius, cum uſuræ ex jure Divino videantur licitæ, ut *lat. ad tit. de uſur.* An & quando mulier, de qua *c.*5. hodie in Belgio noſtro poſſit dotem repetere contra detinentem ob delictum mariti, vel etiam ex alia cauſa, & quo jure mulier habeat tacitam hypothecam, dixi ad *l. ult. C. qui pot. in pig. & ad tot. tit. D. & C. de jur. dot.* Sed quid hæc controverſia ad Eccleſiam? Scilicet cauſæ matrimoniales pertinent ad Eccleſiam, de qua quæſt. *nos alib.* Si creditori ſatisfactum eſt ex fructibus rei oppignoratæ, tenetur pignus reſtituere. *c.* 6. Ratio, cur in *c.* 7. pignus nihilominus poſſit redimi, licet debitor juraverit, ſe pignus non revocaturum, hæc eſt; quia debitor juſte fuit impeditus, ad quem caſum juramentum non extenditur, cum de eo non præſumatur cogitatum. Male in *d. c.* dici pactum leg. commiſſ. cum hic pactum & lex idem ſint, notavi ad *tit. C. de pact. pig. & l. comm.* Qua formula, quove modo caveat fructuarius vel quaſi fructuarius, de quib. *c. ult.* dixi *lat. ad tit. D. uſuf. quem cav.*

De fidejuſſoribus.

Tit. XXII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. clericus vel in *c.* 4. religioſus vel ſacerdos ſæpius inſerviens fidejuſſoribus debeat abjici, hæc videtur; quia fecit contra ſuum officium, & contra *can.* aut *leg. Eccleſ.* Cæterum hanc rationem non eſſe ſufficientem ut removeatur à ſacerdotio, notavi ad *cauſ.* 11. *q.* 1. *c.* 29. *& alib.* Quin tamen poſſit abjici, quando nimis ſe immiſcet negotiis ſecularibus, nullus dubito, ut *limitat. ibid.* Sacerdotes tenentur fidejuſſores ſuos ſervare indemnes etiam per aſſignat. redit. ſuor. ſive ſalar. *arg. c.* 2. An & quando debitor, de quo *c.* 3. *&* 5. (quamvis de eo rectius judex ſecularis) debeat fidejuſſorem liberare à fidejuſſione, dixi *lat. ad tit.* D. *&* C. *de fidejuſſ.* De juramento calumn. & cæteris *d. c.* 3. dixi *alib.*

De ſolutionibus.

Tit. XXIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Rationem, quæ ex ſimilitudine perſonæ ponitur in *d. c.* 1. admodum infirmam eſſe, quis non animadvertit? Sed ſi dicamus, prælatum vel præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

præſidem teneri ad ſolutionem ſcilicet iſtius debiti, quod prædeceſſor pro Eccleſia contraxit, & quidem ad ſolutionem ex bonis Eccleſ. nihil abſutdi continebit *d. c.* 1. Eccleſia vel alia Uuiverſitas non tenetur ſolvere, quod prælatus vel præſes promiſit vel obligavit pro debitis alienis. *c.* 2. Clericus vel alius ſacerdos factus non ſolvendo non excommunicandus eſt propter deficientem ſatisfactionem, ſed tamen cautio ſaltem juratoria præſtanda eſt. *c.* 3. Ratio, cur in prima parte *c. ult.* conquerens teneatur probare ſe ſolviſſe indebitum, vulgaris eſt in *pr. l.* 25. D. *de probat.* Sed quæ ratio, cur ſecus ſit in ſecunda parte *d. c.* ubi non tenetur probare, quando creditor convictus eſt de ſolutione ſibi facta? Sane ſi ratio ponatur in pœna mendacii, vix ſolida erit. Puniatur mendacium pœna potius pecuniaria, ut *notat. ad l.* 11. §. 2. *D. de interrogat. in jur. fact.* ſed probet quis, quod aſſeverat. *l.* 2. D. *de probat.*

De donationibus.

Tit. XXXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Nobilis eſt, qui ex cauſa donationis ſibi legem impoſitam cenſet, & nihil ſe præſtitiſſe putat, niſi creverit bedeficiis. *d. c.* 1. Alii *alit.* Ratio, cur in *c.* 2. donatio non valeat, addita eſt *ibid.* quæ etiam tanti momenti eſt, ut *d. c.* poſſit applicari alii præſidi capituli, qui donavit abſque conſenſu capituli. *arg. l.* 12. *D. de legib.* Sane donatio rei minoris à præſide vel decano facta non temere revocanda eſt. *c.* 3. Cauſa Religioſorum favorabilior eſt cauſa aliorum. *c.* 4. Reliqua *d. c.* inutilia ſunt. Ratio, cur in *c.* 5. non obſtante juramento feudum poſſit integrari, ſi appareat vaſallum in menſura deceptum eſſe, data eſt ad *c.* 7. *tit.* 21. Ratio, cur in *c.* 6. clauſula oneroſa videatur referenda ad donationem proxime præcedentem, adjecta eſt in *fin. d. c.* 6. Qui conceſſit aut donavit aliquid ex conſenſu patroni, videtur id donaſſe, quod patronus donare potuit. *c.* 7. Quatenus *c.* 8. agit de hoſpitalariis, nullum uſum in Belg. confœd. habere poteſt, ſed illis applicari poteſt, in quorum præjudicium donatio celebrata dicitur. Hinc in *cap.* 9. donatio non valet, quæ cum gravi Eccl. vel alterius Uuiverſ. detrimento facta eſt; vel etiam ſine conſenſu Superioris, licet læſio nulla ſit, ſed tamen contra quantitatem lege permiſſam. Excuſſio *c. ult.* quod deſumptum eſt ex *l. ult. C. de revoc. donat.* facta eſt in *noſtr. ad d. l. ult. & ad* §. 2. *Inſt. h. t.*

De ſpeculo clericor.

Tit. XXV.

Cap. 1. & ſeqq.

Presbyter vel alius Rector Eccleſiæ præſumitur de bonis Eccleſiæ quæſiviſſe, ſi quod prædium emerit, & antea nihil habuerit. *d. c.* 1. An & quatenus hoc aliis adminiſtratoribus adplicari poſſit, dixi *alib. aliquot.* Prælatus ab adminiſtratione removendus eſt, qui in inſtrumento emptionis non fecit mentionem Eccleſiæ, aut alterius Uuiverſitatis. *c.* 2. Quod de epiſcopo ejuſque Eccleſia dicitur in *c.* 3. vix aliis Capitulis aut Uuniverſitatibus adplicari poſſe, dixi ad *tit. de epiſcop. & cleric. & orphanot. &c.* Sed empta ex emolumentis Collegii ſeu Orphanot. Xenod. efficiuntur Collegii ſeu Uni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Univerſitatis, licet præſes emerit nomine alieno. *c.* 4. Ratio, cur in *c. ult.* prælatus vel alius præfectus non poſſit teſtari de meliorationibus, hæc vulgaris eſt; quia nemo de re aliena teſtari poteſt, licet dictæ meliorationes vel uſus earum prælato competant, quamdiu vivit. *d.c.*5. Plura, quæ in ſpeculo clericorum obſervanda ſint, excuſſa ſunt *ſup. & inf. lat.*

De teſtam. & ult. vol.
Tit. XXVI.
Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. loquitur de reb. Eccleſ. Rom. vix ullum uſum in Belgio confœd. habere poteſt, ſed poſſet tamen aliis Univerſitatibus vel Capitulis ſecularizatis adplicari, in quibus præſes poſſet de patrimonialibus teſtari, non tamen de quæſitis intuitu Collegii aut Capituli. *d. c.* 1 Idem intellige de abbatiſſa, de qua *c.*2. Voluntas defuncti ad pias cauſas intra annum implenda eſt. *d. c.* 3. Sed Juſtin. conſtituit 6. menſ. *Nov.* 132. *cap.* 12. De anno tamen agitur in *auth. hoc ampl. C. de fideicom.* ubi vide *not. & cenſ. noſtr.* Juſtiſſimum eſt *cap.* 4. ubi etiam ſimplex voluntas teſtatoris vel teſtatricis, licet non ſit ſolennis, ſervanda eſt. Poteſt quidem requiri ſolennitas ſub pœna pecuniaria, ſed non ſub pœna nullitatis teſtamenti, ſi de voluntate teſtatoris conſtat, ut *alib. lat. & ſæp.* Vere dixit *Panormit. ad c.*5. multos & varios *d.c.* habere intellectus, ne ſcilicet pugnet cum §. 4. *Inſt. de legat.* vel *l.* 39. §. 7. D. *de leg.* 1. Ut ut ſit, certum eſt, eatenus tamen legatum rei alienæ valere, quatenus hæres tenetur redimere, aut ſi dominus rei nolit vendere, heres tamen teneatur ſolvere æſtimationem. Quæ quæſo eſt illa lex Dei, quæ hoc valde injuſtum pronuntiat, etiamſi teſtator ſepulturæ cauſa legavit rem Eccleſiæ?

Ad c. 6. & ſeqq.

Res relicta heredi, ut juſta vel vota defuncti præſtet, interdicenda eſt heredi, donec voluntatem teſtatoris impleat. *d. c.* 6. Ratio, cur in *c.* 7. clerici teſtari non poſſint de bonis, quæ per Eccleſiam adquiſierunt, addita eſt *ibid. in pr.* ob quam *d. c.* aliis ſimilibus Capitulis aut Corporibus applicari poteſt. Moderatam tamen eleemoſynam dare queunt. *c.* 8. Sic etiam de bonis propriis intuitu perſonæ adquiſitis teſtari poſſunt. *c.* 9. Recte jus Civile, quod ſept. teſt. in teſtamento requirit, repetendi in *c.* 10. manifeſtiſſime apparet ex ratione *ibid.* expreſſa, de qua *nos alib. lat. & ſæp.* Rectius tamen teſtamenta fieri coram Notario aut Secretario, quam Parocho, cum teſtamenti factio ſit negotium plane Civile, cujus ſententiam profitetur Notarius vel Secretarius, dixi *itid. alib. ſæp.* Deciſionis cauſam vulgo Canoniſtæ in *c.* 11. ponunt in relictis Eccleſiæ & ſimilibus piis locis, ſed tunc ratio generalis male in *fin. d. c.* ſubjecta eſſet. Ut ut ſit, jure Divino morali in ore duorum vel trium omnis veritas ſtata eſto. *Deut.* 19. *Ioan.* 8. An & quando illi, qui ſunt membra gerontroph. (vulgo **oude mannen huys** &c.) poſſunt teſtari de bonis propriis, vel non poſſint, & quænam ipſis piis locis ſint relinquenda, de quib. *c.* 12. dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 13. & ſeqq.

Ratio, cur *d. c.* 13. corrigat *l.* 32. D. *de heredib. inſtit.* data à nobis eſt in *not. ad d. l.* 32. Poteſt ergo teſtamenti factio conferri in arbitrium tertii, modo collatio coram Notario & duobus teſtib. facta ſit. *d. c.* 10. Poteſt teſtator relinquere, quo legatarius ſibi præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

judicat, ſi legatum agnoſcat. *c.* 14. quod epiſcopo vel præſidi relictum eſt ab extraneo, videtur regulariter relictum Eccleſiæ vel alii Univerſitati. *c.* 15. Reliqua *d. c.* inutilia ſunt. Rectius in *c.* 16. *&* 18. filium teſtamento patris gravatum ex cauſa fidei comm. deducere & legitimam & trebellian. id eſt, dimidiam partem totius hereditatis, ingenue confeſſus ſum ad *l.* 6. *C. ad SC. Treb.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 17. *&* 19. epiſcopus vel Judex Eccleſiaſticus compellat executores teſtam. vel fideicommiſſarios, vel fideicommiſſa adimpleri, cum hoc videatur fori ſecularis? Scilicet epiſcopus in pleriſque locis ſolet accipere tertiam vel quartam portionem. *c.* 15. *pr. & c.* 20. vel quia legatum ipſi plerumque relictum eſt pro redemptione animæ teſtatoris. *d. c.* 15.

De ſucceſſ. ab inteſt.

Tit. XXVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Si *d. c.* 1. accipiatur de clerico (ut accipit *Gloſſ.*) qui mortuus eſt abſque conſanguineis, tunc poteſt applicari aliis hoſpitalibus aut collegiis, quibus & hodie in Belgio noſtro bona relinquuntur eorum, qui ſine cognatis in illis deceſſerunt. Uſus *c.* 2. nullus eſt, tum quia ſervos non habemus, tum quia nec epiſcopos nec eccleſias habemus, de quib. agit *d. c.* 2. Rector Eccleſiæ intelligitur mortuus ab inteſt. ſi mortuus eſt ſine teſtamento, vel cum teſtamento in furore compoſito. *c.* 3. Hæc ſumma quidem improbatur à *Gloß.* ſed nobis *textui & rubr.* convenientior videtur. Poteſt etiam adplicari Collegiis, in quibus quis mortuus eſt ſine cognatis, quo caſu hereditas defuncti pertinet ad Collegium excluſo fiſco, ut *lat. ad tit. C. de heredit. Decurion.*

De ſepulturis.

Tit. XXVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. ille, qui deceſſit inteſtatus, ſepeliendus ſit in ſepulchris majorum, & cur iſti Eccleſiæ, in qua cæleſti pabulo mortuus refici conſuevit, canonica portio, id eſt, tertia pars bonor. relinquenda ſit, addita eſt *ibid.* ſed ſatis frigida & longe petita, ut *alib.* Sed quomodo etiam *d. c.* 1. poteſt conciliari cum 2. quod medietatem ſeu mediam partem bonorum tribuit? Reſp. *Gloſſ.* illa contrarietas determinatur ſecundum diverſas conſuetudines locorum. Sed forſan ſpeciale quid eſt in eo, qui converſus eſt ad monaſterium, & pro animæ ſuæ ſalute diſpoſuit. *d. c.* 2. Interim per me licet, ut *arg. dd. cc.* ſacerdotibus, qui in extremis pro moribundis ditioribus ſuis precibus interceſſerunt, aliqua pars bonorum adjudicetur, licet pro officio anniverſario accipiant honorarium anniverſarium; quia hoc ſæpe exiguum eſt. Non poteſt quis ſpernere ſepulturam magis religioſam, & minus religioſam eligere. *c.* 3. Sed poteſt in *c.* 2. *de ſepult. in* 6. ubi *lat.* Sane ultima teſtatoris voluntas non temere rejicienda eſt. *l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* De portione canonica, de qua *c.* 4. dixi ad *d. c.* 1. *&* 2. *h. t.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Quanquam repetitio cadaveris in caſu *d. c.* 5. hodie non fiat, tamen fieri poteſt in caſib. aliis, quos videre licet in *noſtr. ad tit. D. de religioſ. & ſumpt.*

ſumpt. fun. Sane ſi quis expreſſe voluit ſepeliri in hoc vel illo templo aut cœmiterio, voluntas ejus ſervanda eſt, atque adeo cadaver alibi ſepultum eximendum & reſtituendum eſt cum legato, quod teſtator legavit ſuo ſepulchro. *arg. c.* 6. Ratio, cur in *c.* 7. mulier nupta poſſit etiam eligere ſepulturam, ſubjecta eſt *ibid.* ſed proprior eſt in *d. l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* ſed quæ ratio, cur in *c.* 8. portio canonica ſit quarta, cum in *d. c.* 1. *&* 2. ſit tertia vel media pars hereditatis? Reſpondit *Gloſſ.* hæc conſuetudini relinquenda eſt. *c.* 9. Sepultura dolo extorta aliis non præjudicat. *c.* 10. cujus reliqua ſunt de portione canon. & reſtit. cadav. de quib. *ſup. ſat. ſuperque.* Cui vivo communicatur, ei etiam mortuo communicandum eſt. *c.* 11. Sed bone Deus, quæ hæc communicatio? Per me licet, ut in vulgari cœmiterio ſepeliatur, qui caſu exſtinctus eſt. Et quæ ratio, cur in *c.* 12. exhumandi ſint excommunicati, cum illi magis opus habeant interceſſione (ſi qua eſt pro mortuis) aut rejectione diaboli, quam pie defuncti? Terra cœmiteriata vel conſecrata vendi non debet. *c.* 13. Sane ſi excommunicatus per presbyterum ſuum etiam in ipſo mortis articulo fuit abſolutus, tunc in cœmiterio Eccleſiaſtico ſepeliri poteſt. *c. ult.* An verba finalia *d. c.* generaliter ſint intelligenda, vel an heredes teneantur ex delicto defuncti ad reparationem damni, dixi *alib. ſæp.*

De paroch. & alien. paroch.

Tit. XXIX.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. major dividat, & minor eligat, videtur ſpecialis in caſu *d. c.* Sane *d. c.* nec reſpicit ad exemplum Abraham, qui dedit Loth electionem. *Geneſ.* 13. nec ipſum exemplum patrocinatur *d. c.* Quo jure ergo vulgo ex *d. c.* 1. probatur, quod major natu recte dividat hereditatem, & minor eligat? Vide *diſp. noſtr. ad l.* 3. *D. fam. erciſc.* Contemptus in Eccleſia vitandus eſt. *c.* 2. Nemo extra ſuos limites judicet. Fines parochiarum, de quibus conſtat, non poſſunt præſcribi. *c.* 4. Sed cur ſecus eſt in aliis rebus privatis? Vide *not. noſtr. ad d. tit. de præſcrip.* Nota, inquit *Gloſſ. ad c. ult.* contra epiſcopos & alios prælatos, qui reditus ſuos percipere non debent, niſi officium ſuum in verbo prædicationis aut ſimilibus exercitiis exercuerint.

De decimis primit. & oblat.

Tit. XXX.

Cap. 1. & ſeqq.

Legem decimarum & primit. de qua *d. c.* 1. in Veteri Teſtamento politicam fuiſſe, vel etiam ceremonialem & typicam, notavi *ſæp. ad decret. Grat.* Per decimas, quæ ſacerdotibus dabantur ut pars ſtipendii, Chriſtum in carnem venturum venerabantur. Quo jure ergo ſacerdotes in novo Teſtamento ſibi vindicant? Per me licet, ut illis illud morale inſit, quod tribuit juſtum ſtipendium pro labore & opera, ut *alib. lat.* Quo jure laici Principes (ut loquuntur) ſibi adjudicarint, dixi *itid. ſup. ſæp.* Nullus igitur ſum ſolicitus de varia lectura *c.* 2. Privilegium non derogat compoſitioni, ſi de ea in privilegio nulla facta mentio ſit. *c.* 3. Prædiis reſtitutis ad priſtinum cultum, intelliguntur etiam tributa reſtituta. *arg. c.* 4. Quilibet fidelis vel Chriſti diſcipulus debet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

quid de reb. vel fructib. rer. ſuar. tribuere ad alendos ſacerdotes. *arg. c.* 5. *& 6.* Quod debetur ſacerdotibus, ſtatim ſolvendum eſt. *arg. c.* 7. Privilegium non eſt extendendum ultra mentem auctoris. *c.* 8. Sed & ex mente auctoris revocatur, ſi ex poſtfacto enormiter noceat. *c.* 9.

Ad c. 10. & ſeqq.

De novalibus, quæ propriis manibus aut ſumptibus coluntur, non ſolvuntur decimæ. *d. c.* 10. De extenſione privilegii, de qua *d. c.* 11. *& ſeqq.* dixi ad *d. c.* 8. *h. t.* Sane malitioſa privilegii interpretatio evitanda eſt. *d. c.* 12. Hodie novalia, de quib. *c.* 13. eſſe ſub diſpoſitione Principis ſeu Ord. cujuſc. Prov. ſignificavi *ſup. ſæp.* Quæ decimæ, de quib. *c.* 14. hodie in Belg. confœd. exigi poſſint, dixi ad *d. c.* 1. *h. t.* Decima non poteſt laico concedi jure hereditario. *c.* 15. ſed hoc hodie apud Reformatos non ſervari, notavi *ſup. ſæp.* Judæi *arg. c.* 16. debent quid tribuere Eccleſiæ Miniſtris, qui illorum gratia etiam conſtituuntur. Si *d. c.* 17. accipiatur de decimis vel aliis fructibus, qui veris & legitimis ſacerdotibus relicti ſunt, uſum habere poteſt, quum illos fructus aut reditus ne quidem Princeps aliis concedere poſſit. Sed quia iſtæ decimæ, de quib. *d. c.* juſte in fiſcum retractæ dicuntur, poteſt Princeps ut liber dominus de illis diſponere, quomodocunque vult, ſed maxime tamen proſpicere debet Sacerdotibus veris & legitimis, ut aliquo modo ſaltem ſervetur voluntas teſtatoris, qui veram religionem propugare intendit.

Ad c. 18. & ſeqq.

Auctoritates Sanctor. Patrum ſæpe ſunt diverſæ, & ideo in caſu dubio conſuetudo in ipſis decimis attendenda eſt. *d. c.* 18. Hodie contra *c.* 19. laicos ſine periculo animarum decimas retinere & transferre poſſe, notavi *ſup. ſæp.* Vix ſummam aut applicationem recipit. *c.* 20. niſi hanc forſan, quod prædia recipiant tributa, ubi ſita ſunt. De conſuetudine dixi ad *d. c.* 18. In quib. reb. de quib. *c.* 22. hodie decimæ conſiſtant, cuilibet Belgæ notum eſt. Decimæ vel ſimiles fructus Paſtoribus Eccleſiæ aſſignati ſolvendi ſunt expenſis non deductis. *c.* 22. 26. *& c.* 28. Excuſſio *c.* 23. *&* 24. facta videri poteſt ad *d. c.* 5. *& 6. h. t.* Princeps non poteſt quem eximere ab eo, quod divina conſtitutione debetur. *pr. c.* 25. Hodie decimas novalium, de quib. §. 1. poſſe ad laicum pertinere, notavi *ſup. aliquot.* Sane ſi decimæ ſunt tributa egentium animarum, ut dicitur in *d. c.* 26. ergo recte cadunt in confiſcationem, utpote quæ cum magno crimine læſæ Majeſtatis Divinæ conſtitutæ cenſentur, ut *lat. & ſæp. ad decret. Grat.* Privilegia etiam extenduntur. *c.* 27. Hodie tamen opus eſt ſpeciali interpretatione Principis, ſeu alterius Superioris Magiſtratus, ut novalia vel novi agri liberentur à decimis, ſed ſolet eſſe facilis, ut agri ſteriles excolantur.

Ad c. 28.

Illa exceptio, quæ eſt in *d. c.* 28. quæque negotiatoribus permittit deducere impenſas, nec uſum, nec probationem habet, cum hodie apud Nos decimæ ſeu fructus quibuſd. Paſtorib. Eccleſ. aſſignati ſint merum ſtipendium aut honorarium pro opera præſtita. Miror profecto, cur illi, qui in primis ſpectare volunt forum conſcientiæ, permittant fieri præſcriptiones in caſu *c.* 26. *& ſeq.* ut *lat. ad tit. de præſcript.* Si Princeps vel Ordines cujuſc. prov. decimas pontificias recte redegerunt in fiſcum, (ut nos ſtatuimus)

mus) ne quidem ipſe pontifex impediret donationes decimarum, de quib. *c.* 31. Res tranſit cum ſuo onere. *pr. c.* 32. Illud neceſſario ſolvendum eſt, quod ex lege Divina debetur. §. 1. ſed de decimis hoc affirmare non licet, ut *notat. ad c.* 1. *h. t.* Quamvis ratio pro decimis in *c.* 33. non ſit adæquata, tamen fructus vel reditus Paſtoribus Eccleſ. aſſignati ante alios cenſus ſolvendi ſunt, cum ſaltem vigilent pro animabus, & magnopere opus habeant. Privilegium, quod vergit in enorme detrimentum alterius, abrogandum videtur ſaltem pro parte. *c.* 34. An & quomodo apud Reformatos decimæ, de quib. *c. ult.* reformatæ vel ſæcularizatæ oppignorari poſſint, notavi *ſup. ſæp.* Adde Mareſ. *in ſchol. & animad. ad* Ant. Cucch. *lib.* 2. *Inſt. jur. can. tit.* 16.

De regularib. & tranſ. ad relig.

Tit. XXXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. de tonſura loquitur, nullum uſum apud Reformatos habet, ſed poſſet adplicari Sacerdotib. vel Studioſis Theologiæ, qui non poſſunt admitti ad ſacerdotium, niſi ætate & voluntate idonei. *arg. d. c.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 2. parentes non poſſent impuberes revocare ex monaſterio poſt annum? Hæc pietas impietas eſt, ut *lat. ad decret. Grat.* Quod quis habitu ſimulat, illud aut fiat, aut habitum deponat. *arg. c.* 3. dura tamen eſt coactio in *c.* 4. quum coacta profeſſio raro procedat feliciter. Quo facit *ipſ. c.* 20. *h. t.* Quæ ratio, cur in *c.* 5. monachi non poſſint habere pecuniam? Scilicet diſcipuli Chriſti non portabunt argentum in zonis ſuis. *Matth.* 10. Quo durior eſt profeſſio, eo major requiritur ætas. *c.* 6. Qui eſt membrum alicujus collegii vel univerſitatis, non poteſt ſine conſenſu præſidis tranſire ad aliam univerſit. *c.* 7. Qui illectus habitum ſuſcepit, præſumitur non voluiſſe. *Gloſſ. ad c.* 8. O quam multi ergo noluerunt! Qui promiſit majus, quod ſervare non poteſt, cogendus eſt ad minus, quod ſervare poteſt. *arg. c.* 9. Sed de majore religione ad minorem tranſire non licet. *c.* 10. Profeſſio ante ann. 14. non obligat. *c.* 11. niſi ratihabitio ſequuta ſit. *d. c. & ſeq.* Reliqua inutilia & impia ſunt.

Ad c. 13. & ſeqq.

Profeſſio, non habitus monachum facit. *d. c.* 13. Reliqua de voto improbanda eſſe, notavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Excuſſio *c.* 14. facta eſt in *noſtr. ad d. c.* 11. *& ſeqq.* Quæ & quanta bona parentum, de quib. & *d. c.* debeantur liberis, dixi ad *tit.* D. *de liber. & poſtum.* Furioſi profeſſio non obligat. *c.* 16. Multa fieri prohibentur, quæ facta tamen obtinent firmitatem. *c.* 16. maxime in illis, quibus quis renuntriare poteſt. *d. c. & l. pen. C. de pact.* Diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget. *c.* 17. Cætera recte reformata aut abrogata eſſe, notavi *ſup. aliquot.* Privilegio indignus eſt, qui abutitur poteſtate conceſſa. *arg. c.* 18. Illam promiſſionem, qua pontifex in *c.* 19. permittit conjugibus divortium facere ob religionem profitendam, impiam & contra jus Divinum eſſe, notavi *ſup. cent.* Ex monaſterio contra *c.* 20. *& ſeqq.* ſemper exire licitum videri, notavi *ſup. ſæp.* Et quorſum annus probationis, ſi votum factum ſervandum eſt?

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De converſ. conjugator.

Tit. XXXII.

Cap. 1. & ſeqq.

Totum hunc tit. qui permittit converſionem, ſeu potius inverſionem conjugatorum & divortium aut ſeparationem tori aut menſæ extra cauſam adult. & malit. deſert. antichriſtianiſmum ſapere, ſignificavi *ſup. ſæp.* Juvat tamen quaſdam ſummas colligere. Prima eſto ex *c.* 1. incontinentiæ uxoris ſuccurrendum eſt. Secunda ex *c.* 2. 3. *&* 13. hæc eſto: carnalis commixtio proprie facit unam carnem, ſed *nos* alibi probavimus ſæpius, ſolum conſenſum nuptias facere, atque adeo unam carnem, licet copula nunquam interceſſerit. Sed quo jure in *d. c.* 2. poteſt unus altero invito reſilire à promiſſis, præſertim ſi ſponſalia fuerunt de præſenti? Quo jure tranſiens ad ſecunda vota liberatur ab adulterio aut ſtupro? aut quo jure licet habere duas uxores? Sanctos illos, qui in *d. c.* deſignantur, videre licet in *not. ſub.* 1. *ſcripſ.* 26. *cauſ.* 27. *q.* 2. Senes & ſteriles præſumuntur continentes. *c.* 4. Illam interpretationem *Matth.* 5. *&* 19. quæ eſt in *c.* 7. nequaquam admittendam eſſe, probavi in *ſup.* Nullo etiam textu probat pontifex, qui novit, Imperatorem minime oportere ſine lege loqui. *Nov.* 18. *c.* 5. Promiſſiones ſeu profeſſiones, de quib. *c.* 9. *& ſeqq.* turpes eſſe ex ipſa ratione naturali ſeu jure Divino, atque adeo ipſo jure nullas & revocabiles eſſe, notavi *ſup. ſæp.*

Ad c. 12. & ſeqq.

Votum, quod ab initio non tenet, ſæpe tenet ex poſtfacto, quando res devenit ad iſtum caſum, à quo incipere potuit. *arg. d. c.* 12. Excuſſio *c.* 13. facta videri poteſt ad *d. c.* 2. *& ſeq.* Excuſſio *c.* 14. facta videtur in *noſtr. ad d. c.* 9. *& ſeq.* An & qnando hodie lepra vel hæreſis, de quib. & *d. c.* 14. ſolvat ſponſalia, dixi ad *tit. de ſponſ.* D. *&* C. Adultera non nocet viro, quominus ille ſeparatus poſſit promoveri ad ordines. *c.* 15. Mulier non repetit maritum, licet dolo inducta ſit. *c.* 16. repetit tamen, licet metu coacta ſit ad licentiam. *c.* 17. Reſp. *Gloſſ.* in *d. c.* 16. uxor ſe non continuit, ſed in *c.* 17. ſe continuit. Specioſa differentia, ſed quomodo inhoneſtas uxoris excuſat maritum à dolo? An & quando adultera, de qua *c.* 19. alteri nubere poſſit, dixi ad *tit. de divort. & repud.* An & quatenus maritus uxori, vel uxor marito renuntiare poſſit juri, quod alter in alterum habet, de quo *c.* 20. dixi ad *tit. de ſponſal. & alib.* Vix hodie mutuo conſenſu licet reſilire à ſponſalibus, ſi trina facta eſt proclamatio, niſi tamen ingreſſus requiratur pro ſubſtantia matrimonii, ut in Diæceſi Ultraj. An & quando infidelis, de quo *c. ult.* poſſit ſeparari à fideli, vel vice verſa, dixi *itid. ſup. ſæp.*

De converſ. infidel.

Tit. XXXIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. quis poſſit in uxorem habere, cujus maritum occidit in bello, ſi nulla machinatio uxoris acceſſerit, hæc dari poteſt; quia nuſquam prohibetur, nec ulla honeſtas violari videtur, ſed potius lucrum cum damno compenſatur. Plura hac de re ad *tit. de eo qui dux. in uxor. &c.* Ratio, cur in caſu *c.* 2. filius patri fideli aſſignandus ſit, addita eſt *ibid.* Sed quæ

quæ ratio, cur in *d. c.* filius ante triennium apud matrem, & poſt trienuium apud patrem educandus dicatur? Dixerim hoc rectius arbitrio judicis committendum eſſe. Vide *not. noſtr. ad tit.* D. *ubi pupil. educ. & ad l. pen. C. de patr. poteſt.*

De voto & voti redempt.

Tit. XXXIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Quo jure poteſt pontifex in *d. c.* 1. *& ſeqq.* diſpenſare de voto, vel votum in aliud mutare, aut eleemoſinis redimere, cum votum ſine peccato negligi non poſſit. *Deut.* 23.? Sane votum peregrinationis facile remitto, cum temerarium ſit, & nuſquam in ſacris Paginis injunctum aut licitum. Sed nec ipſe Deus impoſſibilia deſiderat, ſi hæc votum contineat, aut judicium minus firmum. *arg. d. c.* 1. *&* 2. Sola conceptio voti non eſt votum, ſaltem quoad judicem in terris. *c.* 8. Sed quæ ratio, cur in *c.* 4. votum religionis non liceat mutare, & tamen aliud votum temporale liceat mutare in votum religionis? Vota licita ſervanda ſunt, licet mutari videantur in meliora. *d. c.* 23. *Deut. v.* 22. *&* 23. Executio voti ob juſtam cauſam (de qua *nos ſupra*) differri poteſt. *arg. c.* 5. Hereditate patris indignus eſt, qui onus injunctum non ſupplet. *c.* 6. Sed votum ultramarinum non obligat, ut *ſup. notat. aliquot.* maxime quando cauſa voti ceſſat, licet contrarium exſtet in *c.* 7. cujus reliqua excuſſa ſunt in *anteced.* Quid quæſo opus eſt redimere votum eleemoſynis, vigiliis aut jejuniis, quando ipſa apud Deum juſta cauſa excuſat? Si dilatio ob juſtam cauſam ſupervenientem non cogitatam concedenda ſit. *c.* 6. cur non etiam dimiſſio in totum etiam ſine redemptione pro terra ſancta? cur non etiam ſine papa contrà *pr. c.* 9.? Habilis ad pugnandum habetur, qui ſtrenuus conſilio eſt. §. 1. Uxor non tenetur ſequi maritum ultra mare, niſi promiſerit. §. 2. Ratio, cur in §. 3. *d. c.* 9. vir ſine conſenſu uxoris votum emittere poſſit, addita eſt *ibid.* Sed quæ nullo modo ſatisfacit, cum ſit contra naturam matrimonii, aut contra fidem in matrimonio datam. Quin nullus video, quo jure Hieroſolyma deſtructa dicatur terra ſancta, aut in ſubſidium iſtius terræ aliquid conferendum eſſe. Qui eſt inhabilis, facile redimit. §. *ult.* Altiſſimo vota reddenda ſunt. *c.* 10. Sed quomodo hoc convenit cum *anteced.*? & cur in caſu *d. c.* 10. non poteſt ſubintelligi conditio, niſi vovens fiat epiſcopus? Eadem ratione, qua maritus uxorem abſque conſenſu poteſt derelinquere. *d.* §. 3. eadem prælatus eccleſiam. *c. ult.*

De ſtatu monach. & can. reg.

Tit. XXXV.

Cap. 1. & ſ.qq.

Qualis ſtatus monachorum aut monaſteriorum, de quib. *d. c.* 1. *& ſeqq.* olim fuerit, & hodie ſit & poſſit eſſe, dixi *aliquot. ad decret. Grat.* Summa tamen ex *d. c.* 1. hæc eſto: qui non eſt ſubjectus alicujus imperio, non debet ab eo moleſtari. Si monachus in *c.* 2. non poteſt ſolus habitare ex ſententia Salomonis, *væ ſoli*, quæ ratio, cur ſecus ſit in eremitis? Dignum tamen eſt, ut qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt; ſimilem ſentiant diſciplinam. *arg. c.* 3. Qui habet quid proprium, quod habere non licet, vix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Juſta ſepultura dignus eſt, ſi monitus in morte non reſignavit. *c.* 4. Presbyteris incumbit officium prædicationis, licet nulla ſit differentia inter monachos & canonicos regulares quoad ſubſtantiam ordin. *c.* 5. Monachus aliquid proprium relinquens in ſterquilinio ſepeliendus eſt, nec papa (qui omnia poteſt) de iſto proprio diſpenſare poteſt. *c.* 6. Papa ita tuetur jura ſuperiorum, ut non ſupprimat inferiorum. *c.* 7. cujus reliqua de viſitatoribus Eccleſ. excuſſa ſunt ad *decret. Grat.* Sane Viſitatorum correctiones, ut & Abbatum & monachorum, de quib. *c. ult.* ſæpe neceſſarias eſſe, nemo facile inficietur.

De religioſ. domib. ut epiſc. ſint ſubj.

Tit. XXXVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Tam proprium legis aut religionis pontificiæ eſt *d. c.* 1. ut vix ex eo ſummam colligere liceat, niſi hanc forſan, quod ad eum pertineat jurisdictio, qui aliquem ejus effectum aliquando exercuit. Quomodo & à quibus apud Reformatos ſoleant conſecrari aut confirmari Paſtores Eccleſiæ, ſignificavi *ſup. ſæp.* Ordinatio ſeu privilegium dandum eſt ſine præjudicio alterius. *arg. c.* 2. Ad quorum ſolicitudinem ſeu curam hodie in Belgio confœderato pertineant Xenodochia & ſimilia loca aut collegia, de quib. *c.* 3. ſignificavi tum ad *tit. C. de epiſcop. & cleric.* tum ad *decret. Grat. ſæp.* Multa loca hoſpitalitatis contra *c.* 4. recte converſa eſſe ad uſus mundanos, probavi *itid. ſup. ſæp.* Sane illa, quæ à pontifice conſecrata vel ædificata ſunt contra jus Divinum, juſte ipſo auctore pontifice in uſus profanos commutantur. Hodie quoque contra *c.* 5. reformationem loci religioſi vel Eccleſiæ competere Principi ſeu ſuperiori Magiſtratui, qui utriuſque Tabulæ cuſtos eſt, ſed adhibito Theolog. conſilio, haud uno in loco notavi ad *Lib. Cod. & ad decret. Grat.* Eccleſia ſita in Diæceſi vel Claſſe aliqua intelligitur ſubjecta ejus regimini. *arg. c.* 6. & 7. Reliqua *dd. cc.* aut inutilia ſunt, aut excuſſa *alib.* Mirum profecto eſt, quod in *d. c.* 7. epiſcopus poſſit prætendere temporalia, cum ſecularibus ſe immiſcere non poſſit. Quatenus Eccleſiæ alicujus Provinciæ vel Claſſis ſubſunt Claſſi vel Senatui Eccleſiaſtico Provinciali (de monaſterio loquitur *c.* 7.) ſignificavi ad *decret. Grat. ſæp.* Cujus auctoritate apud Reformatos nova religio, de qua *c. ult.* introduci poſſit, dixi *itid. ad decret. Grat. & alib.*

De capell. monach. & alior. relig.

Tit. XXXVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Capellanos & religioſos illos, de quibus *d. c.* 1. *& ſeqq.* in Belgio confœderato nec agnoſci, nec agnoſcendos eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Quale ſit officium noſtrorum Epiſcoporum ſeu Presbyterorum, pluribus ſignificavi ad *decret. Grat. & alib. ſæp.* An & quatenus confeſſio Syndici ſeu procuratoris, de quo *c.* 2. præjudicet collegio, dixi ad *l.* 6. §. 4. *D. de confeſſ.* Recte in *d. c.* cumulari judicium poſſeſſor. & petitor. notavi ad §. 4. *Inſt. de interdict. & alib.* Sed male ſententiam pro-

pronuntiari contra ſyndicum vel procuratorem, dixi *ſæp. ad tit. D. & C. de procurat.* Qui impetrat literas contra jus vel concilium, tenetur de illo concilio mentionem facere, alias non valent. *c.* 3. Reliqua *d. c. & ſeq.* ſunt de monachis, quos nos non agnoſcimus.

De jure patronat.

Tit. XXXVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

An & quatenus jus patronatus, de quo *d. c.* 1. *& ſeqq.* apud Reformatos laicis (ut loquuntur) competat aut dari poſſit, ſignificavi in *not. & diſp. ad h. t. Dig. & alib.* In hac Provincia Ultrajectina patronus nihil aliud videtur, quam cuſtos Eccleſiæ & Magiſtratus, qui utriuſque Tabulæ cuſtos & conſervator eſt, quique etiam in multis locis nominat & eligit paſtores Eccleſ. ſed requiſito conſenſu populi vel Senatus Eccleſiaſtici, aut ſaltem eo connivente & non mordicus contradicente, ut *lat. ad decret. Grat.* Quinque Capitulis in Diæceſi Ultraject. reformatis reſervatum eſt jus patronatus, ſed reformatum, ut indicatum, aut ſaltem reformandum. Sic quilibet patronus ſingularis ut ſupremus Magiſtratus miniſtrum Eccleſiæ eligit aut nominat, cum ei debeatur ille honos, qui rem inæſtimabilem dedit, puta occaſionem Eccleſię colligendæ. Eccleſiæ autem dividi non debent. *d. c.* 1. Quid agendum ſit Magiſtratui vel Claſſi, quando patroni diſcordes ſunt, de quo caſu in *d. c.* 1. *& ſeq.* ſignificavi *ſup. ſæp.* Electio majoris partis prævalet, & ex fundatorib. Eccleſiæ jus patronatus oritur. *c.* 3. *&* 25. Hodie ergo ut olim in *c.* 4. licet concil. Lateran. reprehendat, poſſunt Laici Sacerdotes inſtituere, & bona eccleſiaſtica diſtribuere, ut *notat. ſup. ſæp.* Adde *Mareſ. ad Cucch. Inſt. jur. canon. lib.* 2. *tit.* 10.

Ad c. 5. & ſeqq.

Patronus offert ſeu nominat, ſed Epiſcopus eligit. *d. c.* 5. *&* 8. In pleriſque noſtris Civitatibus Magiſtratus eligit aut adprobat, ſed Senatus Eccleſiaſticus nominat ſeu offert, ut *notat. ad decret. Grat. ſæp.* Patronus ſingularis in multis locis noſtris nominat & eligit ſimul, ſed rectius & tutius adhibetur conſenſus populi aut Senatus Eccleſiaſtici, ut *ſup. indicat. aliquot.* In Belgio noſtro jus patronatus contra *c.* 6. emi poſſe, utpote ſeculariſatum, notavi *itid. ſup. ſæp* Quin ipſo jure Canon. jus patronatus tranſit cum ſua univerſitate. *c.* 7. *&* 13. Excuſſio *c.* 8. facta videri poteſt ad *d. c.* 5. *h. t.* Novus patronus non mutat inſtitutum. *c.* 9. Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum. *c.* 10. nec plus poteſt quis in alium transferre, quam ipſe habuit. *c.* 11. Reliqua inutilia eſſe, facile patet ex *anteced.* Patroni negligentiam corrigit Epiſcopus. *c.* 12. hodie Claſſis ſaltem demonſtrat, ſupremus Magiſtratus ordinat aut emendat. Excuſſio *c.* 13. facta eſt ad *d. c.* 7. Sine conſenſu patroni male occupatur Eccleſia. *c.* 14. Sed nec patronus ſibi Eccleſiam retinere poteſt propria auctoritate, nec alteri concedere. *c.* 15.

Ad c. 16. & ſeqq.

Ceſſante ratione, quæ in *d. c.* 16. allegata eſt (quod ſcilicet jus patronatus ſpirituali ſit annexum) recte ceſſat apud Nos diſpoſitio *d. c.* 16. & ideo vel ſolum jus patronatus per ſe vendi poteſt, ut *notat. ſup.* Sed decimas, ſeu ſimile ſtipendium, de quib. *c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

17. conſtituere poteſt, ut ſupra dictum eſt, modo non donet extraneis, quibus primus fundator dare noluit. Qua limitatione patrono concedenda videatur præſentatio paſtoris, de qua *c.* 18. ſignificavi *ſup. aliquot.* Ratio, cur in *c.* 19. inſtitutus non poſſit removeri, licet jus patronatus poſtea evictus ſit, intermixta eſt *ibid.* Prima conceſſio, quæ non tenet, non impedit ſecundam. *c.* 20. Ratio, cur in *pr. c.* 21. inſtitutus removeatur, addita eſt etiam *ibid.* Quorum conſenſu apud Reformatos opus ſit ſacerdoti nominando & eligendo, ſignificavi *ſup. aliquot.* Excommunicationem, de qua §. 1. nequaquam apud Nos quoque extimeſcendam eſſe, indicavi *itid. ſup. ſæp.* Pœnam ejus, qui ſpoliavit veram Eccleſiam, indicavi *alib.* arbitrariam videri. Illud tempus 6. menſ. de quo *c.* 22. in Belgio noſtro quidem non ſervatur, ſed pendente quæſtione de jure patronatus proſpicitur tamen Eccleſiæ vel per Claſſ. vel per Magiſtrat. ſuperior. Hodie contra *c.* 23. patronum jus ſuum alienare poſſe, notavi *ſup. aliquot.* Sed tamen nihil exigere poteſt juxta *d. c.* 23.

Ad c. 24. & ſeqq.

An & quatenus Patronus ſeu Advocatus Eccleſ. in præſentando variare poſſit, de quo *d. c.* 24. facile apparet ex *noſtr. præmiſſ.* Excuſſio *c.* 25. magna ex parte facta videri poteſt ad *c.* 3. *h. t.* Sed hoc addendum hoc loco, quod Eccleſia patrono ad inopiam vergenti ſuccurrere debeat *d. c. in fin.* de quo *nos lat. ad l. ult. C. de revoc. donat.* Reliqua inutilia eſſe, quis non animadvertit ex *anteced. noſtr.*? Ratio, cur in *c.* 26. patronus ſeipſum præſentare non poſſit, inſerta eſt *ibid.* ſed potior videtur, quia rei natura non patitur. Excuſſio *c.* 27. facta videri poteſt in *noſtr. ad d. c.* 23. Qui non habet Eccleſiam canonice ſeu legitime, ille tenetur fructus reddere, quos medio tempore percepit. *c.* 28. & præſentatus non habet plenum jus, quamdiu non eſt plene inſtitutus. *d. c.* cujus reliqua inutilia eſſe, nemo ignorare poteſt, qui noſtra præcedentia legere dignatus eſt. Laicus patronus variare poteſt ante inſtitutionem, & puniendus quis in eo eſt, in quo conſtat ipſum deliquiſſe. *c.* 29. Cætera utilia ſunt ut *ſup.* Factum prælati, aut præſidis alicujus Claſſis non præjudicat patrono in præſentatione, quæ patrono competit. *c.* 30. Aliud tamen eſt præſentare, aliud concedere Eccleſiam ſeu ordinare, quod patronus non poteſt. *c. ult.*

De cenſib. exact. & procurat.

Tit. XXXVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Iſte manſus vel quantitas terræ, de qua *d. c.* 1. in reformatis Eccleſiis incognita eſt, licet Paſtores in quibuſdam pagis pro ſtipendio habeant certos agros aut fructus eorum. Etenim Paſtores debent tributa, niſi ſpecialiter exempti ſint, ut *lat. ad. cauſ.* 13. *q.* 2. *&* 3. *& alib.* Qui ſolvit tributa, agnoſcit ſubjectionem. *c.* 2. Quis hodie Eccleſiæ vel aliis Univerſitatibus cenſum, de quo *c.* 3. imponere poſſit, ſignificavi ad *tit.* D. *de cenſib. & alib. ſæp.* Ratio, cur cœcus pauper non teneatur ad collectas, cuilibet obvia eſt, ſed quæ ratio, cur in *c.* 4. etiam dives videatur excuſatus? Vide *not. noſtr. ad l.* 1. §. 1. D. *quod cujuſc. univ. nom. & not. ad tit.* D. *de cenſib.* Sane qui petit cenſum, ille de-

debet rationem ejus exprimere. *c.* 5. Procurationes recipiendæ ſunt ſecundum facultates Eccleſ. vel alterius Univerſit. nec prælati ſumptuoſas epulas quærere debent. *pr. c.* 6. nec ſubditos gravare exactionibus. §. 1. nec in viſitando pluribus uti equis §. 2. Sed cur ergo in *pr. d. c.* archiepiſcopi 50. vel epiſcopi 30. cardinales 25. uti poſſunt? Sane noſtri utuntur ad neceſſitatem, ſed non ad pompam, quæ minime Chriſti legatis convenit.

Ad c. 7. & ſeqq.

Quinam hodie in Belgio confœd. ſoleant cenſus imponere, & quibus perſonis imponi ſoleant, de quib. *d. c.* 7. dixi ad *c.* 3. *h. t.* Fruſtra ergo quæritur in *c.* 8. an prælatus poſt mortem poſſit eccleſiam facere cenſualem, & in *c.* 9. an epiſcopus eccleſiæ ereptæ cenſum imponere poſſit. Si in pedagiis imponendis requiratur conſenſus Principis. *c.* 10. cur ſecus in cenſibus aut aliis actionibus? Vide *not. noſtr. ad l. vectig.* 10. D. *de public. & de vectig.* Quod Eccleſia per colluſionem obtinuit, eo privanda eſt. *arg. c.* 11. ut gravatores privantur officio, qui nimis gravarunt. *c.* 12. juramentum de re illicita præſtitum relaxandum eſt. *c.* 13. Quales procurationes, de quib. *c.* 14. Noſtri Viſitatores Eccleſ. accipiant, ſignificavi *ſup. aliquot.* Patroni non poſſunt imponere novum cenſum, licet clerici ſint. *c.* 15. Hodie apud Reformatos ſoli Magiſtratus Superiores imponere poſſent, ſed Eccleſiæ noſtræ vix bona poſſident, quæ impoſitionem pati poſſent cum diſpendio ſtipendii, quod ſatis exiguum pagan. Eccleſiaſt. ſolvitur. Procuratores alicujus piæ domus poſſunt augere aut minuere cenſus ſeu numerum fratrum pro re nata, idque ex ipſa veriſimili voluntate fundatoris. *c.* 16.

Ad c. 17. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 17. agit de legatis & nunciis ſedis Apoſtolicæ, plane apud Reformatos inutile eſt, ut *notat. ſup. ſæp.* ſed poſſet tamen applicari Viſitatoribus noſtrar. Eccleſ. qui *arg. d. c.* honeſte procurandi ſunt vel à Viſitatis, vel viſitationis Auctoribus. Sed ſi in *d. c.* 17. *pr.* præſcriptio non admittatur contra legatos ſeu Apoſt. cur ſecus in perſonis aliis? Sane ratio in *fin. d. pr.* ſubjecta nihil ad rem facit, ut *lat. ad tit. de præſcript.* Succeſſor tenetur ad id, quod anteceſſor ſolvere conſuevit. *arg. c.* 18. Ex eo nemo debet conſequi beneficium, cui tacite renuntiaſſe videtur, puta impugnando aut alio modo. *c.* 19. de quo *nos lat. ad l.* 8. §. 14. *D. de inoff. teſt* Ratio, cur in *c.* 20. & 26. cenſus ſolvendi ſint in illa moneta vel æſtimatione, quæ fuit tempore inſtituti cenſus, data eſt à nobis ad *l.* 3. D. *de reb. credit.* Viſitationi annexa eſt procuratio, ſaltem modica. *c.* 20. & qui remittit ſervitia, non ſtatim remittit procurationes. *d. c.* 20. In procurationibus aut ſimilib. attendenda eſt conſuetudo vicinarum Provinciarum. *c.* 22. de quo *nos lat. ad pr. l.* 22. D. *de legib.* Viſitatores Eccleſ. non debent quærere, quod ſuum eſt, ſed quod Chriſti eſt. *c.* 23. cujus reliqua excuſſa ſunt in *præced.* In procurationib. non currit præſcriptio. *c.* 24. de quo *lat. ad d. c.* 17. *h. t.* Procurationes juxta facultates Eccl. exhibendę ſunt *c.* 25. ut *lat. ad c.* 16. Excuſſio *c.* 26. facta videri poteſt ad *d. c.* 20. Ubi non fit legitima viſitatio, ibi nec procuratio deſiderari poteſt. *c. ult.* Moribus Belgii confœd. pro viſitatione nihil ſolvitur, ſed viſitatores extra damnum ſervantur, & honeſte excipiuntur & aluntur, ut *notat. ſup.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De conſecrat. Eccleſ. & altar.

Tit. XL.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa ſeu doctrina ex *d. c.* 1. quod conſecrat. eccleſ. & altar. hæc eſto: vitiata parte, non ſtatim vitiatur totum. Quæ ratio dubitandi in *c.* 2. an conſecratio Eccleſiæ poſſit fieri diebus feſtis? Sanæ noſtræ Eccleſiæ non agnoſcunt aliquam analogiam aut conſecrationum ex veteri Teſtamento, ut *notat. ſæp. ad decret. Grat.* Prima prædicatio eſt prima conſecratio, aut primum oleum, de quo *c.* 3. Sed reconciliatio, quæ in *c.* 4. fit per aquam cum vino & cinere, plane apud Reformatos rejecta eſt. Altaria etiam, de quib. *c.* 5. juſte ex Eccleſiis noſtris ſublata eſſe, notavi ad *decret. Grat. ſæpiſſ.* Reconſecratio, de qua *c.* 6. Noſtris ridicula videtur, ut & reconciliatio, de qua in *c.* 7. *& alib.* Qui fecit Eccleſiam fundari aut conſecrari, tenetur eidem dotem aſſignare. *c.* 8. Conſuetudo, quæ eſt contra juris naturam, non prodeſt. *Gloſſ. ad c.* 9. Etiam noſtræ Eccleſiæ, vel noſtra templa etiam ſolent lavari aqua, quando ſunt inmunda, ſed aqua exorcizata, de qua *c. ult.* apud Nos incognita eſt, improbata eſt. Adde *Mareſ. in ſchol. & animadv. ad Cucch. Inſtit. jur. can. lib. 2. tit.* 12.

De celebrat. miſſar. & Sacram. euch. &c.

Tit. XLI.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt de celebrat. miſſ. & ſacram. euchariſt. quæ nobis videntur deteſtanda idololatria, non videntur attingenda, ſed quia in illis alia quædam notatu digna occurrunt, juvat nos ſingula capit. percurrere & ſummas colligere. Prima eſto ex *d. c.* 1. Presbyter, cui ſua Eccleſia non ſufficit, poteſt ex alio artificio victum quærere. Secunda ex *c.* 2. hæc eſto: ſæpe aliquid prohibetur non propter hoc, quod malum ſit, ſed propter id, quod inde ſequi poteſt. Tertia ex *c.* 3. hæc eſto: neceſſitas quandoque facit licitum, quod per ſe illicitum eſt. Quarta ex *c.* 4. eſto: aliud eſt commemoratio, aliud eſt ſolennitas. Sacramenta à jejunis ſunt percipienda. *c.* 5. Quæ ratio, cur in *pr. c.* 6. credenda dicantur, quæ à ſucceſſoribus Apoſtolorum tradita ſunt, præſertim Sacris Literis & ſanæ rationi contraria? Chriſtusne panem in corpus & ſanguinem ſuum transſubſtantiavit, ut pontifex innocenter loquitur in *d. pr.*? Male ergo illorum ſententia in *d. pr.* laqueo erroris damnatur, qui panem in Cœna Domini figuram ſeu ſymbolum Corporis dicunt, quod & ipſe pontifex invitus fatetur. Sacramentum eſt, inquit, ergo verum corpus phyſicum negatur, ſed conſequentia ejus falſa & ridicula eſt, ergo nec mors, nec reſurrectio Chriſti (cum figura ſit) veritas eſt credenda. Quis etiam credat, quod in §. 1. aqua cum vino transſubſtantietur in ſanguinem Chriſti? Olim orabatur pro anima Leonis, ſed hodie Leo orat pro pontificiis. §. 2.

Ad c. 7. & ſeqq.

Summa *Gloßat. ad d. c.* 7. hæc eſto: falſa remedia veris periculis ſunt graviora. Sed hæc noſtra ſit: populus non eſt fallendus ſimulatione, ergo nec dicendum, quod verbis presbyteri aut papę conficiatur corpus Chriſti. *d. c.* Chriſtus eſt verus Deus & verus homo Θεάνθρωπος, ſed hoc in *c.* 8. minus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

minus proprie probatur ex effluxione ſanguinis & aquæ, aut ſaltem ex illa perperam colliguntur duo Sacramenta, ſcilicet redemptionis & regenerationis. *d. c. in fin.* Crederem etiam contra *d. c.* aquam in ſacramento altaris citius converti in phlegma, quam in verum ſanguinem Chriſti, qui ſemel pro nobis ſanguinem effudit. Prælati non debent vacare comeſſationibus ſuperfluis & confabulationibus illicitis, ſed officium præſtare devote. *c.* 9. Illam elevationem euchariſtiæ & inclinationem ad eam, de quib. *c.* 10. videri execrandam idololatriam, notavi ad *d. c.* 1. *& alib.* Euchariſtia eſt gratiarum actio & ſimul oblatio pro vivis & mortuis. *d. c.* 2. quæ hæc contrarietas? Solennia miſſarum fiunt pro defunctis. *c.* 11. ſed Cœna Domini nobis teſtatur, nos perfectam remiſſionem omnium noſtrorum peccatorum habere propter unicum illud Chriſti ſacrificium, quod ipſemet ſemel in cruce peregit. *Hebr.* 10. *Joh.* 19. Rectius in *c.* 12. cœnam Domini vocari, quam miſſam aut ſacrificium aut euchariſtiam, notant Noſtri ad *quæſt.* 75. *Catecheſ. noſtr.* Rationabilis conſuetudo eſt, qui plus ponit in vino quam in aqua. *c.* 13. quia, ut *Gloſſ.* vinum delectabilius eſt ad bibendum, quam aqua, quæ malum ſtomachum facit. Deponitur tamen presbyter, qui ſine aqua & igne ſacrificavit. *c. ult.*

De baptiſmo & ejus effectu.

Tit. XLII.

Cap. 1. & ſeqq.

Formula baptiſmi à Chriſto præſcripta ſervanda eſt. *d. c.* 1. ſed male in *d. c.* videntur prohiberi æquipollentia, ut *lat. ad tit. Cod. ne ſanct. bapt. iter.* Sed ratione dubii aliquando fiunt, quæ alias non fierent. *c.* 2. Recte quidem in *c.* 3. baptiſmus dicitur ſacramentum, ſed cum ſacramentum ſit, quo jure, quave ratione aqua baptiſmi, vel ipſe baptiſmus dicitur remiſſio peccatorum, cum tantum ſit ejus ſymbolum & pignus, aut ſignum & ſigillum ſecundum naturam Sacramentorum? Si in §. 1. amentibus vel dormientibus non videatur remiſſum peccatum originale, qua auctoritate remittitur parvulis? Et ſi amentibus adultis non remittatur peccatum, quomodo ſalvabuntur? manebunt in tenebris, & non videbunt Deum, quæ pœna mitiſſima eſt. *d.* §. 2. junct. *Gloſſ. ad eund.* Si §. 3. accipiatur de illis amentibus, qui fidem in Chriſtum oſtenderunt, nihil abſurdi continere videtur, licet etiam ſine baptiſmo bene & pie ſperandum ſit de illis, quibus facta eſt promiſſio. Quamvis ergo nec quiſpiam ſeipſum baptizare poſſit. *c.* 4. tamen ille, qui credidit, non eſt mortuus rebaptizandus, ſed tamen vivus, de quo *d. c.* vix accipi poteſt. An & quatenus verbum & elementum in baptiſmo pro ſubſtantia requiratur, de quo *c.* 5. dixi ad *d. c.* 1. *h. t.* Baptizati in nomine Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti à Latinis vel Aliis, non debent rebaptizari à Græcis vel Aliis. *c. ult.* de quo *nos lat. ad diſt.* 4. *de conſecrat. per tot. & ad d. tit. Cod. ne ſanct. bapt. iter.* Adde his *Mareſ. in ſchol. & animadv. ad Ant. Cucch. lib.* 3. *Inſt. jur. canon. tit.* 2.

De presbytero non baptizat.

Tit. XLIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Quod de Jure non ſit, pro non facto habe-

habetur. *Gloſſ. ad d. c.* 1. vel ordinis charecterem non recipit, qui non baptizatus ordinatus eſt. *d. c.* 1. *&* 3. Summa ex *c.* 2. hæc eſt: omiſſio baptiſmi non nocet credenti probabiliter ſe baptizatum eſſe, vel fides de baptiſmo ſalvat morientem, licet non baptizatus mortuus ſit. Excuſſio *c.* 3. facta videri poteſt, ſaltem pro maxima parte, in *noſtr. ad d. c.* 1. Addenda tamen una atque altera ſumma videtur, ſcilicet qui ut fidelis converſatus eſt, præſumitur baptizatus, ſed violenta præſumptio recipit probationem in contrarium. Recte profecto, ſed quo jure ergo præſumptio juris & de jure excludit contrariam probationem? Vide *not. noſter. ad c.* 12. *ext. de præſumpt.*

De cuſtod. euchariſt. chriſm. &c.

Tit. XLIV.

Cap 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. quod de cuſtodia chriſmat. & euchariſt. quæ apud Nos incognita eſt, hæc eſto: qui dedit occaſionem damni, videtur ipſum damnum dediſſe, de quo *nos lat. ad l.* 30. *D. ad l. Aquil.* Supellectilia non ſunt in Templis vel Eccleſiis deponenda, ſed inſtrumenta ejus nitide conſervanda ſunt. *c.* 2. ubi & ratio intermixta eſt.

De reliq. & venerand. ſanct.

Tit. XLV.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. non liceat aliquem venerari pro ſancto, niſi licentia papæ? Plura de invocatione ſanctorum videre licet in *noſtr. ad decret. Grat.* Antiquæ reliquiæ extra capſam nullatenus oſtendantur, aut venales exponantur. *d. c.* 2. novæ nequaquam introducendæ abſque autoritate Rom. pontif. *d. c.* 2. Sed prælatus curet, ne populus decipiatur *d. c.* 2. Ergo nec ullæ reliquiæ venerandæ, ſcilicet illo honore, qui hic denotatur, quique ſoli Deo competit.

De obſervat. jejunior.

Tit. XLVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Dignitas feſti non liberat ab onere jejunii. *d. c.* 1. ſed qua auctoritate pontifex Romanus certa ſtatuat jejunia ex ordine recurrentia, quæ omnino pugnant cum natura jejuniorum, quæ à ſpeciali occaſione dependent? Qua auctoritate quæſo carnis uſum certo tempore prohibet, quaſi rem immundam aut illicitam? An non hæc doctrina dæmoniorum? Sed ne ſutor ultra crepidam. Sane infirmis uſus carnis indulgeri poteſt, cum neceſſitas legi non ſubjaceat. *c.* 8. Conſuetudo Eccleſiæ generalis attendenda eſt. *c.* 3. ſed vim Legis non habet, quando juri Divino aut ſanæ rationi adverſatur, ut *notat. ſup. ſæp.*

De purificat. poſt part.

Tit. XLVII.

Cap. 1.

Ratio una atque altera in *d. c.* 1. expreſſa eſt, cur mulier etiam ſtatim poſt partum poſſit Eccleſiam ingredi, ſed præſtat ſimpliciter dicere, legem Moſaicam circa purificat. mulier. Chriſtianos non obligare, cum ſit cere-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ceremonialis, atque adeo nulla devotio in puerpera laudanda, quod ex veneratione Eccleſiæ aliquamdiu abſtinere voluerit.

De Eccleſ. ædific. vel repar.

Tit. XLVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Qui in Eccleſia habet emolumentum, ille quoque ad Eccleſiæ reparationem tenetur. *d. c.* 1. Quod quibuſdam ex pietate conceditur, id in aliorum injuriam redundare non poteſt. *c.* 2. An hodie dentur leproſi, de quib. & *d. c.* 2. relinquo Medicis & Theologis, quibus hoc olim decidendum relectum fuit. Modicum damnum ex cauſa ſuſtineri poteſt, ſed negligentia inferioris ſuppleri debet per Superiorem. *c.* 3. Rectores Eccleſiarum tenentur ex reditibus ſuperfluis conferre ad Eccleſiæ vel conſtructionem vel reparationem. *c.*4. Indulgentia papæ non intendit alicui præjudicare. *c.* 5. Juramentum non intenditur ad caſum inopinatum ſeu veriſimiliter exceptum. *c.* 6. Reliqua *dd. capp.* inutilia eſſe in Belgio noſtro confœderato, ſponte apparet ex *anteced. noſtr.*

De immunit. Eccleſ. cæmit. &c.

Tit. XLIX.

Cap. 1. & ſeqq.

In Eccleſia non debent fieri placita ſecularia. *d. c.* 1. Sed quo jure papa in *d. c.* judicibus ſecularibus certas domos præſcribit? Cur in *c.* 2. omnes compellit ad cuſtodiam murorum, niſi de ſuis clericis loquatur? Si etiam *c.* 3. accipiatur de ruſticis adſcriptitiis, ut accepit *Gloſſ.* vel etiam de illis, qui rura Eccleſiæ ita deſerunt, ut alia tantum colant, nullo vitio laborare videtur. Illud anathema, de quo *c.* 4. apud Reformatos videri brutum fulmen, & Eccleſiæ nullam competere jurisdictionem, *notat. ſup. ſæp.* Sane quod directo in uſum certorum pauperum relictum eſt, vix ad communes collectas reduci poſſet, niſi ex ſuperfluo, ut & *ſup. notat. ſæp.* Ratio, cur in cæmiteriis cauſa ſanguinis agitari non poſſit, ſubjecta eſt in *c.* 5. ſed aut falſa, aut nihil ad rem faciens. Vide *not. noſtr. ad l.* 4. *D. de interrogat. in jur. fac.* Quatenus *c.* 6. agit de ſervis, qui ad Eccleſiam confugiunt, nihil ad Nos pertinet, ſed cur Eccleſia in novo Teſtamento ſibi jus aſyli adſcribit, & cur denegat violentam apprehenſionem in eo, qui violenter aliquem occidit? Vide *not. noſtr. ad l.* 2. *D. de his qui ſunt ſui vel alieni jur. & ad decret. Grat. frequent.* Hodie non ſolum in ſumma neceſſitate collectas vel alias exactiones bonis Eccleſiaſticis, præſertim ſecularizatis, imponi, ſed etiam ex alia cauſa publica, *notat.* contra *c.* 7. *ſup. ſæp.* Nemo cum alterius damno debet lucrum quærere. *c.* 8. ſed indebitum exactum reſtituendum eſſe, & tantundem pauperibus erogandum eſſe, nuſquam legi, licet fiſco jus ſuum detractum nolim. Qua immunitate, de qua *c.* 9. noſtræ Eccleſiæ gaudeant, ſignificavi *ſup. ſæp.* In eo quis puniri debet, in quo deliquit, & fruſtra quis legis auxilium invocat, qui in legem committit. *c. ult.* Reliqua *dd. capp.* inutilia eſſe, quis non animadvertit ex *anteced. noſtr.*? Plures animadverſiones videre licet apud *Mareſ. in ſchol. & animadv. ad Ant. Cucch. lib* 2. *Inſtit. jur. can. tit.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ne clerici vel monachi ſecularib. negot. ſe immiſceant.

T i t. L.

Cap. 1. & ſeqq.

Concilium Maguntinum vel Pontificem in *d. c.* 1. vix verum ſenſum Apoſtoli 1. *Timoth.* 3. aſſequutum eſſe, notavi ad *cauſ.* 21. *q.* 3. *cap.* 1. *& ſeqq.* Paulus *d. c.* 3. *v.* 8. tantum turpe lucrum vetat, pontifex 14. negotia ſecularia prohibet, inter quæ, multa occurrunt, quæ etiam laicis (ut loquuntur) interdicta intelliguntur. Sed quid hæc ad corpus juris, vel ad meam profeſſionem? Scilicet non patior proximum ulterius errare. Ratio, cur in *c.* 2. clerici ſeu presbyteri non debeant fieri procuratores vel negotiorum geſtores in negotiis quotidianis aut ſecularibus, data eſt *ſæp. ad decret. Grat.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 3. religioſi ipſo jure excommunicandi dicantur, ſi ultra duos menſes alibi audiant leges aut phyſicam? Forſan in ipſo clauſtro vel monaſterio prædictas artes audire poſſunt, vel ſemel profeſſi debent manere imperiti. Male quidem pro ratione videtur allegatum dictum Apoſt *d. v.* 8. *Tim.* 3. Sed non male tamen presbyter aut paſtor Eccleſiæ coërcetur à procruatoris officio, quod adferret defectum in officio Divino, quod plerumque totum hominem requirit, ut *notat. ſup. ſæp.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Illa ratio, quæ petitur ex veteri Teſtam. cur in *d. c.* 5. clericus vel ſacerdos non poſſit exercere judicium ſanguinis, nequaquam admittenda videtur, ſed alia tamen allegata *ſup. ſæp.* Et quidni etiam ſacerdos contra *c.* 6. poſſet lucri cauſa negotiari, modo non ſit lucrum turpe? Sane ob neceſſitatem poteſt. *d. c.* 1. *h. t.* eaque facile prætendi poteſt. Qui non vivit ſecundum regulam præſcriptam & acceptatam, ejiciendus eſt. *c.* 7. Tabellionis exercitium non convenit clericis aut præsbyteris. *c.* 8. ſed cur ergo negotiatio ex neceſſitate. *d. c.* 1.? De purgatione aquę & ferri candentis, de qua *c.* 9. etiam laicis illicita dixi *alib.* Reliqua de judice ſanguinis excuſſa ſunt ad *d. c.* 5. Excuſſum quoque videri poteſt *c. ult. in not. noſtr. ad d. c.* 3. Plura de judiciis, quæ vel olim ſacerdotibus competierint, vel hodie competant, videre licet apud Zepper. *de legib. Moſaic. lib.* 5. *cap.* 1. *& ſeqq.*

Finis libri tertii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

DECRETALIUM EPISTOLARUM *GREGORII* LIBER QUARTUS.

DE Sponſalib. & matrimom.

TIT. I.

Cap. 1. & ſeqq.

RAtio, cur in *d. c.* 1. maritus ſe à ſecunda uxore ſeparare & ad priorem redire cogatur, hæc eſt; quia ſolennitas deſpõſationis aut acceptionis omiſſa non vitiat matrimonium, vel non eſt de ſubſtantia matrimonii, ut *nos lat. ad l.* 5. *D. de rit. nupt.* Sed cur ergo ſæpe ſub pœna nullitatis matrimonii requiritur? Ratio, cur in *c.* 2. ſponſalia mutuo diſſenſu diſſolvantur, vulgaris eſt in *l.* 35. *D. de reg. jur.* Quatenus *c.* 3. prohibet matrimonium inter conſobrinos, omnino improbandum eſt, ut *notat. ad* §. 4. *Inſt. de nupt. & alib. ſæp.* Cæterum aliquam alioquin juſtitiam publicæ honeſtatis naſci ex illis ſponſalibus, de quib. & in *d. c.* agitur, evincunt notæ noſtræ ad *l.* 14. *D. de ſponſ.* etſi raro contingat, ut major ſeptennio ducat ſeptennio minorem, cujus ne ſponſalia quidem obligant, niſi poſtea ſubactori judicio confirmentur, ut *lat. ad tit. ſeq.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 4. orta videatur aliqua obligatio, vel injuſtitia publicæ honeſtatis, cum juramentum patris vel ipſa ſponſalia debeant intelligi ſub hac conditione, niſi poſtea appareat conſanguinitas, aut alia juſta cauſa impediendi? Quin ipſe frater poteſt fratris mortui ſponſam ducere in uxorem, ut contra *d. c.* 4. *notat. ad l.* 8. *C. de inceſt. nupt. & ad cauſ.* 27. *cap.* 11. *q.* 2.

Ad c. 5. & ſeqq.

Male *d. c.* 5. corrigere *l.* 2. *C. de repud.* notavi in *not. & diſp. ad d. l.* 2. aut ſi caſus eſt diverſus, nullus tamen video, cur illa ſponſa, quæ fuit in cauſa, cur matrimonium non ſit conſumatum, poſſit poſt pœnitentiam alteri nubere. Reſpondit quidem *Gloſſ.* ne quid deterius contingat. *arg. d. c.* Sed illa profecto ratio non eſt ſufficiens, ut ſponſa liberetur à promiſſione jurata. Cur hic non attenditur juſtitia publicæ honeſtatis? Si *d. c.* accipi poſſet de ſponſo, qui ita diſceſſit ad remota loca, ut de ejus reditu deſperandum ſit, nihil iniqui contineret, ut *nos lat. ad d. l.* 2. *C. de repud. & Groen. ad eand.* Non omnis vis aut violentia impedit contractum matrimonii. *c.* 6. Verba in ſponſalibus obſcura redigenda ſunt ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

intelligentiam communem. *c.* 7. Sponſalia etiam de præſenti (ut loquuntur) ſi modo copula carnalis non acceſſerit, nullum impedimentum adferre conſanguineis, ſupra contra *c.* 8. notavi *ſæp.* Matrimonium quidem eſt, maxime ſi ſponſalia eo modo contracta ſunt, quo in *c. ſeq.* 9. ſed tamen talis ſponſus vel maritus mortuus non poteſt impedire, quo minus ſponſa ejus fratri vel alii conſanguineo defuncti nubere queat. Deinde Moribus ſponſalia de præſenti nihil aliud ſunt, quam ſponſalia de futuro, cum hodie non videatur matrimonium, niſi trina præceſſerit proclamatio &c.

Ad c. 10. & ſeqq.

Qui juravit, ſe cum aliqua contracturum matrimonium, compelli debet ad contrahendum, niſi juſtum ſubſit impedimentum. *d. c.* 10. etiam ſi ſcilicet minor fuerit 25. ann. qui juravit. *d. c.* modo pater conſenſerit. *d. c.* Sed quid, ſi minor inſcio patre juraverit? tunc compelli non poteſt, ſed tamen reſilire non poteſt, cum in foro conſcientiæ obligatus videatur, ut *lat. alib.* Pater compellitur per cenſuram etiam Eccleſiaſticam ſeu admonitionem reſtituere filio uxorem, quam injuſte detinuit. *c.* 11. de quo *lat. ad tit. D. de liber exhib.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 12. juſtum impedimentum non impediat matrimonium contrahendum, licet juratum ſit, cum juramentum in caſu non cogitato non obligat, ut *ſup. dict. ſæp.*? Matrimonium metu contractum ipſo jure nullum eſt. *c.* 13. de quo *nos lat. ad l.* 20. *D. de rit. nupt.* & ideo in *d. c.* 13. mulier recte alii nupſerat. Ratio, cur in *c.* 14. judex debeat locum eligere, in quo puella tuto morari poſſit, donec cauſa terminetur, addita eſt *ibid.*

Ad l. 15. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 15. ſponſalia de futuro, ſed confirmata copula carnali, præferantur aliis etiam de præſenti, hæc eſt; quia priora ſponſalia per copulam tranſierunt in verum matrimonium. Si poſteriora eſſent ſine copula, adhuc priora videntur præferenda, cum ſponſalia de præſenti dicenda ſint ſponſalia de futuro, atque adeo ipſa diſtinctio inter ſponſalia de præſenti & de futuro omnino rejicienda videatur, ut *lat. ad h. t. D. & C.* Ridicula profecto eſt deciſio *c.* 16. ubi ob juramentum ſervandum primo matrimonium contrahendum eſt, ſed poſtea tamen religionis cauſa diſſolvere licet, quod tamen Chriſtus diſſolvere prohibet, niſi ob adulterium &c. Quæ ratio etiam, cur in *c.* 17. tantum monenda ſit, quæ juravit matrimonium, & compellendus in *c.* 10. Reſpondit *Gloſſ.* potius monenda, id eſt, prius monenda. Sed illam interpretationem reſpuit ratio in *d. c.* adjecta. Si ſimplicia pacta ſunt ſervanda ſub cenſura Eccleſiaſtica, cur non etiam jurata de matrimonio? Sane coram judice ſeculari cogi ſolent, aut ſaltem cogi debent, qui etiam pacti ſunt; quia jus Divinum jubet.

Ad c. 1. & ſeqq.

Secundum matrimonium non impeditur, quod lite pendente ſuper primo contractum eſt, modo primum fuerit nullum *d. c.* 18. Ratio, cur in *c.* 19. mulier non poſſit contrahere aliud matrimonium, quamdiu non eſt certa de morte mariti, data eſt ad *d. c.* 15. *& alib. ſæp.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 20. proficiat ad remiſſionem peccatorum, ſi quis publicam meretricem ex charitate extraxerit ex lupanari, & in uxorem duxerit? Mirum eſt, cur fautor & doctor charitatis pontifex nuſquam præi-

præiverit exemplo, quo totus componitur orbis. Intentio bona non videtur hic ſervari circa bonum ſubjectum, quamvis, non ſit illicitum meritricem ducere, ſed remiſſio peccatorum fit ex gratia, niſi dicamus eum, qui amavit meretricem, multum dilexiſſe Chriſtum, & propterea multa remiſſa eſſe. Ratio, cur in *c.* 21. ob charitatem convaleſcat matrimonium, quod per vim contractum fuerat, vulgaris eſt in *l.*60. D. *de reg. jur,* & *in d. c.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 22. nuda ſponſalia de præſenti poſteriora ſolvant priora de futuro etiam jurata? Rationem cenſuræ ſignificavi *ſup. ſæp.*

Ad c.23. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 23. mutus aut ſurdus matrimonium contrahere poſſit, adjecta eſt *ibid.* Ratio, cur in *c.* 24. furioſus non poſſit, etiam ibidem ſubjecta eſt. Cur pontifex cum Triboniano adjicit rationem in perſpicuis, ſed negligit in obſcuris & dubiis? Solus conſenſus viri & mulieris legitimum facit matrimonium; licet verba requirantur ad majorem probationem. *c.* 25. Nequaquam in *c.* 26. matrimonium eſſe, licet per verba de præſenti contractum ſit, notavi ex Moribus *ſup. ſæp.* Sed iſtum Joannem, qui ſe dixit Joannem, cogi poſſe ad matrimonium perficiendum, præſertim ſi copula interceſſerit, evincunt *anteced. noſtr.* Per me quoque licet, ut in *c.* 27. delatio vel denuntiatio unius viri honeſti, vel communis fama ſuſpendat matrimonium ad tempus, ſed minime in perpetuum, aut nimis longum, ne procreatio ſobolis impediatur, aut cauſa fornicationis concedatur. Mulieri neganti non creditur, quando maritus affirmat & probat matrimonium. *c.* 28. niſi tamen uxor probet, ſe juſto metu coactam eſſe, de quo *ſup. ſæp.*

Ad c. 29. & ſeqq.

Recte quidem in *d.c.* 29. ſponſalia vel matrimonia promiſſa non obligant, cum in ea ætate contracta ſint, quæ nullum judicium admittit, ſed quæ ratio, cur iſte parens, qui pœnam promiſit, ſi nuptiæ non ſequerentur, liberetur à pœna promiſſa? Vide *not. noſtr. ad l.*134. *pr.* D. *de verb. obligat.* & *ad l.*2. *C. de inut. ſtip.* Ex quib. *d.c.*2. deſumptum videtur. Ratio, cur in *c.* 30. ſponſalia de futuro tranſeant in verum matrimonium, ſi copula confirmata ſunt, hæc eſt; quia ipſo facto coëuntes promiſiſſe intelliguntur, ſe cum nullo alio aliud matrimonium contracturos eſſe. Res non eſt integra, & honeſtas impedit. Quamvis ergo concubitus proprie non faciat matrimonium, ſed ſolus conſenſus contrah. parent. & legitima ætas, tamen ſponſalia eatenus tamen dicuntur tranſire in matrimonium, quatenus non licet convolare ad aliud, quod ſi contractum eſt, recte diſſolvitur, ſed ſolus niſus cum priori ſponſa non reſcindit aliud contractum. *d. c.* 30. & *ult.* Sed inhoneſtus profecto eſt pontifex in *c.*31. ubi ſecundum matrimonium carnali copula confirmatum diſſolvit, quando quis cum priori ſponſa contraxerat nuda ſponſalia de præſenti, cum hæc revera nihil aliud ſint, quam ſponſalia de futuro, præſertim ſi reſpiciamus ad Mores, qui non agnoſcunt verum aut perfectum matrimonium, niſi vel ingreſſus thori ſequutus ſit, vel trina proclamatio præceſſerit. Inhoneſtior adhuc idem papa, quando in *d. c.* 31. permittit ſponſalia de futuro diſſolvi etiam jurata, ſi poſtea cum alia vel alio contracta ſunt ſponſalia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

de præſenti. Apoſtolus vocat *ἀσυνθέτους*, id eſt, capitaliter delinquentes, qui ſua pacta non ſervant, aut curant ſervari. *Rom.* 1. *v.* 31. Prius pactum prius ſervandum, maxime juratum. *c.* 1. *&* 3. *ext. de pact. & cap. juram.* 12. *q.* 5. *cauſ.* 22. *& cap.* 17. *&* 18. *ext. de jurejur.* Adde *Mareſ. in ſchol. & animadv. ad Ant. Cucch. lib.* 3. *Inſt. jur. can. tit.* 8. *& ſeqq.*

De ſponſat. impuber.

Tit. II

Cap. 1. & ſeqq.

Poteſt quidem pater deſpondere, quatenus ipſe obligatur, ſed ſalvo conſenſu puberis, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit. *d. c.* 1. Pro bono pacis interdum impubes cogi poteſt, ut conjungatur. *d. c.* 2. ſed ita tamen, ut ad coitum idoneus ſit. Male, inquam, ætas certis legibus aut canonibus determinatur, cum quidam citius pubeſcant, quidam tardius. Sit ergo arbitrio judicis relictum, quod ipſa rei natura arbitrarium conſtituit. Hinc non male in *c.* 3. pubertas potius æſtimanda dicitur ex habitu corporis, quàm ex certis annis, licet hoc pugnet cum *d. c.* 2. Quæ ratio, cur in caſu *c.* 4. nec matrem liceat habere, nec filiam? Utique nuda ſponſalia etiam poſt ann. ſeptim. de præſenti contracta faciunt affinitatem, quæ aliud matrimonium reſcindere poſſet, ut *ſup. notat. aliquot.* Licet ergo aliquo modo inhoneſtum ſit, ut loquitur pontifex in *c.* 5. ut quis matrem habeat, cujus filia ipſi fuit deſponſata, tamen nulla ſubeſt cauſa divortii, aut diſſolvendi matrimonii, quod jam contractum eſt. Ipſa impubes in *c.* 6. jam pubes facta non habet licentiam nubendi alteri, ſi maritus juret, ſe eam cognoviſſe, licet tantum pubertati proxima fuerit. Scilicet res non eſt integra, & una honeſtas fortior eſt altera, ut una ratio fortior altera, quæ in conflictu cedit. Ratio, cur in *c.* 7. neuter ex illis, qui poſt ann. ſeptim. contraxerunt ſponſalia, poſſit reſilire ante pubert. vel legitimam ætat. hæc videtur; quia aliqua ſaltem obligatio contracta eſt, à qua non licet reſilire, niſi cum pleniori judicio, & ideo pubes à ſua parte in *d. c.* reſilire non poteſt, ſed debet exſpectare, donec alter etiam pubes factus ſit, niſi tamen copula carnalis interceſſerit inter ipſos impuberes. *c.* 8. cujus ratio data eſt *ſup. ſæp.*

Ad c. 9. & ſeqq.

Male quidem in *d. c.* 9. dicitur malitia ſupplere ætatem (cum ipſa natura, quæ famula Dei eſt, quidam citius idonei ſint, quam alii) ſed tamen carnalis conjunctio recte impedit, quo minus à ſponſalibus reſilire liceat, niſi violentia interceſſerit. *d. c.* 9. *& d. c.* 28. *tit. præced.* Solus tamen niſus non facit matrimonium, præſertim ante pubertatem adbibitus. *c.* 10. Vix tamen concederem ipſi impuberi, qui pubertati proximus fuit, ut poſſit reſilire, ſi parentes conſenſerint, ut patet ex *anteced.* Ratio, cur in *c.* 11. puella nubilis non teneatur exſpectare, donec impubes fiat pubes, hæc eſt; quia minis parentum impulſa fuit, & carnalem conjunctionem non ſentiit. *d c.* Sponſalia impub. in *c.* 12. convaleſcunt per cohabitationem poſt ſeptenn. fact. & tamen diſſolvuntur per ſponſalia de præſenti, quæ hæc contradictio, aut quæ ſaltem inhone-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

honeſtas? Ubi non eſt matrimonium, ibi etiam non poteſt eſſe ejus accuſatio, licet denuntiari poſſit impedimentum. *c.* 13. Sane ſi fuit pubertati proximus, qui ſciens conſanguinitatem ſponſalia cum conſanguinea contraxit, haud liber ab omni pœna videri debet. Sponſalia de præſenti ab impubere contracta non conſtituunt matrimonium, ſed ſunt nuda ſponſalia ſeu ſponſalia de præſenti. *c. ult.* cujus ratio in ipſo pubere allegata eſt *ſup. ſæp.*

De clandeſt. deſponſat.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Clandeſtina deſponſatio non præſumitur, ſed probanda ab eo eſt, qui eam allegavit. *d. c.* 1. cujus ratio vulgaris eſt in *l.* 2. *D. de probat.* Clam contrahentes non ſunt compellendi cohabitare. *c.* 2. ſed nec coërcendi, quo minus coram Eccleſia vel Magiſtratu matrimonium publicare & celebrare poſſint. *d. c.* 2. Hodie quoque in Belgio confœderato certus terminus, ut in *pr. c.* 3. proponitur, ſed ſi oriatur contradictio, illa non coram Eccleſia vel Senatu Eccleſiaſtico, ſed coram judice ſeculari ventilari ſolet, niſi cauſa ſit mixti fori, aut mere Eccleſiaſtica, ut *alib. lat.* Injuſte profecto in §. 1. dicuntur injuſti aut illegitimi, qui nati ſunt ex matrimonio clandeſtino, aut deſtituto trina proclamat. cum ſolennitas tantum requiri poſſit ſub pœna pecuniaria, non vero in illegitimat. liberor. ut *alib. lat.* Recte quoque ipſe presbyter in §. 2. punitur, ut & temerarius denuntiator, modo inter delictum & pœnam proportio ſervetur. Hinc triennii ſuſpenſio vix recipienda videtur, ſi dolus abfuerit.

De ſponſa duorum.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeqq.

Matrimonium in *d. c.* 1. male ſacramentum dici, notavi *ſup. ſæp.* ſed bene tamen ſponſa de præſenti præfertur poſteriori de præſenti, ut *dict. ſup. aliquot.* Sed cur ſecus eſt, ſi cum ſecunda contracta ſint de præſenti? Nulla hic juſtitia publicæ honeſtatis (ſi copula non interceſſerit) impedit, quo minus fides primæ data primæ ſervanda ſit, præſertim ſi reſpiciamus ad Mores, qui ſolennitates requirunt ad ſubſtantiam matrimonii, ut *ſup. ſæp.* Per me quidem licet, ut ille, qui in *c.* 2. alterius ſponſam de præſenti accepit in ſuam uxorem, patiatur aliquam pœnam & pœnitentiam, ſed dimittere nec poteſt nec debet ob ſcandalum evitandum, & ob culpam prioris ſponſi, qui non contradixit, aut fidelius ſponſam ſuam ſervavit. Hinc omnino cenſura dignum cenſeo *c.* 3. ubi matrimonium etiam carnali copula confirmatum non præfertur nudis ſponſalibus de præſenti. Ratio, cur in *c.* 4. pendente lite ſuper cauſa matrimoniali non liceat aliud matrimonium contrahere, vulgaris eſt in *tit. D. nih. innov. app. interp.* Quid tamen, ſi interceſſerit copula, aut contrahens à priore liberatus ſit? Sane contra *c.* 5. omnino certum videtur, quod ille, qui primo cognovit ſecundam ſponſam de præſenti, nequaquam teneatur accipere primam de præſenti, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ideo contraria conſuetudo in *d. c.* rejecta omnino adprobanda videtur, ut *plurib. probat. ſup. ſæp.* Prior ſponſa facile reperiet alium ſponſum, ſed poſterior ſeparata ſemper in tentationis & fornicationis periculo verſabitur.

De condit. appoſit. in deſp. &c.

Tit. V.

Cap. 1. & ſeqq.

Vulgo *d. c.* 1. accipitur de conditione turpi, quæ non eſt contra ſubſtantiam matrimonii, atque adeo non vitiat matrimonium, ſed quia *d. c.* generaliter loquitur, poteſt & debet accipi de qualibet conditione, quæ dicitur frangi, ſi non ſervetur, & ideo deſponſatio tenet. Quatenus *c.* 2. agit de ſervis, nullum uſum in Belgio noſtro habere poteſt, ſed poſſet applicari aliis, qui ſub conditione aliquid accipiunt, cui parere tenentur, ſi agnoſcant. Hinc nec in *c.* 3. in uxorem accipere tenetur, quæ non dedit centum promiſſa, niſi tamen poſtea acceſſerit conſenſus abſolutus ſeu categoricus, vel carnalis commixtio. *d. c. in fin.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 4. donatio ab Eccleſia non poſſit revocari, licet conditio non ſit ſervata? Scilicet favor Eccleſiæ forſan facit, ut conditio videatur remiſſa. Sane ſi adjectum ſit, ut donatio poſſet revocari, ſi conditio ceſſaret, aut non impleretur, omnino revocari poteſt. *d. c.* 4. *in fin.* Sed matrimonium conſumare compellitur, ſi honeſta conditio non ſit impleta. *c.* 5. Si tamen ante conditionis eventum ſponſam cognoſcat, à conditione receſſiſſe intelligitur. *c.* 5. de quo *ſup. lat.* Ratio, cur in *c. ult.* turpis conditio, quæ eſt contra ſubſtantiam matrimonii, vitiet ipſum matrimonium (ſcilicet contrahendum) hæc eſt; quia non fuit ſeria voluntas contrahentium, quæ in ſimplici conditione turpi adeſſe videtur. Vide *not. noſtr. ad tit. D. de condit. inſtit.*

Qui clerici vel vovent. matrim. &c.

Tit. VI.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ ratio quæſo, cur in *d. c.* 1. & 2. nec diaconus nec ſubdiaconus matrimonium contrahere poſſit? Hanc papa reddere videtur; quia ſacri canones ita præcipiunt. Itane? illine ſacri canones, qui pugnant cum Sacris Literis 1. *Timoth.* 4. Rectius forſan ad diaconatum vocantur, qui ſunt cælibes, & donum habent continentiæ, ſed per ſe inhibere illorum matrimonium, antichriſtianiſmum ſapere videtur, ut *lat. ad decret. Grat.* Si ſimplex votum non reſcindat matrimonium contractum, cur ſolenne reſcindit in *c.* 2. & 4. Certe ſi dictum votum eſt illicitum, ut pluribus probavi ad *decret. Grat.* haud dubie non impediet matrimonium, ipſo pontifice ſuffragante. Ex metu fornicationis aut ſimili non obſtante voto caſtitatis permittitur matrimonium. *c.* 5. Sed cur Eccleſia Romana non in genere permittitur, cum ille metus generalis ſit, & ideo unuſquiſque debeat habere uxorem, ut ſtupra evitare qeuat. 1. *Corinth.* 7. Si ſimplex votum æque apud Deum obliget, quam ſolenne. *c.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

c. 6. cur ſecus apud Dei vicarium, ut ſe vocat pontifex non uno in loco? Summa tamen ex *c.* 7. hæc eſto: modica coactio profugatur patientia & perſeverantia ſequentis temporis.

De eo, qui duxit in matrim. &c.

Tit. VI.

Cap. 1. & ſ.qq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. vir non poſſit contendere ad ſeparationem, ſi ſecunda uxor in matrimonio manere velit, addita eſt *ibid.* Sed proprior hæc videtur; quia in caſu *d. c.* 1. nec adulterium, nec malitioſa deſertio aut ſimilis cauſa prætendi poteſt. Unde nec video, cur canonibus vetitum ſit, ne adulter ducat adulteram, præſertim ſi priori marito non ſtruxerit inſidias, vel vivente ſua uxore non dederit fidem adulteræ. Tenetur quis violatam virginem ducere, ut honoret, quam deturpavit, quidni & adulteram, quam decepit aut corrupit? Exemplum Davidis 2. *Sam.* 11. magis nobis ſuffragatur, quam adverſatur, ut *lat. ad cauſ.* 31. *q.* 1. *& cauſ.* 32. *cap.* 22. *q.* 7. *& ad l.* 27. *C. ad l. Jul.. de adult. & alib.* Sane ſi prior uxor non fuit legitima, ipſe pontifex permittit habere ſecundam, licet prima vivente rem habuerit cnm ſecunda. *c.* 2. Datio fidei, de qua *c.* 3. turpis quidem videri debet, ſed nullus video, quo jure impediat matrimonium. Idem dicendum videtur de levi machinatione, quam mors ſequuta non eſt. Si adulter vel adultera vocanda non eſt, quæ pœnitentiam egit, vel ſi ob metum fornicationis Eccleſia permittat matrimonium, cur non & illud, de quo in *d. c.* 3? Ob majus ſcandalum minus tolerandum videtur.

Ad c. 4. & ſeqq.

Cum apud Reformatos ipſum vinculum matrimonii diſſolutum intelligatur, male & injuſte in *d. c.* 4. maritus ſeparatur ab uxore ſecunda. Sed ponamus, ſeparationem duntaxat tori & menſæ factam eſſe, ſi tamen prima mortua eſt, nullus video, cur impediatur matrimonium cum ſecunda cognita, præſertim ſi reparatio tori nihil aliud ſit quam ipſum divortium, atque adeo non temere concedenda, ut *alib. lat.* Sane liberis ſaltem neceſſaria alimenta ex facultatibus utiuſque parentis adminiſtranda ſunt. *c.* 5 de quo *lat. ad auth. ex compl. C. de ſecund. nupt.* Sed nec ipſum matrimonium reſcindendum videri, ſi prior uxor mortua ſit, & cum ſecunda longa fuerit cohabitatio, evincunt noſtra *anteced. & ipſa capit.* 7. *&* 8. *h. t.* Si matrimonium teneat (ſaltem maxime *d. c.* 1.) ſi nulla fidei datio vel machinatio facta ſit. *c.* 6. licet prima uxore vivente aliam cognoverit, quam poſtea duxit, quidni & illo caſu, quando aliqua fides data eſt, quæ potius jocoſe, quàm ſerio data præſumitur? An & quatenus *noſtr. c.* 6. conveniat cum *c.* 1. 2. *&* 3. *cauſ.* 31. *q.* 1. videſis in *noſtr. ad dd. capp.* Sane ſi novus conſenſus acceſſerit, licite maritus remanet cum ſecunda. *c.* 7. vel etiam, ſi ſimplex fides data ſit ſine copula *c. ult.* Cur tam varie?

De conjugio leproſor.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. lepra ſuperveniens non diſſolvat matrimonium, nec ejus effectum, ſignificata eſt *ſup. aliquot.* Scilicet hæc cauſa non eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſimilis adulterio &c. Hinc recte in *c.* 2. prohibetur ſeparatio, & recte permittitur matrimonium leproſo, cujus ratio adjecta eſt *ibid.* Sane ſi lepra interveniat, ſponſalibus pendentibus, recte in *c.* 3. ſponſus vel ſponſa liberatur à promiſſione matrimonii, cum ſub illa tacita conditione matrimonium futurum promiſſum intelligatur, ut *alib. lat.*

De conjugio ſervorum.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeqq.

Excuſſio *d. c.* 1. *& ſeqq.* quæ de ſervis loquuntur, facta videri poteſt in *noſtr. ad c.* 29. *q.* 2. *per tot. &* §. 10. *Inſt. de nupt.* Sed ne plane inutilia videantur, juvat quaſdam ſummas colligere, quarum prima ex *d. c.* 2. hæc eſto: nulla poteſtas impedit matrimonium, niſi ſcilicet ſubſit juſta cauſa contradicendi, ut *alib. lat.* Summa *Gloſſ.* hæc eſt; nota, inquit, quod quilibet poſſit matrimonium contrahere, qui non prohibetur, ſed ubi prohibetur diaconus aut ſacerdos? Si ſervus non eſt removendus à Sacramentis Eccleſiæ. *d. c.* 1. cur removetur presbyter vel epiſcopus? Secunda ſumma ex *c.* 2. hæc eſto: ubi ſeparatur matrimonium, ibi dos reſtituenda eſt, ſed nullus video, cur liceat matrimonium reſcindere, licet quis per errorem duxerit ancillam, quam cognovit. Haud abſurdam videri illam conſuetudinem, de qua *c.* 3. quæque liberum pronuntiat, qui ex patre libero natus eſt, licet ex matre ancilla aut adſcriptitia, cum præcipua cauſa generandi ſit à patre, ſignificavi ad *tit.* 3. *Inſt. lib.* 1. *& alib.* Notatum *Gloſſ.* ad *c. ult.* hoc eſt: error conditionis dirimit matrimonium etiam contractum, ſed hoc verum, quando error eſt in ſubſtantia, maxime quando copula carnalis non eſt ſequuta, ſed error circa ancillam vix ſubſtantialis dici poteſt, ut *notat. ad d. c.* 2.

De natis ex lib. ventr.

Tit. X.

Cap. 1.

Si *d. c. un.* accipeatur de liberis, qui ex patre libero nati ſunt, nullo dubio laborabit *d. c.* ſed quia principalis cauſa generationis proficſcitur à patre, poſſet filius dici ſervus, licet mater fuerit libera, ut in Gallia obſervatur circa matres adſcriptitias, quæ liberos homines producunt, modo pater fuerit liber & non adſcriptitius, ut *lat. alib.* Jure Divino tamen natus ex ſerva abſolute ſervus videtur. *Exod.* 21. *& Gal.* 4. ut *lat. ad tit. Inſt. de jur. perſon.*

De cognat. ſpirit.

Tit. XI.

Cap. 1. & ſeqq.

Pontificem in *c.* 1. peccare in exceſſu honeſtatis, quando vel ipſe compater prohibetur ducere eam, cui in SS. baptiſmate loco patris præfuit, notavi ad *l.* 26. *C. de nupt. & cauſ.* 30. *q.* 1. 3. *&* 4. *per tot.* Summa tamen hæc eſto: priora jura trahuntur ad poſteriora, de quib. *lat. ad l.* 28. *de legib.* An & quando conſuetudo deroget juri, de quo & *d. c.* 1. dixi ad §. 9. *Inſt. de jur. nat. & ad. l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.* Hoc certum, quod ſuperveniens compaternitas non diſſolvat matrimonium. *c.* 2. ubi ignorantia excuſat, & do-

& dolus non prodeſt. Illam conſuetudinem, quæ ob compaternitatem in *c.* 3. diſſolvit nuptias, omnino improbandam eſſe, notavi ad *d. c.* 1. Illam rationem, quæ eſt in *c.* 4. non impedire matrimonium inter compatrem & eam, quam in Sacroſancto baptiſmate ſuſcepit, ſignificavi *ſup. aliquot.* Itane? tam temere præter duas cauſas licet facere divortium, aut matrimonium dirimere? Vir & uxor fiunt quidem una caro, ſed nulla inde conſequentia ad impediendum matrimonium inter compatrem aut filium ejus & ſuſceptam. Non oportet, inquam, conſcientias hominum torquere aut movere ſine neceſſitate aut ſine juſtitia publicæ honeſtatis, ut *ſup. dict. ſæp.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Sacramentum ſalis ſacrati, de quo *c.* 5. noſtros Reformatos non agnoſcere, haud ſemel dixi ad *decret. Grat. & alib.* multo minus agnoſcunt, quod per hoc contrahatur compaternitas, quæ nuptias impedire poſſet. Ratio, cur in *c.* 6. inter patrem baptizati & mulierem levantem ſeu tenentem in baptiſmo matrimonium impediat, data eſt in *d. c.* 4. ſed nihil ad rem faciens, ut *notat. ad d. c.* 4. Qui ait, matrimonium illicite contractum eſſe, debet hoc Eccleſiæ denuntiare. *c.* 7. cum talis denuntiatio ſalutem animarum continere videtur. Ubi non eſt compater, ibi non poteſt naſci compaternitas, quo jure ergo in *c. ult.* naſcitur inter baptizatum & filium baptizantis ad ipſum matrimonium impediendum? Quouſque apud Reformatos compater obligatus videatur ei, quem vel quam in baptiſmate ſuſcepit, prompte oſtendit Formula baptiſm. Adde *Mareſ. in ſchol. & animadv. ad Cucch. lib.* 3. *Inſt. jur. canon. tit.* 15.

De cognat. legali

Tit. XII.

Cap. 1.

Deſcriptum hoc *cap. un.* eſt ex §. 2. *Inſt. de nupt.* & ideo Lector videtur remittendus ad *not. noſtr. ad d.* §. 2. & 1. ubi diximus, matrimonium non ſolum licitum eſſe inter fratrem & ſororem adoptivam, ſed etiam inter patrem & filiam adoptivam. Adde *Ameſ. de conſcient. lib.* 5. *cap.* 35.

De eo, qui cognov. conſang. uxor. &c.

Tit. XIII.

Cap 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. non liceat filiaſtram vel privignam habere in uxorem, licet pater cum ea rem non habuerit, data eſt in §. 6. *Inſtit. de nupt.* Sed quæ ratio, cur pater cum alia non poſſit matrimonium contrahere, vel cur non poſſit exigere debitum maritale, ſi coitus cum filiaſtra non diſſolvit matrimonium matris? Ratio, cur in *c.* 2. affinitas ſuperveniens diſſolvat ſponſalia, puta ſi ſponſus cognoverit matrem ſponſæ, poteſt deſumi vel ex tacita voluntate ipſorum ſponſalium, vel ex juſtitia publicæ honeſtatis, de qua *ſup. ſæp.* Simplici aſſertioni non eſt credendum. *c.* 3. Sed quid, ſi certum ſit, fratrem ante matrimonium fratris rem habuiſſe cum uxore ejus? nullus video ullam cauſam divortii, ut *ſup. notat. ſæp.* Inceſtuoſus rectius non contrahit matrimonium, ſed ſi contraxit, non diſſolvitur. *c.* 4. An tamen pater inceſtum committat cum privigna poſt mortem matris, ſignificavi ad *l. ult. D. de rit. nupt.* Sane ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

vivente uxore ſecunda rem habuit cum priori illa privigna, adulterium commiſſum intelligitur gravius, ut *lat. ad l. Jul. de adult.* Ratio, cur in *c.* 5. non liceat matrimonium ſolvere ad confeſſionem conjugum, intermixta eſt *ibid.* & in *d. c.* 3. Sed licet probatum ſit, quod quis ante matrimonium rem habuerit cum conſanguinea uxoris, non tamen ex tali coitu talis naſcitur affinitas, quæ ipſum matrimonium ſeparare poſſet, ut *notat. ſup. aliquot.* Nuſquam, inquam, hæc ſeparatio, aut ſeparatio thori & menſæ nuſquam in Sacris legitur aut probatur. Quinimo potius contrarium præſcriptum eſt *Matth.* 19. *Marc.* 10.

Ad c. 6. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 6. affinitas ſuperveniens non diſſolvat ſponſalia de præſenti (ut loquuntur) addita eſt *ibid.* Sed licet ſponſalia duntaxat de futuro eſſent contracta, recte tamen ſponſa, quæ invita conſanguineo ſponſi nupta eſt, poteſt contendere ad matrimonium prioris, qui ſuæ promiſſioni ſtare tenetur, ut *ſup. notat. ſæp.* Sequens matrimonium ipſo jure nullum fuit, & ideo male allegatur & refutatur locus *Matth.* 19. Qua pœna prior & poſterior & ab Eccleſia & à judice ſeculari puniri debeat, ſignificavi *itid. ſup. aliquot.* Sane ſi in *c.* 7. puella ſept. ann. non agat ad reſciſſionem matrimonii, quod ſponſus ejus poſtea cum ſorore inivit, matrimonium per ſe non videtur diſſolvendum, ut ſequitur ex *anteced.* Mirum eſt, cur in caſu *c.* 8. liceat diſpenſare, ut contrahatur matrimonium, ſi metuatur de lapſu carnis, cum quis rem habuerit & cum matre & cum filia. Videtur hoc crimen potius capite puniendum, quam matrimonio ſubtegendum. *Levit.* 18. *v.* 12. & 29. Turpe etiam facinus eſt in *c.* 9. ubi quis cum duab. ſororib. rem habuit, quod graviter vetitum & punitum in *d. c.* 18. *Levit. verſ.* 18. & 29. Aut ſi non ſit inceſtus, aut pœna capitalis, tamen diſpenſatio vix admittenda videtur, & recte monuit pontifex in *d. c.* 9. ut ille adulter abſtineat ab utraque & pœnitentiam agat. Sed quid, ſi poſterior ſoror velit manere in matrimonio? Sane ſi gravida eſt, videtur priori non gravidæ præferenda, vel ducta videtur præferenda non ductæ, ut patet ex *præmiſſ.* Excuſſio *c.* 10. & *ſeq.* affatim videtur facta in *noſtr. ad d. c.* 8. & 9. *h. t.*

De conſang. & affinit.

Tit. XIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Vulgaris ſumma ex *d. c.* 1. hæc eſt: ſeparatur matrimonium contractum inter affines primi generis & quarti gradus, ſed hoc ſecundum canones. *d. c.* 1. Etenim jure divino & civili ſecus eſt, niſi ſint loco parentum liberorumve, ut *lat. ad* §. 6. & *ſeq. Inſt. de nupt.* & *ad l.* 4. §. 5. *de gradib.* & *affinib.* Quo jure ergo in *c.* 2. affinitas ſuperveniens, de qua tantum per famam conſtat, ſolvit ſponſalia? Scilicet affinitas quidem non videtur contracta, ſed tamen juſtitia publicæ honeſtatis videtur ſponſæ petitionem denegare, præſertim ſi poſterior præferri velit, quæ jam vitiata eſt, & jure Divino ducenda. *Exod.* 22. & *Deut.* 22. Ratio, cur in *c.* 3. affines vel conſanguinei debeant eſſe in ſexto gradu, hæc ſupra data eſt; quia ſunt ſex ætates mundi, ſed &

illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

illa ſupra exploſa eſt. *cauſ.* 35. *q.* 4. & 5. Si in *c.* 4. Judæorum matrimonium non eſt diſſolvendum, quia homo diſſolvere non poteſt, quos Deus conjunxit, quo jure ergo pontifex ſupra & infra toties ſolvit matrimonium ob leviſſimas cauſas, quæ in jure Divino non reperiuntur? Conſanguinei mariti cum conſanguineis uxoris licita matrimonia contrahunt. *c.* 5. Sed ſi affinitas ſuperveniens diſſolvat ſponſalia, aut impediat matrimonium, quomodo filius mariti poteſt contrahere cum filia uxoris, vel avunculus & nepos cum duabus ſororibus? Utique maritus & uxor fiunt una caro, & ideo filius mariti fit filius uxoris, & filia uxoris fit filia mariti, & uxor avunculi fit avuncula vel matertera quodammodo nepotis. An non hæc turpis confuſio nominum? an non hic violatur juſtitia publicæ honeſtatis? Vide tamen *not. noſtr. ad.* §. 8. *Inſtit. de nupt.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Per me licet, ut pontifex in *d. c.* 6. diſpenſare potuerit, aut diſpenſationem ex falſa cauſa confirmare, cum conſanguinitas in quinto gradu non inferat impedimentum matrimonio, ut *nos lat. ad* §. 3. *Inſt. de nupt. & alib.* Sane ſi matrimonium ſit contra jus Divinum, puta inter illos, qui ſunt loco parentum liberorumque, ne quidem ob favorem liberorum, aut propter ſcandalum confirmari poterit, cum majus ſit ſcandalum, ſi non reſcindatur. Adde *Theol. ad d. c.* 18. *Levit.* Computationem graduum, de qua *c.* 7. poſtponendam videri computationi juris Civilis, hoc unico argumento demonſtrari poteſt, quod ſcilicet quælibet diſtincta generatio diſtinctum inferat gradum. Quot ſunt perſonæ ſive generationes, tot ſunt gradus, dempto ſtipite. Sed jure Canon. pater & filia ſunt in primo gradu, & frater & ſoror ſunt in primo gradu, quid abſurdius? Statuunt quidem pontifices quartum gradum, ut in *c.* 8. *& ſeq.* ſed aliter computant quam Legiſtæ, ut *notat. ſup. aliquot.* Illi reddunt rationem ineptam & ridiculam, hanc ſcilicet, quia ſunt quatuor humores in unoquoque corpore naturali. *d. c.* 8. Hi vero in naturali ratione honeſtatis, ſeu in jure Divino permittente, ut *nos lat. ad d.* §. 3. *Inſt. de nupt. & ad tit.* D. *de gradib. & affin. & ad cauſ.* 35. *q.* 5. Recte ergo in *pr. d. c.* 8. ſtatuta variant ob varietatem temporum, ſed quæ ratio probationis? Reſpondit pontifex, quia Deus ex his, quæ in veteri Teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutavit in novo, ſed nos aliam & propriam rationem dedimus ad §. *pen. Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* Cur ergo ſextus gradus præcipitur in *d. q.* 4. & 5. *cauſ.* 35.

De frigid. & malefic. &c.

Tit. XV.

Cap. 1. & ſeqq.

Cum jure Divino non liceat reſcindere matrimonium (quod ſcilicet verum matrimonium fuit) niſi ob adulterium vel malitioſam deſertionem, ut *ſupra notat. ſæp.* nullus video, cur in *d. c.* 1. ob frigiditatem, quæ tantum per unum atque alterum menſem duravit, liceat facere ſeparationem, & nubere in Domino, ut loquitur pontif. in *d. c.* 6. Frigiditas vitium naturæ eſt, quod medicamentis tolli poteſt, & ideo illa primo adhibenda ſunt. Sed ſi vitium ſit inſanabile, non ſolum impedit matrimonium contrahendum, ut in *c.* 3. ſed etiam diximus contractum, quod ab initio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nullum fuit ipſo jure, ut *ſup.* Adde *not. noſtr. ad l.* 10. *C. de repud.* Hinc in *c.* 2. plane impotentes non admittuntur ad matrimonium, ut nec pueri, ſed contractum non diſſolvunt temere, ut *ſup. & inf. in c.* 4. ubi non ſeparantur, licet *d. c.* 4. vulgo accipiatur de eo, qui ſcienter cum impotente aut nimis arcta contraxit, & licet forſan minus juſte dicatur, ut habeant ſic ut ſorores, quas tanquam uxores habere non poſſunt.

Ad c. 5. & ſeqq.

Aut *d. c.* 5. *& ult.* quæ triennium requirunt, pugnant cum *d. c.* 1. aut dicendum eſt, *d. c.* 1. loqui de impotente notorio, de cujus impotentia plane conſtabat intra unum atque alterum menſem. Ut ut ſit, non temere permittenda eſt ſeparatio, ne quidem tori & menſæ, ut *notat. ad d. c.* 1. *& ad l.* 10. *C. de repud.* Ratio, cur in caſu *c.* 6. matrimonium nullum ſit, vel reſcindere liceat, licet in caſu dubio nulla fere mulier tam arcta præſumatur, ut virum admittere non poſſet. *d. c.* 5. hæc eſt; quia ſubſtantia matrimonii deficit, ubi deficit omnis conſenſus, vel tollitur omnis coitus, cujus gratia nuptiæ contractæ ſunt. Sane ſi Eccleſia vel Magiſtratus deceptus eſt, haud dubie matrimonium redintegrandum eſt. *d. c.* 6. *in fin.* Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet. *Matth.* 19. *v.* 6. Sed quid, ſi error ſit probabilis, & maritus aliam duxerit, vel alia forſan alteri nupta ſit, cui non ſit nimis arcta? Dixi *ſup.* Excuſſio *c. ult.* facta eſt ad *d. c.* 5. *h. t.*

De matrimon. contr. cont. int. &c.

Tit. XVI,

Cap. 1. & ſeqq.

Si in *d. c.* 1. ponatur caſus, ubi mulier tertio nupſit cum effectu, hoc eſt, copula intercedente, recte *d. c.* conſiſtit in evitatione ſcandali, ſeu juſtitia publicę honeſtatis, alioquin prior omnino eſſet præferendus, ut *ſup. not. ſæp.* Per me quoque licet, ut Eccleſia dictæ mulieri imponat pœnitentiam, ſed interdictio ad Magiſtratum pertinet, ut *ſup. notat. ſæp.* Quanquam ergo non agnoſcam, matrimonium eſſe ſacramentum in *c.* 2. tamen exiſtimo *d. c.* laudandum eſſe in eo, quod ſponſalia de futuro non derimant matrimonium poſtea cum alio contractum, imo ne quidem ſponſalia confirmata copula carnali, licet etiam contracta ſint contra edictum Eccleſiæ vel Magiſtratus, ut *ſup. not. ſæp.* Sed recte tamen in *c. ult.* ſeparantur ad tempus, qui contra præceptum judicis contraxerunt in gradu prohibito, cum vel ipſum matrimonium copulatum reſcindendum ſit, quod contra jus Divinum initum eſt, ut *itid. notat. ſup. ſæp.*

Qui filii ſint legitimi.

Tit. XVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *&* 6. ex ſoluto & ſoluta geniti fiant legitimi per ſubſequens matrimonium parentum, hæc videtur; quia contrahentes hactenus duntaxat ſuſpenderunt, ſeu ad tempus in errore fuerunt, qui liberis nocere non debet, licet à fiſco puniri poſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

poſſit. Sic divortium parentum in *c.* 2 non nocet liberis, qui vel geniti vel concepti fuerunt ante ſententiam à judice pronuntiatam. Vide *not. noſtr. ad* §. *ult. Inſt. de nupt. & ad l.* 10. *C. de nat. liber.* Sed quæ ratio, cur cauſa legitimationis pertineat ad Eccleſiam? Reſpondet *Gloſſ. ad d. c.* 1. quia eſt acceſſoria matrimonio, de qua *nos alib. lat.* Mariti & uxoris declaratio impedit, quo minus filius ſit legitimus, donec tamen contrarium probetur. *c.* 3. de quo *nos lat. ad tit. de probat. & præſumpt.* Ratio, cur in caſu *c.* 4. proles ſit illegitima, addita eſt *ibid.*

Ad c. 5. & ſeqq.

In Belgio confœderato quæſtionem nativitatis vel legitimi matrimonii, de qua in *d. c.* 5. & 7. non remitti ad Eccleſiam, nec remittendam videri, cum mere politica ſit, ſignificavi *ſup. ſæp.* Regimen Eccleſiæ tantum ad Senatum Eccleſiaſticum pertinet, & ideo vix mixti fori dici poteſt, licet judex ſecularis non male adhibeat Theologos in conſilium, ſi cauſa Theologica ſit, aut mentio ejus in Sacris Paginis extet. Ratio, cur in *c.* 6. ſpurius maneat, qui vivente patre ſuo per alium genitus eſt, licet mater poſtea cum adultero contraxerit matrimonium, hæc eſt; quia tamen ex turpi & adulterino coitu proceſſit, ut *nos lat. ad tit. de inceſt. nupt.* Eccleſia vel papa non judicat de temporalib. *Gloſſ. ad d. c.* vel non judicat de poſſeſſionibus, quæ circa matrimonium controverſæ ſunt. *d. c.* 7. & tamen judicat de annexis matrimonio, ut *dict. ſup.* niſi dicamus quid ſingulare eſſe in Rege Angl. de quo *d. c.* 7.

Ad c. 8. & ſeqq.

Malitioſe deſerta recte nubit alteri, & ideo proles ex ſecundo matrimonio nata legitima eſt, licet primo parente vivente genita ſit. *d. c.* 8. Sane ſola auctoritas Eccleſiæ vel Magiſtratus, in qua tamen ſe potiſſimum fundat *d. c.* non faceret legitimam, ſi auctoritas Divina manifeſte refragaretur, ut *ſup. notat. ſæp.* Poteſt quidem Eccleſia, vel potius Magiſtratus ſupplere ſolennia. *c.* 9. ſed minime ſubſtantialia, quæ omnino ad eſſentiam matrimonii requiruntur. Si *c.* 10. de tali juſtitia publicæ honeſtatis loquatur, omnino adprobandum videtur. Sed *Gloſſ.* ponit talem caſum, qui liberis nullum præjudicium adferre poteſt, ut *notat. ad tit. de deſponſat. impub. c.* 12. *& alib.* Recte etiam in *c.* 11. præſumitur proles legitima, quæ ex matrimonio legitime contracto nata eſt, præſertim ſi parentes quiete vixerint, & jam mortui ſint, de quo *lat. ad l.* 6. *D. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. & alib.* Si vero *d. c.* accipiatur de præſumptione juris & de jure, quæ contrariam probationem non admittit, ut vult *Gloſſ. & Summat.* hoc caſu omnino nobis improbandum videtur, ut *itid. notat. ad d. l.* 6. *& alib.*

Ad c. 12. & ſeq.

Summa ex *d. c.* 12. vera quidem in ſe eſt, quod ſcilicet dicto teſtium ſtetur, qui probant aliquem legitimum, licet fama viciniæ & tractatus parentum contrarium, ſed illa vix ex *d. c.* erui poteſt. Erit tamen filius legitimus heres, quia & naturalem heredem inſtituere licet, ut dixi ad *auth. licet. C. de natur. liber.* Sed legitimus filius videri non poteſt, ſcilicet in illis locis, ubi ſolennia requiruntur de ſubſtantia matrimonii, ut *notat. ſup. ſæp.* Recte dixit *Summat. ad c.* 13. quod non ſine ſcrupulo dicatur, papam poſſe etiam quoad temporalia legiti-

mare

mare ſaltem caſualiter ſeu per quandam conſequentiam; quia ipſe in *c.*7. reſcripſit, temporalem jurisdictionem minime ad papam pertinere. Sed ut ut ſit de jure Canon. hoc certum de jure Divino, papæ nullam vim legitimandi competere, ut *ſup. notat. ſæp.* Sed objicit in *d. c.* 13. Fideles vel Apoſtoli judicabunt Angelos, ergo papa multo magis ſecularia. Quæ quæſo hæc conſequentia? Sed forſan altera melior, Deuteronomium lex ſecunda interpretatur, ergo ex vi vocabuli comprobatur, ut, quod ibi decernitur de ſacerdotibus, in novo Teſtamento debeat obſervari. Quæ tamen affinitas diſſolvat matrimonium, vel filios declaret illegitimos, ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane contra jus Divinum papa diſpenſare non poteſt, licet ſpurii forſan vel adulterini, quos papa in *d. c.* 13. rejecit, ad epiſcopalem vel aliam dignitatem adſpirari poſſint, ut *notat. ſæp. ad decret. Grat. & alib.*

Ad c. 14. & ſeqq.

Ratio, cur in caſu *d. c.* 14. proles legitima judicetur, partim ponitur in favore prolis, partim in ignorantia ſecundæ conjugis, ſed quia tamen ille filius revera natus ſit ex adulterio, vix debet dici legitimus aut legitimari, quamvis per me liceat, ut illa ſecunda uxor excuſetur à pœna, quam adulteræ incurrere ſolent. An ergo dictus filius nec à matre quidem heres inſtitui poſſet? Vide *not. noſtr. ad tit. Cod. de inceſt. nupt. & ad tit. C. de nat. liber.* Sic nec in caſu *c.* 15. proles legitima reputari debet, licet infideles poſtea ſe converterint, licetque inter illos matrimonium licitum fuerit, quod tamen jure Divino fuit prohibitum, ut *ſup. notat. ſæp.*

Qui matrimon. accuſ. poſſ. &c.

Tit. XX.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus in *d. c.* 1. præſupponitur, matrimonium illicitum eſſe inter filiũ ejus, qui levavit uxorem filii de ſacro fonte, eatenus ipſum *d. c.* accuſandum eſſe de injuſtitia, notavi *ſup. ſæp.* An alios teſtes abſente reo alicujus criminis poſſint recipi, dixi *itid. alib. ſæp.* Quatenus etiam *c.* 2. loquitur de accuſatione privata, vel de ea, quæ fit coram Eccleſia vel Eccleſiaſtico Senatu, nullum quoque uſum apud Reformatos habet, ſed an & quatenus alias accuſatio matrimonii, vel alterius criminis poſſit fieri ſcriptura, ſignificavi ad *tit.* D. & C. *de accuſat.* Ratio, cur in caſu *c.* 3. parentes aut proximi cognati poſſint admitti ut teſtes, intermixta eſt *ibid.* ſed quæ vix admittenda eſt, ut *notat. ad cauſ.* 4. *q.* 3. *cap. ſi teſtes. & ad l.* 9. D. *de teſtib.* Ratio, cur in *c.* 4. mulier non audiatur contra matrimonium, addita eſt *ibid. in fin.* de quo *nos lat. ad l. ult. C. ad SC. Trebell.* Sane qui propter quæſtum accuſat vel defert, repellendus eſt *c.* 5. aut ſaltem non magnam merebitur fidem, ut *alib. lat.* Si *c. ult.* adplicetur delatori, qui tempore denuntiationis ſeu proclamationis (ut hodie loquimur) fuit in probabili ignorantia, uſum habere poteſt, ut in ſimilib. *notat. ſup ſæp.*

De divortiis.

Tit. XXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in prima parte *d. c.* 1. homicida poſſit aliud matrimonium

poſt

poſt mortem proris uxoris contrahere, hæc eſt; quia juſta defenſio nemini nocere ſolet. Sed quæ ratio, cur in ſecunda parte ſola inſidiatrix non poſſit poſt mortem mariti alii nubere? Per me licet, ut etiam ſolus conatus puniatur, ſed pœna pecuniaria fiſco adplicanda, non vero prohibitione matrimonii, quæ nuſquam legitur. Hodie vix ob illam ſpiritualem fornicationem, de qua *c.* 2. ſeparationem tori & menſæ concedendam eſſe, notavi ad *h. t.* D. *&* C. Apud confœderatos nec Eccleſiam diſſolvere, nec cognoſcere contra *d. c.* 3. notavi *ſup. ſæp.* An & quando tamen Eccleſiaſticus Senatus in cauſa divortii conſulendus ſit, & qualis ei cenſura competat in temere divortientes, ſignificavi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 4. mulieri denegetur reſtitutio mariti, haud obſcura eſt in ipſo *d. c.* de qua *ſup. & inf. lat.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 5. matrimonium redintegretur, hæc eſt; quia maritus, dum ipſe quoque fornicatur, videtur jus ſuum remiſiſſe, & compenſatio fit ipſo jure, ut *dict. ad l.* 10. *D. de compenſat.* An & quando liceat facere divortium vel ſeparationem tori & menſæ ob hæreſin alterius conjugis, de qua *c.* 6. notavi ad *d. c.* 3. *h. t.* Solam ergo hæreſin, de qua etiam *c.* 7. nec divortium inferre, nec ſeparationem tori & menſæ, ſi aliter conjuges bene inter ſe conveniant. Sed mirum eſt, cur in *d. c.* pontifex fideli permittat aliud matrimonium contrahere, ſi infidelis derelinquat fidelem, cum nec parti innocenti concedat, licet pars nocens commiſerit adulterium. Adde *not. noſtr. ad h. t. D. &* C. ubi *lat.* Pontificem in *c.* 7. nec Chriſtum *Matth.* 19. nec Apoſtolum 1. *Corinth.* 7. recte intellexiſſe, nec Patriarchas recte excuſaſſe, notavi *ſup. aliquot.* Si quis derelictam ducit in uxorem, ſcilicet extra cauſam adulterii, ille committit adulterium, & qui caſu contraxit nuptias cum infideli, non poteſt reſilire, ſi infidelis manere velit, ſed ab initio inter ſcientes prohibetur, licet contractum non diſſolvatur, niſi forſan in caſu allegato, quando ſcilicet infidelis non vult manere in matrimonio. *d. c.* 7. quod generaliter loquitur. Deus etiam permiſit quidem Patriarchis habere plures uxores, ſed non probavit, nec ullibi conſtat de divina revelatione, quam pontifex in *d. c.* prætendit. Quo jure etiam pontifex poteſt diſponere in *c. ult.* ut frater viduam fratris ducat, cum in veteri Teſtamento ſpecialis ratio fuiſſe videatur, ut *alib. lat.*

De donat. int. vir. & uxor.

Tit. XX.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in caſu *d. c.* 1. dos reſtituenda ſit, hæc eſt; quia ubi non eſt matrimonium vel uſus matrimonii, ibi non poteſt eſſe dos, vel ut loquitur *Gloſſ.* ubi non tenet principale, ibi nec acceſſorium. Dos datur ad onera matrimonii ſuſtentanda. *l. 7. pr. D. de jur. dot.* ergo illis ceſſantibus, ceſſat & conſtitutio doris, ceſſatque & ipſa communio bonorum. *c.* 2. idque ex ipſa veriſimili voluntate contrahentium, niſi tamen divortinm factum ſit ob adulterium vel malitioſam deſertionem, quo caſu videtur dos juſte amiſſa, aut ſaltem non reſtituenda, quamdiu alter conjux ſuſtinet onera matrimonii, ut *lat. ad c.* 4. *& ad tit. de adulter.* Hinc recte in *c.* 3. judex, qui fert ſententiam divortii, jubetur pronuntiare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

de dote reſtituenda, modo juſta conſanguinitas cauſa ſit, quæ ſæpius in jure Canon. minus juſta reperitur, ut & ſeparatio thori & menſæ. Ratio, cur in *d.c.* 4. mulier perdat dotem, vix ſolida dari poteſt, cum privatus ex delicto privati in noſtra ſaltem Repub. vix lucrum ſentire poſſit. Retinetur quidem in caſu, de quo ad *d. c.* 2. *h. t.* ſed non amittitur cum commodo mariti, qui cauſam allegare non poteſt, quæ fiſcum excluderet. Ratio, cur in *c.* 6. donatio propt. nupt. reſtituenda ſit, data eſt ad *d. c.* 1. Variæ ſunt lecturæ *d. c.* 5. ſed hæc eſt ſumma ex ipſa tacita ſeu veriſimili voluntate contrahentium. Sic enim donaverat Rex Legion. ſi divortium faceret ſua culpa, ſed cum non ſit in culpa, aut ſaltem de illa culpa non cogitatum, reſciſſo matrimonio donatio propt. nupt. reſtituenda eſt.

Ad c. 6. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 6. donatio propter nupt. non valeat, addita eſt *ibid.* Sed quæ ratio, cur etiam ſimplex donatio ex mera liberalitate profecta non valeat inter maritum & uxorem? Vide *not. ad c. ult. & tot. tit. D. & C. de donat. int. vir. & uxor.* Ratio, cur in *c.* 7. maritus, licet vergat ad inopiam, poſſit dotem petere etiam ſub quacunque cautione minus ſufficiente, addita eſt *ibid.* Sane ſequeſtratio apud mercatorem, de qua & *d. c.* non temere concedenda videtur, cum vergat in contumeliam mariti, cui uxor in caſu neceſſitatis omnia debeat. Ratio, cur in *c. fin.* ſimplex donatio non valeat, niſi morte donantis confirmata ſit, data eſt in *l.* 1. *& ſeqq. D. h. t.* ſed à nobis ſolide rejecta *ibid.* Et non poſſum ſatis mirari, cur pontifex, qui paſſim in toto jure Canon. conatur æquitatem ſequi, voluerit in hoc articulo ſimpliciter referre & adprobare jus Romanum, quod etiam ſpecialem forſan habuit rationem. Sane conſuetudinem illam, de qua etiam *d. c.* hodie generalem eſſe, nemo Belgarum ignorat. Quinimo alibi ſtatui, ne quidem expreſſis pactis communionem bonorum inter maritum & uxorem excludi poſſe. Illud pactum quoque, de quo in *fin. d. c.* hodie non æquale requiri, nec requiri poſſe, dixi plurib. ad *auth. æqualit. C. de pact. convent. tam. ſup. dot. &c.*

De ſecund. nupt.

Tit. XXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Si *d. c.* 1. accipiatur de ſecunda, quæ ducta eſt vivente prima (ut accepit *Gloſſ. ad d. c.*) nihil abſurdi continebit, ſed ut verum fatear, vix eſt, ut verba *d. c.* talem limitationem admittant, & ideo juſta cenſura in *d. c.* ſtringitur, cum ſecundæ nuptiæ æque mereantur benedictionem, quam primæ, imo magis, ut *lat. prob. in repetit. & not. ad l.* 3. *&* 7. *C. h. t.* Ratio, cur in *d. c.* 2. non liceat conjugi tranſire ad ſecundas nuptias, antequam conſtet de morte alterius, data eſt ad *c. in præſent.* 19. *de ſponſal. & matrim. & ad auth. hodie. C. de repud.* Reliqua de conjuge dubitante & ignorante excuſſa ſunt *ibid. & alib. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 3. bigamus vel tranſitus ad ſecundas nuptias non mereatur benedictionem presbyteri, hæc dari ſolet; quia ſacramenta non ſunt iteranda, ſed hanc rationem ineptam aut falſam eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Sed & ipſum *d. c.* 3. improbandum eſſe, notavi ad *d. c.* 1. *h. t.* Male quoque in *c.* 4. *&* 5. mulierem, quæ intra annum luctus nupſit viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſecundo, liberari ab infamia, pluribus probavi in *diſp. ad l.* 11. §. 1. *de his qui not. infam.* Nulla, inquam, conſequentia eſt, D. pontifex (ut hoc hic addam) Paulus permiſit mulieri, cujus maritus mortuus eſt, alteri nubere, modo nubat in Domino, ergo permiſit, ut etiam intra annum luctus nubere poſſit. Quin ipſe Apoſtolus contrarium docet, dum viduam vult nubere in Domino, hoc eſt, cum reverentia Domini, ſeu honeſtate, quam Dominus commendat, ergo non intra annum luctus, cum hoc fieret contra Dominum vel reverentiam Domini. Jus Romanum in ſumma ratione conſiſtit, ut *lat. probat. ad* §. 1. ergo nec veriſimile eſt, hoc Paulum abrogare voluiſſe, & ideo male pontifex in *d. c.* 4. ſacros canones in his & ſimilibus præfert legibus ſecularibus. Si forſan præciſe de anno loqueretur, poteſt ſententia ejus minus abſurda videri, ſed verba *dd. capp.* vix talem limitationem admittunt, licet Mores non ubique annum requirant, ſed Alii novem menſes, Alii minores, ut *notat. alib. & Groen. ad l.* 1. *C. h. t.*

Finis libri quarti.

DECRETALIUM EPISTOLARUM *GREGORII*

LIBER QUINTUS.

DE

Accuſat. inquiſit. & denuntiat.

TIT. I.

Cap. 1. & ſeqq.

QUatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* loquuntur de privata accuſatione, ſeu de accuſatione, quę in Eccleſia fit Romana, eatenus nullum uſum in foro noſtro habere poſſunt, ut *notat. in decret. Grat. ſæp.* Sed cum delationibus vel etiam accuſationibus publicis quandoque adplicari queant, operæ pretium erit ſingula capitula producere. Si *d. c.* 1. accipiatur de criminoſo (ut vulgo accipitur) non omnis accuſatio ejus ſeu delatio rejicienda eſt, cum prætor ex ea certior de crimine fieri poſſit. Quando & quomodo noſtri epiſcopi vel fratres, de quib. *c.* 2. in noſtris Eccleſiis Reformatis primo præmonendi ſint, antequam denuntientur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Eccleſiæ, dixi itidem ex *Matth.* 18. *v.* 15. *& ſeqq. ſup. ſæp.* Sententia autem debet eſſe vel abſolutoria vel condemnatoria. *c.* 3. de quo *lat. ad l.* 1. *D. de re. jud.* Sed nec accuſatus, nec denuntiatus promoveri aut honorari interim debet. *c.* 4. Qui epiſcopo vel alii familiaris fuit non facile ab ejus accuſatione ſeu delatione repelli poteſt. *arg. c.* 5. Semel tamen abſolutus, non temere de eodem crimine debet accuſari. *c.* 6. de quo *lat. ad l.* 18. D. *de quæſt.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 7. habitanres cum inimicis accuſati non poſſint accuſare, vel etiam denuntiare, addita eſt *ibid.* Hodie quoque dicti cohabitantes non multum fidei merentur, ſed ab omni accuſatione vel delatione haud plane excludendi videntur, ut *notat. ad d. c.* 1. *h. t.* Illam pœnam falſi accuſatoris, de qua *c.* 8. nec in foro noſtro Civili, nec Eccleſiaſtico in uſu eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Sane carena (male carina) de qua etiam *d. c.* 8. hodie quoque **quarantaine** ſive 40. dies ſervantur, ſed ob contagium peſtis evitandum. Ratio, cur in caſu *c.* 6. non requiratur accuſatio, hæc dari poteſt; quia in evidenti crimine videtur ceſſare cauſa accuſationis, vel quia juris ordo in notoriis non requiritur, *Gloſſ.* An & quando laici, de quib. *c.* 10. poſſint accuſare vel deferre clericos, dixi ſæpius ad *decret. Grat.* Summ. *c.* 11. quod de abbat. & monach. hæc eſto: ſubditus poteſt accuſare vel deferre ſuum prælatum ſeu ſuperiorem. De expenſis, quæ pauperiori adverſus ditiorem ſubminiſtrandæ ſint, dixi ad *l.* 27. *D. de inoff. teſtam. & alib.* Summa *c.* 12. hæc eſto: ſerio inquirendum eſt, an quis ſit vinoſus presbyter, antequam privetur Eccleſia ecclesiam commendata. Inimicus non admittitur ad accuſand. vel denunt. ne quidem in crimine excepto. *c.* 13.

Ad c. 14. & ſeqq.

Vix illam inſcriptionem in crimen talionis, de qua *d. c.* 14. hodie in Belgio confœderato obſervari, notavi *ſæp. ad tit.* D. *&* C. *de accuſ. & inſcript.* ſed inquiſitionem in infamatum, licet nullus accuſator aut delator exiſtat, de quo etiam *d. c.* adhibendam eſſe, probavi ad *l.* 3. *&* 13. D. *de offic. præſid.* Sane temerario accuſatori vel delatori recte in *d. c.* imponi ſilentium, nemo neget. An & quando procurator admittatur vel ad crimen accuſandum ve defendendum, de quo caſu *d. c.* 15. *& ſeq.* dixi ad *l. pen.* D. *de publ. judic.* An & quando male citatus, de quo etiam *d. c.* 15. habeatur pro contumace, dixi ad *l. ult.* D. *de jurisdict. & ad l.* 73. D. *de judic.* Reliqua *d. c.* 16. de inſcriptione excuſſa ſunt ad *d. c.* 14. Sane judicem denuntiatori criminis contra *d. c.* 16. nonnunquam ex officio injungere poſſe inſcriptionem, ſignificavi ad *d. tit.* D. *&* C. *de accuſat. & inſcript.* Ratio, cur in *c.* 17. inquiſitores vel alii judices teneantur errores ſuos corrigere, addita eſt *ibid.* quæ profecto aurea eſt, & in omni Aula aut Curia ſuſpendenda. Hodie quoque apud Reformatos Eccleſiaſticas inquiſitiones uſitatas eſſe, ſignificavi *ſæp. ad decret. Grat.* Sed nullum tamen juramentum exigi ab inquiſitis, ut in *d. c.* 17. ſignificandum hoc loco cenſeo. Scilicet Nomen Dei non temere uſurpandum eſt.

Ad c. 18. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 18. agit de juramento inquiſiti, nullum uſum habere videtur, ut *notat. ad c. præced.* ſed quia ſimplex Amen, ſeu ſimplex confeſſio ſufficere ſolet, illa ex *d. c.* eatenus recipit interpretationem, qautenus juſta excu-

ſatio

ſatio excuſatur, de qua cogitatum non eſt. An & quatenus inimici, de quib. *c.* 19. poſſint admitti ad denuntiandum vel teſtificandum, dixi *ſup. aliquot.* Ratio, cur in *d. c.* inquiſitio non ſit facienda, niſi contra infamatum, hæc eſt; quia ſugillat famam, quæ res pretioſa eſt. Et ideo purgatio videtur injungenda, ſi probatio deficiat. *d. c.* 19. Cum criminoſi aliquando rei veritatem aperiant, aut ſaltem aliquam viam inquirendi ſuppeditent, nullus video, cur in *c.* 20. plane ab omni denuntiatione coërceantur, ut *ſupra notat. aliquot.* Illam executionem ordinis, ſeu ipſam inquiſitionem, de quib. *pr. c.* 21. propriam eſſe eccleſiæ Romanæ, notavi *itid. ſup. ſæp.* Summa tamen ex §. 1. hæc eſto: cujus criminis quis non laborat infamia, ejus inquiſitionem pati non debet, nec occulte infamantes audiendi ſunt, nec inimicis teſtibus credendum eſt. Summa §. 2. hæc eſto: dicta paucorum non infamant, nec propter famam & credulitatem puniri quis debet, ſed tamen purgatio criminis indici poteſt.

Ad c. 22. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 22. hæc eſto: omiſſio judiciarii ordinis non vitiat ſententiam in criminibus certis ſeu notoriis, cujus ratio ſupra à nobis data eſt *ſæp.* Etenim ſolennitates non debent requiri ſub pœna nullitatis negotii, ſed tantum ſub pœna pecuniaria fiſco applicanda. Ratio, cur in *c.* 23. agenti ad poſſeſſionem adipiſcendam non poſſit objici exceptio criminis, hæc eſt; quia poſſeſſio vel proviſio juſtitiæ (ut loquuntur) non temere deneganda eſt, niſi tamen crimen ſit liquidum, aut publica fama notum. *d. c.* 23. Si tamen accuſator deficiat, opus eſt purgatione, niſi reus velit condemnari ut convictus. *d. c.* Sane legitimæ exceptiones admittendæ ſunt, & Superior ſeu Prætor de his tantum inquiret, ſuper quibus præceſſit infamia. *c.* 24. & tunc tradet capitula & nomina, & teſtium dicta publicabit. *d. c.* 24. licet hodie in criminalibus raro fiat communicatio inſtrumentorum, ne in poſterum teſtes denegent veritatem. Reliqua in *d. c.* 24. ſunt propria Eccleſiæ Romanæ, aut juris pontificii, ut cuilibet patet ex *anteced. noſtr.* De accuſatione & reformatione morum, de quib. *c.* 25. dixi *ad decret. Grat. ſæp.* Addo tantum quod Concila provincialia ſingulis annis videantur celebranda. *d. c.* 25. Summa ex *c.* 26. quod fere totum de abbate & monachis, hæc eſto: copia atteſtationum facienda eſt ſuperiori, contra quem proceditur. De extenſione juriſdictionis dixi ad *l.* 2. D. *de juriſdict.* De juramento, quod eſt de veritate tacenda, dixi ad *tit. de jurejur.* Prælatus vel alius, cui denuntiatio facta eſt ob dilapidationem, coercendus eſt, ne pendente lite alienet. *c. ult.*

De calumniatoribus.

Tit. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Quo jure Divino ſubnixus pontifex in *d. c.* 1. ſubdiaconum calumniatorem jubet puniri verberibus publice & in exilium deportari? An non hoc eſt, ſe immiſcere negotiis civilibus? Vide *not. noſtr. ad h. t. Dig. & Cod. & ad SC. Trupillian. & ad c.* 2. *q.* 2. *per tot.* Puniat ergo Magiſtratus, cui etiam pœna talionis ante oculos eſſe debet, quantum fieri poteſt, ut *lat. ad* §. 7. *Inſt. de jurejur.* Hinc recte in *c.* 2. denuntiator ab officio ſuſpenditur, donec ſe purget, ſi forſan in probatione criminis deficiat. Ratio ibidem ſubjecta eſt in *fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De ſimonia, & aliquid pro ſpirit. &c.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. epiſcopus pro ordine conferendo nihil temporale exigere poſſit, hæc dari ſolet; quia illa exactio inducit ſimoniam. Cæterum illam rationem falſam eſſe, haud ſemel notavi ad *decret. Grat.* In novo, inquam, Teſtamento nec bona ſpiritualia vendi, nec emi poſſunt. Rectius in caſu *d. c.* nulla merces exigi poteſt, quia nullum debebatur. Alioquin mercenarius eſt dignus mercede ſua. *Matth.* 10. & 1. *Corinth.* 9. Sed quod cohæret officio, facile gratis conceditur. Merito quoque in *c.* 2. deponitur, qui per pecuniam alium expulit, & ſeipſum intruſit, ſed ſimoniam non video. Jure itidem in *c.* 3. quilibet catholicus admittitur ad accuſandum ſeu deferendum gravius crimen, ſed ſimoniam non agnoſco. Summa igitur *c.* 4. & 5. hæc eſto: pendente accuſatione gravioris criminis, reus ab adminiſtratione divinorum prohibendus eſt, de quo *lat. ad* §. 17. *Inſt. de ſuſpect. tut.* Summa ex *c.* 6. quod etiam de ſimoniaco, hæc eſto: damnatus ob grave crimen deponendus eſt.

Ad c. 7. & ſeqq.

Ipſi criminoſi, vel etiam meretrices poſſunt accuſare ſimoniacum, vel alium reum gravioris criminis. *d. c.* 7. ſed hoc hodie tantũ procederet in denuntiationib. vel dilationib. ut *ſup. not. ſæp.* Intollerabilis eſt illa arrogantia ſacerdotum, qui ſua dona audent conferre cum donis ſpiritualibus, quæ habebant Apoſtoli, à quibus Simon impoſtor emere voluit. Recte tamen in *c.* 8. & 9. vetatur epiſcopus aliquod pretium accipere pro adminiſtratione, quam ratione muneris ſuſcepti præſtare tenetur. Sane illam conſecrationem, de qua *c.* 10. in noſtris Eccleſiis non eſſe receptam, notavi *ſup. ſæp.* Etiam publica fama notatus, ſi de crimine purgare non potuit, videtur deponendus. *c.* 11. Sola promiſſio rei plane illicitæ crimen eſt. *arg. c.* 12. De infamato, qui ſe purgare non poteſt, de quo *c.* 13. dixi jam *aliquot.* Magnum quoque crimen eſt, favore & pretio cælare peccatorem, vel pœnitentem à reconciliatione removere. *arg. c.* 14.

Ad c. 15. & ſeqq.

Propria ratio, cur in *d. c.* 15. Eccleſia nec emi nec redimi poſſit, ſignificata eſt *ſup. ſæp.* Quando etiam actor ob contumaciam rei poſſit mitti in poſſeſſ. bon. dixi *itid. alib. ſæp.* Summa ex *c.* 16. quod de chriſmate, hæc eſto: pecunia exigi non poteſt pro functione, quam presbyter debet, licet conſuetudo permittat. Quod enim contrariatur legibus Divinis, nullo modo permittendum eſt. *arg. c.* 17. Si tamen ordinatori aliquid ordinatum vel donatum ſit, modo non ex pacto, minime ſimoniacum videtur. *c.* 18. Sed quomodo hoc convenit cum præmiſſis? Sed nec ipſa explicatio SS. Scripturæ, *beatus &c.* admittenda videtur, cum omne munus etiam modicum judici & ſacerdoti vetitum ſit, ut *lat. ad l.* 6. §. 3. *D. de offic. proconſ. & alib.* Pecunia indigne accepta reſtituenda eſt. *arg. c.* 29. & ob magnam pravitatem officium ſuſpendendum eſt. *d. c.* Ratio, cur in *c.* 20. occulta ſimonia non inferat depoſitionem, hæc datur à *Gloſſ.* quia prælatus crimen occultum punire non

debet

debet, cum illud ſciat ut Deus, non ut judex. Ratio propria, cur in *c.* 31. pro miniſterio Eccleſiaſtico non ſit ſolvenda pecunia, data eſt *ſup. aliquot.*

Ad c. 22. & ſeqq.

Cum ignorante criminis reo diſpenſari poteſt *d. c.* 22. Qui illegitime electus eſt, ille beneficio renuntiare tenetur. *arg. c.* 23. Ratio, cur in *c.* 24. non liceat pretium accipere pro beneficio abſolutionis, data propria eſt *ſup. ſæp.* Qui ſciens crimen committit, gravius puniendus eſt. *arg. c.* 25. An & quatenus diſpenſare liceat de eo, qui ignorans per malas artes promotus eſt, de quo *c.* 26. ſignificavi in *præced. ad h. t. & alib.* Sane malum medium in præjudicium electi ignorantis non nocet electo. *c.* 27. Vexam redimere licet, ſed ſi vexatio non ceſſat, datur repetitio pecuniæ, quæ ob redemptionem data eſt. *c.* 28. de quo *lat. ad tit. de condict. ob turp. cauſ.* Summa ex *c.* 29. quod de benedict. nubent. & exeq. mort. hæc eſto: quod ſacerdos debet ex officio, pro eo nihil exigere poteſt. An tamen accipere, vide apud *Gloſſ. ad d. c. & nos alib.* Receptus & recipiens deponendus videtur, ſi uterque ſciens deliquerit graviter. *arg. c.* 30. *&* 38. *h. t.*

Ad c. 31. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 31. quod de abbate & prælato, hæc eſto: qui venit ad denuntiandum, ille etiam ad teſtificandum admittitur, ſed vix aliquis admittitur ad denuntiandum, niſi præceſſerit admonitio, præſertim in Eccleſia & inter Eccleſiaſticos, de quib. *d. c.* 31. An & quatenus loca Sacræ Scripturæ in *d c.* allegata ad rem faciant, facile apparet ex *præmiſſ.* An & quatenus criminoſi, de quib. *c.* 32. admittendi ſint in crimine ſimoniæ, vel potius graviori crimine læſæ Majeſtatis aut ſimili, dixi *ſup. aliquot.* Nequaquam imputatur electo ad hoc vel illud officium, ſi eo prohibente quis dedit quid pro electione aut confirmatione. *arg. c.* 33. Eccleſia de manifeſtis, non vero de occultis judicare debet. *arg. c.* 34. cujus reliqua de ſimonia inutilia eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Nullus debet venire contra ſuam conſcientiam, & erroneam deponere tenetur. *c.* 35. Ratio, cur in *c.* 36. nihil exigi debeat pro inveſtitura Eccleſiæ, data eſt ad *c.* 29. *& alia capit. præced. h. t.* Qui accipit ordinem per malas artes, non habet executionem, niſi diſpenſetur. *c.* 37. Hodie contra *c.* 38. pro vicariatu aut canonicatu dari pecuniam, cum ſint ſecularizata, notavi *ſup. cent.*

Ad c. 39. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 39. quod de conſecrat. epiſcop. abbat. & monachor. hæc eſto: conſuetudo, quæ eſt contra jus Divinum, corruptela eſt. Propter multitudinem peccantium aliquid de ſeveritate pœnæ remittendum eſt. *arg. c.* 40. quod confirmat illud Tullii, pœna ad paucos, metus ad omnes. *Cic. pro Cluent.* Reliqua *d. c.* aut inutilia ſunt, ut ſupra excuſſa *ſæp.* Pœnam dupli, de qua *c.* 41. vix hodie in aliquo caſu locum habere, notavi *ſup. & inf. ſæp.* Quomodo etiam in *c.* 42. conſuetudo dicitur laudabilis ergo ſanctam eccleſiam, quæ in *d. c.* 32. corrupta dicta eſt? Mirum in modum hic ſe torſit *Gloſſ. ad d. c.* 43. Quam obedientiam, de qua *c.* 43. præſtare debeant noſtri epiſcopi Eccleſiæ, ſignificavi ad *decret. Grat. ſæp.* Qualis præbenda, de qua *c.* 44. debeatur noſtris Canonicis, dixi *itid. in præced. ſæp.* Quo jure papa vel ſedes

Apo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Apoſtolica in *c.* 45. diſpenſat de illis, qui contra jus Divinum (quod papa aſſerit pro ſimonia) commiſerunt ſimoniam in ſuperiori gradu? An & quatenus ſolo affectu, de quo *c. ult.* committatur crimen, aut qua pœna affectus puniendus ſit, dixi ad *l.* 14. D. *ad l. Cornel. de ſicar. & alib.*

Ne prælati vices ſuas &c.

Tit. IV.

Cap. I. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* I. juriſdictio epiſcopalis vendi non poſſit, ſed debeat conferri gratis. *c.* 2. data eſt in *fin. c.* 3. Sed ut verum fatear, illa parum ad rem facit. Poteſt, inquam, quis ſperare retributionem æternam, & ſimul accipere mercedem pro opera, quam pro alio quæſitus præſtitit, modo occupatus vices ſuas non concedat aut mandet alteri ſæpius, ut *lat. ad tit. de offic. vicar.* Quin ipſi fructus Eccleſiæ ſub annuo cenſu concedi poſſunt. *c.* 4. Rectius tamen ſanctiuſque Claſſis in locum impediti ſubſtituit Candidatos Theologiæ, qui gratis partes ægrotantis ſupplent. Reliqua excuſſa ſunt *alib.*

De Magiſtr. & ne quid exigatur &c.

Tit. V.

Cap. I. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* I. agit de eccleſia cathedrali & clericis, eatenus nullum uſum apud Belgas reformatos habere intelligitur, ſed non male tamen colligitur ex *d. c. & c.* 4. *&* 5. quod Eccleſia debeat curare, ut ſint magiſtri, qui quoſdam pauperes excellentioris ingenii gratis inſtituant in ſpem miniſterii, quod tantopere in omni Chriſtiana Repub. excellentius requiritur Epiſcopus ſuppleat negligentiam ſubditorum. *c.* 2. ubi tamen epiſcopus male ſibi applicat, gratis accepiſtis, gratis date, ut *ſup. notat. ſæp.* An & quando ergo pecuniam liceat exigere pro licentia docendi, de qua *c.* 3. facile apparet ex *præmiſſ.* Summa ex *c.* 4. hæc eſto: Theologus Sacerdotes Alioſque inprimis informet in his, quæ ad curam animarum ſpectant. Summa ex *c.* 5. hæc eſto: Magiſtri Theologiæ velut ſplendor firmamenti fulgent, eorumque diſcipuli velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri ſunt. An & quatenus Capitula noſtra ſeculariſata ex ſuis præbendis teneantur alere ſcholares, ſignificavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.*

De Judæis & Saracen. &c.

Tit. VI.

Cap. I. & ſeqq.

Judæus non poteſt Chriſtianum habere in ſervum. *d. c.* I. ſed tamen in adſcriptitium. *c.* 2. cui tamen reclamare videtur ratio in *fin. d. c.* I. adjecta. Sane ſi Chriſtiani non debeant converſari cum judæis, ne ab illis corrumpantur *c.* 8. ergo nec adſcriptitii judæorum eſſe poſſunt, ut *lat. ad cauſ.* 28. *q.* I. *&* 2. *per tot.* An & quatenus judæi ſynagogas, de quib. *c.* 3. habere poſſint, dixi ad *l. ult.* C. *de jud. & ſæp. ad decret. Grat.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 4. tempore paraſceves judæi teneantur oſtia habere clauſa? Sane illi ritus, qui in *d. c.* denotantur, vix juſtam rationem continent, ſed alias recte prohibentur contemnere cultum

tum Chriſtianorum. *c.* 15. Ratio, cur in *c.* 5. Chriſtiani non debeant ſervire in domibus judæorum, data eſt ad *d. c.* 1. *h. t.* Sed quæ ratio, cur pontifex in *eod. cap. & capp. ſeqq.* Principibus legem præſcribat in cauſa ſeculari? Pœnas ab Imperat. conſtitutas in barbaros aut ſaracenos, de quib. *c.* 6. videre licet in *not. noſtr. ad l.* 2. *C. quæ res export.* An & quando noſtri Pontifices ſeu Senatus Eccleſiaſticus poſſint pœnam excommunicationis infligere, ſignificavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 7. quod de ſynagogis judæorum, hæc eſto: ſæpe reficere licet, quod facere non licet. An tamen ſynagogæ per ſe poſſint tolerari, licet ipſi judæi tolerentur, ſignificavi ad *d. c.* 4. *h. t.* Ratio, cur in *c.* 8. Chriſtiani non debeant eſſe in familiari ſervitio judæorum, ſubjecta eſt *ibid.* & data ad *d. c.* 1. *h. t.* Qui tolerat judæos, tenetur & eorum cœmeteria tolerare. *c.* 9. Rationem, cur in *d. c.* judæi vel Alii non ſint cogendi ad baptiſmum, dedi non ſemel ad *decret. Grat.* An & quatenus cum judæis vel paganis, de quib. *c.* 10. liceat comedere, ſignificavi ad *cauſ.* 23. *q.* 4. *& alib.* Quanquam in *c.* 11. *&* 12. *&* 17. videantur excludendi à communione Fidelium, aut indigna membra Eccleſiæ, qui ſaracenis merces aut arma deferunt, nullus tamen video, quo jure pontifex vel ſedes Apoſtolica poſſit leges præſcribere in captivis redimendis aut ſubſidiis mittendis. Uſum noſtræ Eccleſiæ ſignificavi ad *d. c.* 6. *h. t.* Ne tamen judæi habeant nutrices Chriſtianas, de quib. *c.* 13. Synodus, aut Claſſis aut Senatus Eccleſiaſticus commendare poteſt Magiſtratui, ob *ration. allegat. ſup. ſæp.* Sed nec coërcitionem civilem, nec juriſdictionem civilem habet, ut *lat. ad tit. Cod. de epiſcop. aud. & ad decret. Grat. paſſ.* Cenſura itaque dignum eſt *cap.* 14 ubi pontifex pœnam pecuniariam infligit judæo, qui alium percuſſerat, ſed clericum, ingenue notem. An & quatenus quis ſimul & à Magiſtratu, & ab Eccleſia puniri aut corripi poſſit, dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 15. & ſeqq.

Ratio, cur in *pr. d. c.* 15. judæi & ſaraceni jubeantur uti diſtincto habitu, addita eſt *ibid.* Sed cum facile ex ipſo vultu diſcernantur à Chriſtianis, & forſan minus peccatum ſit commiſceri cum judæa quàm Chriſtiana, vix hodie *d pr.* receptum aut recipiendum eſt. Reliqua *d. pr.* excuſſa videri poſſunt ad *c.* 4. *h. t.* Judæus vel ſaracenus non poteſt præponi officiis publicis. *c.* 16. & tamen *c.* 19. Rex Portugalliæ poteſt reditus regios vendere judæis & ſaracenis, modo Chriſtianus colligat. Quamvis excuſſum videri poſſit *c.* 17. in *noſtr. ad d. c.* 6. *&* 11. *h. t.* tamen ſummam ejus ex *Gloſſ.* adjicere lubet, quæ hæc eſt: qui contra Eccleſiam delinquit, punitur in eo, ut ab ea non recipiatur, donec ſatisfaciat. Sed pœnam illam excommunicationis & anathematizationis, quam proponit *d. c.* 17. nuſquam in SS. Paginis expreſſam reperio. Et tamen ſine lege loqui non oportet. An & quatenus judæus poſſit habere ſervum Chriſtianum, de quo *c. ult.* dixi *ſup. aliquot.* An & quatenus Chriſtianus Chriſtianum pro ſervo habere poſſit, dixi ad *tit. Inſt. de jur. perſon. & alib.*

De hæreticis.

Tit. VII.

Cap. 1. & ſeq.

Dicit pontifex in *d. c.* 1. dubius in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

fide infidelis eſt, ſed qua lege Divina probat? Pontifex nec Propheta eſt, nec Apoſtolus, nec ſingulari afflatus Spiritu Sancto, ergo nullo modo audiendus. *Nov.* 18. *&c.* Utique à potiori parte frequentes in ipſis Sacris fit denominatio, cur ergo tam temere quis dicitur infidelis aut hæreticus, qui dubitat de hoc vel illo articulo? Vide *not. noſtr. ad c.* 24. *q.* 1. *per tot.* Sed nec ſtatim in *c.* 2. errat in fide, qui alios errantes non revocat, licet revocare poſſit. Errat quidem, hoc eſt, peccat, dum proximum non revocat, quantum in ſe eſt, ſed proprie non errat in fide aut fidei articulis. Sed quid hæc ad me? Scilicet non patior proximum errare, ne quidem pontificem Romanum, quem quandoque quid boni præcipere video.

Ad c. 3. & ſeqq.

Quiſnam proprie hæreticus, de quo *d. c.* 3. dicendus ſit, quave pœna afficiendus, dixi *ſæp.* tum ad *h. t. C.* tum ad *decret. Grat.* Damnato auctore, etiam damnata cenſentur ejus ſcripta. *c.* 4. Hodie contra *c.* 5. *&* 6. hæreticis etiam pontificiis bona in Belgio confœderato relinqui poſſe, notavi *freqent. ad h. t. Cod. & alib.* Scilicet non temere quis hereticus dicendus eſt, cum adhuc ſub judice lis ſit, & ab utraque parte probabiles rationes allegatæ ſint. Qui negat Chriſtum Θεάνθρωπον ſeu Deum & hominem eſſe, ille hæreticus eſt. *c.* 7. Sed quæ ratio, cur pro eo in *c.* 8. orare non liceat? Et quæ ratio, cur in *d. c.* receptatores ejus excommunicandi videantur? Improbus profecto eſt ille zelus, quem pontifex evomuit in *c.* 9. contra illos, qui ſacramenta Eccleſiæ Romanæ rejiciunt, ut *lat. ad decret. Grat.* Quæ ratio quoque, cur in *d. c.* audientia denegetur relapſis, cum fratri ſepties condonandum ſit? Vide *Gloß. ad d. c.* Quæ ratio, cur in *eod. cap.* Principes ſeculares teneantur jurare, ſe defenſuros eſſe Eccleſiam contra hæreticos? Tantane fiducia pontifici in ſua fide? Atqui fides non cogenda, ſed perſuadenda eſt, ut *lat. probat. ad decret. Grat. & alib.*

Ad c. 10. & ſeqq.

Bona hæreticorum & jure Civili & Canon. in confiſcationem cadere, vel ex ſolo *d. c.* 10. *&* *c.* 13. §. 1. probari poteſt, ſed utrumque jus damnandum videri, notavi ad *d. c.* 5. *h. t.* Lubet tamen ex *d. c.* exſcribere illam regulam, quod gravius ſit æternam lædere Majeſtatem, quam temporalem. Si ergo bona ejus confiſcanda ſunt, qui commiſit crimen læſæ Majeſtatis humanæ, multo magis & ejus bona fiſco cedunt, qui ea legaverat ad religionem pontificiam vel antichriſtianam propagandam. Quam conſequentiam nec ipſe pontifex negabit, modo probetur, quod præſupponitur, ſcilicet pontificis religionem hæreticam, vel antichriſtianam vel diabolicam eſſe. Sed quid juris pontifici in *c.* 11. competit, in Advocatos & Notarios, ut ſuſpendat ab officio & notet infamia? Hæc, inquam, pœna à ſolo judice ſeculari infligenda videtur. Nequaquam quilibet ad prædicationis officium admittendus eſt. *c.* 12. Sed quæ ratio, cur in *d. c.* laico non liceat reprehendere ſacerdotes? Sane rationes in *eod. cap.* allegatæ plane frivolæ ſunt, ut *probat. ſæp. ad decret. Grat. & alib.* O brutum fulmen, quod pontifex vibravit in *pr. c.* 13. contra omnes hæreticos, qui ſe extollunt contra fidem aut religionem pontificiam. Tam temere omnis hæreſis anathemate digna judicatur? Qua lege Dominus probat? αὐτὸς ἔφα,

ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ergo ei credendum eſt. Voluit deterrere pontifex, ſed Reformati nocturnos Lemures portentaque Theſſala rident. Pœnas hæreticorum, de quib. §. 1. *&* 2. ſignificavi ad *d. c.* 10. *h. t.* De juramento ſecularium Principum, de quo §. 3. dixi ad *c.* 9. *h. t.* De abſolutione juramenti, qnam ſibi tribuit pontifex, & de qua *id.* §. 3. dixi *alib. ſæp.* De cruce ſignatis contra hæreticos, de quib. §. 4. nihil dicendum eſt, niſi quod crucis abuſus magnus ſit. Pœnas illorum, qui recipiunt aut defendunt hæreticos, de quib. §. 5. notavi & improbavi *ſup. ſæp.* Summam §. 6. indicavi ad *c.* 12. *h. t.* De viſitatione, de qua §. 7. dixi *ſæp. ad decret. Grat.* Sane ſi noſtri Epiſcopi ſeu Paſtores Eccleſiæ ſint negligentes, de quo caſu §. *ult.* poſſunt perſtringi à Synodis & Claſſibus, & quidni puniri ab ipſis Magiſtratibus?

Ad c. 14.

Noſtri quoque Theologi ſtrenue defendunt, quod in *d. c.* 14. reſponſum eſt, ſcilicet non cuilibet ex populo concedendum eſſe, ut poſſit prædicare verbum Dei, licet omnes fideles in novo Teſtamento dicantur ſacerdotes. Cæterum comparatio cum Prophetis & Apoſtolis intollerabilem ſæpe arrogantiam redolet. Quod attinet *cap.* 15. illud excuſſum eſt ad *c. excomm.* 13. uſque ad §. *ſi qui aut.* ubi detruduntur in perpetuos carceres pœnitentiæ nomine, licet redire velint ad fidem, à qua levi errore, aut levi peccato ad breve tempus alieni fuerunt. Quæ hæc injuſtitia? Vel quæ juſtitia in *c.* 16. ubi pontifex liberat ab omni obligatione, qui hæreticis adſtrictus eſt? Hæccine poteſtas Eccleſiæ? Scilicet hæreticis ne quidem fides data ſervanda eſt, quæ vel ſub illa tacita conditione videatur data, niſi Princeps vel alius poſtea factus ſit hæreticus. Hiccine ſaltem nævus in pulchro corpore, ſi pulchrum dicendum eſt?

De ſchiſmat. & ordinat. &c.

Tit. VIII.

Cap. 1. & 2.

Schiſmaticorum ordinationes aut alienationes irritæ ſunt *d. c.* 1. Sed quinam Schiſmatici? Sane eccleſia Romana multos pronuntiat ſchiſmaticos, quos in Sacris damnatos non reperio. Vere ſchiſmatici etiam in noſtris Eccleſiis à ſacra cœna coërcentur. Unde & hoc ſequitur, quod ordinatus à ſchiſmaticis repellendus ſit ab officio, ut in *c.* 2. Sed facile tamen poteſt fieri ejus diſpenſatio, hoc eſt, adprobatio ſeu nova ordinatio. *arg. d. c.* 2.

De apoſtat. & reiter. bapt.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeqq.

Quid juris habeat in reos apoſtaſiæ, de quo *d. c.* 1. vel Eccleſia vel judex ſecularis, ſignificavi *ſæp. ad decret. Grat.* Ratio, cur in *c.* 2. baptiſma non poſſit reiterari, de quo caſu in *c.* 2. data etiam ſæpius eſt ad *d. decret. Grat. & ad tit.* 6. *Lib.* 1. *Cod.* Acolythum quoque, vel alium miniſtrum perſtringi & puniri poſſe, qui ſciens rebaptizationi inſervivit, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* Infamatus de apoſtaſia tenetur ſe purgare. *arg. c.* 3. Illam coactionem, de qua *c.* 4. minime ſalutiferam videri, cum nemo ad fidem cogi debeat, notavi *ſup. ſæp.* Quin tamen juxta *c.* 5. apoſtata quandoque poſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

in carcerem conjici, puta ſi ſimul blaſphemicus ſit, nullus ambigo. Sed quid hæc ad papam vel eccleſiam? De habitu reaſſumendo, nec incarcerationem, nec coactionem probo. Quę ratio, cur ſolus papa in caſu *c. 6.* diſpenſare poſſit? Quando noſtræ Synodi vel Claſſes diſpenſare poſſint, ſignificavi ad *c. 2. tit. præced.*

De his qui filios occiderunt.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Etiamſi in *d. c. 1.* ponatur caſus, ubi mater abſque animo occidendi filium occidit, *arg. c. ult.* tamen papa vel eccleſia non poteſt judici jus ſuum auferre. Sed Deus non vult mortem peccatoris. *Gloſſ. ad d. c. 1.* Quæ quæſo ratio? Quin ipſum *c. 1. tit. 12.* adverſari videtur, ut *ibi lat.* Et quo jure quæſo in *c. 2.* pontifex reſtituit homicidam marito, & cur non potius judici, ut ille matrem puniat, qui propriam filiam occidit? Vide *not. noſtr. ad l. un. C. h. t. & ad §. 6. Inſt. de publ. judic.* An non Reipub. intereſt, ut delicta puniantur. *l. ita vulnerat. 51. D. ad l. Aquil.*? Si ignoretur, an pater vel mater in lecto infantem oppreſſerit, de quo caſu *c. 3.* nullus video, quomodo aliqua certa pœna vel pœnitentia injungi poſſit.

De infantib. & languid. expoſit.

Tit. XI.

Cap. 1.

Si non licet pontifici ſe immiſcere ſecularibus, quo jure ergo in *a. c. un.* diſponit de patria poteſtate, quam pater amittit, ſi filium infantem vel languidum expoſuerit? Sane ſi patria poteſtas ſumatur pro reverentia, illam filius ſemper debet. Recte tamen ei, qui alimenta præſtitit, denegatur jus aliquod poteſtatis aut ſimile, cum non quodlibet paternum officium conſtituat patrem aut matrem. Plura ad *d. l. un.* pertinentia videre licet in *noſtr. ad h. t. C. & ad l. 4. D. de agnoſc. & alend. liber.* An & quatenus ratihabitio in delictis, de qua etiam *d. l. 1.* æquiparetur mandato, dixi *ſup. ſæp.*

De homicid. volunt. & caſ.

Tit. XII.

Cap 1. & ſeqq.

Ille, qui deliberato animo aliquem occidit, ab altari evelli debet & judici ſeculari tradi. *d. c.* Sed quomodo hoc convenit cum aſylis, aut cum *d. c. 1. tit. 10.*? Hinc ſumma *d. c.* eſt de homicida incorrigibili ad *Exod. 21.* Pœnitentiam ad certum tempus, de qua *c. 2.* apud Reformatos receptam non eſſe, notavi ad *decret. Grat. ſæp.* Sed eum tamen, qui furem aut latronem occidit ſine neceſſitate, puniendum eſſe, dixi ad *l. 4. D. de l. Aquil. & ad l. 9. D. ad l. Cornel. de ſicar.* ex quibus apparet, nequaquam verum eſſe, quod ſcriptum eſt in *fin. c. 3.* ſcilicet nocturnum furem quoquo modo impune occidere licitum eſſe. Herodes commiſit homicidium cum Apoſtolum Joannem juſſerit capite plecti ſine cauſa. *c. 4.* Si quis attendat ad proprietatem vocabuli vel definitionem hominis, facile animadvertet, pontificem in *c. 5.* plane improprie vocare homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

homicidam, qui mulieri aliquid dedit, ne poſſit concipere. Pœnam tamen arbitrariam indicavi ad *l.* 8. *D. ad l. Cornel. de ſicar.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Judex in pœna vel pœnitentia imponenda debet attendere ad circumſtantias. *pr. d. c.* 6. Qua pœna hodie puniantur illi, qui tantum animo feriendi aut occidendi venerunt, de quib. in §. 1. dixi ab *l.* 1. *& l.* 14. *D. ad l. Cornel. de ſicar.* Sed quo jure mitius in §. 2. puniuntur illi, qui opem promiſerunt, & non prohibuerunt homicidium, quod prohibere potuerunt? Sane ratio in *d.* §. adjecta ſaltem pœnam capitalem inferre videtur. Recte tamen in caſu §. 3. mitiori pœna aut pœnitentia afficitur, qui ſimpliciter incitavit. Idem dicendum de illis, qui ſarcinas occidentium ſcientes cuſtodierunt. §. 4. junct *noſtr. ad* §. 3. *l.* 1. *D. ad l. Cornel. de ſicar.* Sane ille, qui tantum bona occiſi occupavit, non eſt homicida, ſed tantum reſtituere tenetur, quod alienum eſt. §. 5. ſed quomodo in §. 6. communicatur interfectoribus, qui ultimo ſupplicio affici ſolent? Illos clericos vel alios, qui in §. *ult.* armati interfuerunt facinori, aut ei conſilium dederunt, recte ab omni officio removeri, *probat. ſup. ſæp.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Rubrum *d. c.* 7. latius nigro, vel ſumma ejus non eſt adæquata menti pontificis in *d. c.* 7. Ubi tantum præceptor removetur ab officio, qui intuitu diſciplinæ puerum occidit, ſed inde non ſequitur, quod caſuale homicidium alicui imputari poſſit, vel quod hoc caſu homicidium commiſiſſe videatur, qui cauſam ejus dedit, niſi quoad action. *l. Aquil.* de qua *nos lat. ad l.* 6. *&* 8. *D. ad l. Aquil.* non vero quoad accuſat. ex l. Cornel. de qua *nos lat. ad l. Cornel. de ſicar.* Pœnitentiam tamen etiam debet, quia peccavit, & ſic intellige *c. ſeq.* 8. ubi etiam de caſu, de quo *nos ad l.* 10. *D. ad l. Aquil.* Sane qui caſu fortuito occidit, ordinem ſuum retinet. *c.* 9. Vix ſimplex culpa fuit in caſu *c.* 10. & ideo gravior pœnitentia (quæ ibidem arbitraria eſt) omnino infligenda eſt, ſed in genere, ut *notat. ſup. ſæp.* Qui dat cauſam homicidio, irregularis ſit, ut loquitur *c.* 11. vel non debet promoveri ad ſacerdotium, ut in ſpecie loquitur. *d. c.* 11. Sane qui dedit cauſam mortis animo occdendi, etiam tenetur ex l. Cornel. de ſicar. *l.* 15. *D. ad l. Cornel. de ſicar.* Senſum & uſum *c.* 12. indicavi ad *d. c.* 7. *& ſeq.* Sed forſan in *d. c.* 12. vulnerator videtur abſolvendus ſaltem à pœna homicidii, cum vulneratus convaluerit & exierit, quo caſu jure Divino homicida abſolvitur, ipſe vulneratus jam curatus ſuæ mortis auctor intelligitur. *Exod.* 21. Sane ſi fuit vulnerator in culpa (ut in *d. c.* videtur fuiſſe) nullus video, quo jure poſſit continuare in fungendo officio Divino, quod vix caſualis homicida adminiſtrare poteſt, ut *alib. lat.*

Ad c. 13. & ſeqq.

Qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa, ei non imputatur homicidium caſuale. *d. c.* 13. *& aliq. ſeqq.* Sed quia vix datur talis caſus fortuitus, quin ſubſit aliqua culpa ſaltem quoad damnum datum reparandum, ut *lat. ad l.* 3. *D. ſi quadrup.* vix homicida debet fungi officio Divino, quod extra offendiculum celebrandum eſt. *arg. c.* 14. *&* 17. Sane capellanus in *d. c.* 13. videtur in culpa fuiſſe, quod equitare voluerit, cum equitare non poſſet. Nota, inquit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Gloſſ. ad c. 14. ſcandalum reddit hominem irregularem ſeu minus idoneum ad Divina officia celebranda. Atque hoc temperamento accipe *c.* 15. *&* 16. quæ etiam de homicidio caſuali, de quo *ſup. ſæp.* Nullo modo homicida dicendus eſt, qui cauſam non dedit, ſed prohibuit. *c.* 17. Sed tamen officio Eccleſiaſtico fungi non debet, ſi ob delictum aliqua infamia aſperſus eſt. *d. c.* 17. Mirum non eſt, quod in *c.* 18. irregularis cenſeatur, qui alium lethaliter percuſſerat, cum videatur ultimo ſupplicio puniendus, ut *dict. ad l.ult.D.ad l.Cornel.de ſicar.* Reliqua *d. c.* 18. excuſſa ſunt in *præced. & in not. noſtr. ad l.* 11. §. 3. D.*ad l. Aquil.* Ratio, cur in *pr. c.* 19. religioſus vel ſacerdos, ſaltem de rigore juris, ut pontifex in *fin. d. c.* debeat removeri ab officio, data eſt ad *d. c.* 13. *& ſeqq. h.t.* Qui non eſt in culpa, non eſt ab ordine removendus. §. 1. *d. c.* 19. An & quatenus homicidii reus videatur, qui dedit cauſam abortionis, de quo caſu agit *c.* 20. dixi plurib. ad *l.* 8. *D. ad l. Cornel. de ſicar. & ad l.*38.§.5.*D. de pœn.* Sane in caſu *d. c.* 20. vix cauſa abortui data videtur, ſed recte tamen presbyter removetur ab officio, cum inhoneſtam habuiſſet conſuetudinem, quæ tamen in *d. c.* minime pro cauſa decidendi allegatur.

Ad c. 21. & ſeqq.

Nequaquam Sacerdoti imputandum eſt, quod judex laicum ſeu ſubditum ſuum gravius puniverit, quam forſan erat puniendus, modo presbyter juſto modo juſtitiam petierit, *arg. d. c.* 21. Ratio, cur in *c.* 22. homicida caſualis, licet veniam petierit, non poſſit coërceri ab ordine ſacro, haud obſcura eſt in *d. c.* Sed accipienda cum temperamento, quod adjectum eſt *d. c.* 13. *& ſeqq.* Sane homicidium plane caſuale, ut in *c.* 23. *&* 25. non removet ab officio vel Eccleſiaſtico vel civili, ut *ſup. notat. ſæp.* Si tamen conſcientia remordeat, præſtat abſtinere, quam temere celebrare. *c.* 24. Excuſſio *c.* 25. facta videri poteſt ad *d. c.* 23. niſi hæc ſumma adhuc videatur adjicienda: qui non potuit prævidere caſum, ille etiam ex caſu non tenetur. Plura circa abortum & vulnus lethale videnda ſunt apud Theologos & Medicos, quorum forum aut conſilium ipſa materiæ natura expoſtulat.

De torneamentis.

Tit. XIII.

Cap. 1. & 2.

Iſta torneamenta, ſeu illas nundinas, de quib. *d. c.* 1. *& ſeq.* agunt, in Belgio raro aut nunquam fieri, certum eſt. Juvat tamen quaſdam ſummas ex *dd. cap.* colligere, quarum prima hæc eſto: recte quid prohibetur, ex quo malum ſequi poteſt. *arg. d. c.* 1. nec temere alicui pœnitentia deneganda eſt. *d. c.*1. Voluntas & proroſitum diſtinguunt maleficia. *c.* 2. de quo *lat. ad l.* 53. *pr. D. de furt.* nec ſepultura deneganda eſt ei, qui caſu deliquit. *d. c.* 2. Reliqua de Eccleſiaſtica ſeu ſuperſtitioſa ſepultura apud Reformatos improbantur.

De cleric. pugn. in duel.

Tit. XIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. clericus vel ſacerdos deponendus ſit, qui vel duellum obtulit vel ſuſcepit, data eſt *ſup. ſæp.* nec video, quomodo epiſcopus vel Senatus Eccleſiaſticus depoſitionem remit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

remittere queat. 1. *Tim.* 3. Sed quæ ratio, cur in *c.* 2. miſericorditer poſſit diſpenſari circa beneficium cum eo, qui vere homicida dicitur? Cur hunc etiam pontifex non avellit à ſuo altari, & tradidit judici ſeculari, ut in *c.* 1. *d. tit.* 12.? Sed hic homicida forſan fuit corrigibilis. Scilicet hæc diſtinctio forſan tollit contradictionem, ſed tamen non tollit injuſtitiam pontificis, qui pœnam homicidii remittit, quæ in ratione morali conſiſtit, ut *alib. lat.*

De ſagittariis.

Tit. XV.

Cap. 1.

Ratio, cur in *d. c. nn.* contra Chriſtianos non liceat uti arte baliſtariorum aut ſagittariorum, hæc videtur; quia Chriſtianus contra Chriſtianum ingenuis armis pugnare debet. Alii vero *d. c.* accipiunt de bello injuſto, quaſi in bello juſto etiam contra Catholicos mortifera & odibili arte uti liceat, ut videre eſt apud *Gloſſ. ad d. c.*

De adulter. & ſtupr.

Tit. XVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Stuprator tenetur virginem ſtupratam dotare & ducere in uxorem. *d. c.* 1. quod exſcriptum eſt ex *cap.* 22. *Exod.* quodque morale videri, dixi in *not. ad* §. 4. *Inſt. de publ. judic. & alib.* Sed quid, ſi ducere nolit? Dixit pontifex in *c.* 2. ſe aliquatenus legis duritiem molliiſſe, licet ſtupratorem corporaliter caſtigandum & excommunicandum cenſeat, poſteaque detrudendum in monaſterium, de quo nulla ſit egrediendi poteſtas ſine ſpeciali præcepto pontificis. Latiorem uſum videre licet in *noſtr. ad d.* §. 4. Ratio, cur in *c.* 3. maritus peccati particeps fiat, ſi ſciens fornicantem uxorem retineat, data eſt ad *cauſ.* 32. *q.* 1. *c. ſi quis uxor.* Sed quæ ratio, cur in *d. c.* maritus teneatur pœnitentem accipere, quam ſemel legitime dimiſit? Septies quidem & ſeptuag. ſept. condonandum eſt, ſed quid hoc ad recipiendum, à qua novum periculum aut ſcandalum? Si *c.* 4. accipiatur de violenta aut probabiliore ſuſpicione, tunc recipi poteſt, cum alioquin maritus abſque pœna non poſſit temere propriam uxorem accuſare vel deferre de adulterio, ut *alib. lat.* Idem cenſeo de ſacerdote, de quo *c.* 5. ne miniſterium Dei vituperetur, aut infirmorum corda facile percutiantur. Unius confeſſio alteri non præjudicat, licet nonnihil ſugillet famam ad purgationem, quæ vel ſolo juramento expediri poteſt, ut *alib. lat.*

Ad c. 6. & 7.

Ratio, cur in caſu *d. c.* 6. conjux conjugi non poſſit objicere adulterium, intermixta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad l.* 29. *D. ſolut. matrim.* An alias maritus invitus teneatur uxorem recipere, quæ pœnitentiam egit, dixi ad *d. c.* 3. *h. t.* An ergo nec matrimonium poteſt ſeparari quo ad thorum ſeu debitum conjugale, quando ambo conjuges fuerut adulterati? Idem dicendum propter identitatem rationis. *c.* 7. ubi & eadem ratio allegata eſt.

De raptorib. & incend. & viol. &c.

Tit. XVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Raptor ratione rapinæ ſortitur forum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

rum. *d.* *c.* 1. de quo *lat. ad tit. C. ubi de criminib.* Cæterum temerarias pontificum excommunicationes Noſtri non admittunt. Raptor, ſi reſtituat, quod rapuit, ad pœnitentiam & ſepulturam admittitur. *c.* 2. Reliqua ſuperſtitioſa ſunt. Quomodo judex ſecularis raptores punire ſoleat, dixi ad *tit. Inſt. & Dig. vi bon. rapt.* Et quia unus idemque ob idem delictum non videatur bis puniendus, vix Eccleſiæ excommunicatio concedenda videtur. Hinc cenſura ſtringenda eſt in *c.* 3. ubi excommunicatio infligitur ſine ulla præcedenti admonitione, quæ omnino ad pœnitentiam præcedere debet, antequam jus excommunicationis Eccleſiæ natum videri poteſt. *Matth.* 18. **Formul. van d'affnyd.** Fiat ergo ſuſpenſio, ſed non tam illico excommunicatio, ad quam lento gradu procedendum eſt. Prælati Eccleſiæ judicare poſſunt de raptu, aliiſque criminibus, modo Princeps ipſis mandaverit, & non agatur de pœna ſanguinis. *c.* 4. Sed quid mandatum Regis, contra mandatum Apoſtoli, qui expreſſe vetuit, ne verbi Divini Miniſtri ſe immiſcerent negotiis civilibus. 2. *Tim.* 2. De quibus ergo cauſis Eccleſia vel Eccleſiaſticus Senatus, aut Claſſis aut Synodus judicare poteſt? Dixi ad *decret. Grat. ſæp. & alib.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Quum bona defuncti cenſeantur tacite oppignorata pro reparatione damni, quod defunctus dedit, mirum non eſt, cur in *d. c.* 5. heredes incendiarii teneantur ex bonis defuncti ad ſatisfaciendum, de quo *nos lat. ad* §. 1. *Inſt. de perpet. & temp. act. & alib.* Reliqua de ſepultura Eccleſiaſtica inutilia ſunt, ut *ſup. notat. aliquot.* Iuſtius quoque in *c.* 6. & 7. matrimonium permitti inter raptorem & raptam, quàm in *l. un. C. de rapt.* prohiberi, præſertim ſi raptor volentem aut adprobantem rapuerit, & cum ea jam rem habuerit. *d. c.* 6. pluribus rationib. probavi ad *d. l. un. & ad* §. 8. *Inſt. de publ. judic.* Fateor tamen in *d. c.* 6. conjunctionem illam inter rapt. & rapt. minus recte dici matrimonium, atque adeo male ei teſtimonium Apoſtoli adplicari, niſi ex honeſtate, quæ ſola cum evitatione ſcandali ſuperius matrimonium tolerandum ſuadet. Sane ſi cauſa decidendi in eo ponatur, quod conſenſus parentum in nuptiis liberor. non ſit neceſſarius, ſaltem ad requirendum, omnino *d. c.* pugnabit cum Sacris Literis & ſana ratione, de quib. *alib. lat.*

De furtis.

Tit. XVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Qui hominem furatus eſt & vendidit, morte moriatur. *d. c.* 1. quod pontifex exſcripſit ex *cap.* 21. *Exod.* aut *Deut.* 24. Hæc, inquam, quæſtio Theologica videri poteſt, atque adeo Theologorum conſilium ad eam decidendam implorari poteſt, ut *alib. lat.* Sed an hoc jus Divinum morale ſit, pluribus excuſſi ad *tit.* D. *de l. Fab. de plag.* Sane ſi pro mortuis orare liceat, etiam pro furibus, qui in ipſo furto occiſi ſunt, orare licebit, cum pro ſolo peccato in Spiritum Sanctum orare non liceat, ut *lat. ad cauſ.* 23. *q.* 5. *cap. plac.* Noſtras quoque Eccleſias furibus aut latronibus confitentibus aut pœnitentibus non exhibere euchariſtiam aut communicationem, notavi *ſup. ſæp.* Quoniam in ſumma neceſſitate omnia videantur facta communia, jure videtur pontifex in *c.* 3. furem, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

qui ob famem ſedandam furatus eſt, mitiori pœna afficere, ut *nos lat. ad tit. de furt.* Certam tamen & determinatam pœnitentiam non agnoſcit Euangelium, ergo nec Nos agnoſcimus. Qui quærenti non indicat furtum, ille, ſi conſciuseſt, reus peccati eſt. *c.*4. Male pontificem in *c. ult.* promovere eum ad ordines Eccleſiaſticos, qui furtum commiſerat, licet reſtituerit ablatum, & licet non ſit nota ejus infamia, notavi ad *tit. de homicid. ſæp. & alib.*

De uſuris.

Tit. XIX.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. clericus vel alius Eccleſiaſticus non poſſit ullum genus uſurarum exercere? Vel quæ ratio, cur in *d.c.* debeat pignus reddere, poſtquam ex fructibus ſortem recepit? An ergo clericus tenetur gratis dare pecuniam mutuo? Vide *ration. noſtr. contrar. ad h. t D. & C. & ad l.* 11. §. 1. *D. de pign. & hypoth.* Nota, inquit *Gloſſ. ad c.* 2. quod uſuræ reprobentur in laicis, ſicut in clericis. Ergo fruſtra amplius quæritur, an jure Can. uſuræ ſint prohibitæ. Sed quia pontifex in *c.* 3. & 4. ſeſe referat ad Teſtamentum Vetus & Novum, videtur forſan illas duntaxat uſuras improbare, quæ exiguntur à pauperibus, de quibus utraque pagina loquitur, ut pluribus probavi ad *h. t.* D. Nulla eſt ergo conſequentia, quæ eſt in *d. c.*4. quamvis forſan minus pie uſuræ exigantur pro redemptione captivi. Sed nec juxta *c.* 5. uſuræ reſtituendę ſunt, cum legitime receptę ſint. Si propter dubium vel incertum rei pretium valeat conventio in caſu *c.* 6. cur non etiam valet pactum antichreſeos, ubi fructus percipiuntur loco uſurarum, earumque legitimum modum excedere poſſunt propter incertum fructuum pretium, & propter incertum eorum eventum, ut *lat. ad d. l.* 11. §. 1. D. *de pign. & hypoth.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Recte quidem in *d. c.* 7. parochis aut clericis interdicitur uſuras recipere & negotium uſurarium exercere, cum hoc ipſe Paulus Epiſcopis & Sacerdotibus interdixiſſe videatur. 2. *Tim.* 2. *v.* 4. ſed perperam ex illa cauſa interdicitur, quaſi uſuræ per ſe plane eſſent illicitæ, ut jam *probat. aliquot.* Et quæ ratio exceptionis in *fin. c.* 8. ubi fructus non imputantur in ſortem? Reſpondit *Gloſſ.* eſt favor Eccleſiæ. Scilicet Eccleſiæ favere licet contra Paginam utriuſque Teſtamenti. Eadem cenſura excipiendum eſt *c.* 9. niſi accipiatur de uſurariis aut fœneratoribus mordacibus ſive injuſtis, qui vel à pauperibus exegerunt, vel contra juſtum modum exegerunt, licet *d. c.* & *alia capit. præced. & ſequentia* vix cum hac honeſta limitatione excuſare liceat. Objiciuntur in *c.* 10. duo loca ex ſacris Literis deprompta, quorum unum eſt ex novo Teſtam. *Luc.* 6. Alterum ex veteri. *Ezech.* 8. ſed neutrum ad rem facit, niſi accipiatur de pauperibus, de quibus manifeſte loquitur. Date pecuniam mutuo, inquit Chriſtus, nihil inde ſperantes, hoc eſt, ſi debitor (ut ego explico) forſan incidat in paupertatem, ut reddere non poſſit, nec uſuras, nec ſortem repetere licet. Et in hoc ſenſu Propheta prohibet omnem acceſſionem ſen ſuperabundantiam, quam quis ex ſorte ſtipulatus eſt. Sed quid ego hic Theologum ago? Res mixti fori eſt. Summa igitur ex *c.* 11. hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

eſto: appellatio manifeſte iniqua vel ad iniquitatem vergens non eſt admittenda.

Ad c. 12. & ſeqq.

Si per ſe uſuræ non ſint illicitæ, nullus video, quo jure in *d. c.* 12. Judæi eas teneantur reſtituere, licet legitimum modum non exceſſerint. Solent quidem judæi emungere Chriſtianos *c.* 18. quaſi hoc licitum, cum in veteri Teſtam. lex Dei permiſerit judęis, ut extraneis pecuniam mutuo ſub uſuris dare poſſent. Sed puniantur mali, non vero boni cum malis, ne juſte conquerantur. Summa tamen ex *c.* 13. hæc eſto: juramentum circa rem inhoneſtam relaxandum eſt. Qui ſimili laborat morbo, contra alium non eſt audiendus. *c.* 14. cujus ratio in *pr. d. c.* præmiſſa eſt, de qua *nos lat. ad l.* 37. D. *de minorib.* 25. *in integr. reſtit.* Judex ex officio poteſt inquirere in criminoſos, licet accuſator non exiſtat. *arg. c.* 15. de quo *nos lat. ad l.* 3. *&* 13. D. *de offic. præſid.* Ratio, cur in caſu *c.* 16. fructus non imputentur in ſortem, ſubjecta eſt *ibid.* Sed potior hæc eſt; quia ſocer fuit in mora, & ideo uſuræ cum fructibus compenſatur, ut *notat. ſup. aliquot.*

Ad c. 17. & ſeqq.

Fruſtra quis auxilium legis invocat, qui ipſe in legem committit. *arg. d. c.* 17. de quo lat. ad *d. c.* 14. *h. t.* Si *c.* 18. accipiatur de uſuris illicitis (ut videtur accipiendum, cum loquatur de gravibus & immoderatis) non male judæi compelluntur ad reſtituendum. Sed quomodo hoc convenit cum *capit. præced.*? niſi dicamus, judæos teneri ad uſuras reſtituendas, maxime ſi graves & immoderatas exegerint. Verum quidem eſt, quod reſcriptum eſt in *c. fin.* ſcilicet uſurarium eſſe, qui ultra ſortem aliquid accepit, licet res fuerit periculo creditoris, ut lat. dixi ad *tit. de fœn. naut.* Sed quæ ratio, cur nec clericus, nec laicus legitimus uſurarius eſſe poſſit? Scio quidem ex præcepto Apoſtoli, quod epiſcopi ſeu ſacerdotes non debeant turpia lucra quærere, ſed quid hoc ad uſuras compenſatorias, quæ ipſo jure debentur. *l.* 4. *& l.* 21. D. *de compenſat.*? Plures rationes indicavi ad *h. t.* D. *&* C. *& alib.* Plures etiam animadverſiones in *h. t.* videſis apud *Mareſ. in ſchol. & animadverſ. ad Ant. Cucch. lib.* 4. *Inſt. tit.* 7.

De crimine falſi.

Tit. XX.

Cap. 1. & ſeqq.

Falſus teſtis tres offendit, Deum, judicem & partem litigantem. *d. c.* 1. ſed pœnitentia ſeptennis, de qua ad *cauſ.* 6. *q. cap. quicunq.* apud Reformatos recepta non eſt. Quomodo puniantur à judice vel parte læſa, dixi ad *tit. de l. Cornel. de falſ.* Falſa ſententia ex falſis literis pronuntiata non eſt executioni mandanda. *c.* 2. de quo *nos lat. ad l.* 75. D. *de judic. & ad l.* 33. D. *de rejud.* Vel falſa reſcripta non obligant, de quib. *lat. ad l. ult.* C. *ſi cont. jus vel utilit. & l.* 7. C. *de precib. Imp. offer.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 3. clericus, licet ſigillum Regis falſaverit, non poſſit puniri pœna mortis? Reſpondit *Gloſſ.* quia Eccleſia eam non imponit. Sed ſi ex ſacris Paginis vel ex ſacra ratione infligenda ſit, cur Eccleſia hic mitior ipſo Deo? An autem in caſu propoſito ultimum ſupplicium infligi poſſit, dixi plurib. ad *h. t.* D. *&* C. Sane de charactere inurendo non obhorreo, quum ipſe Paulus talem epiſcopum notandum cenſeat? 2. *Theſſ. cap.* 3. *v.* 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

*v.*4. ubi Alii excommunicationem de notant, quæ illis imponitur, qui Epiſtolæ Apoſtoli non obtemperant, ſed quo jure in *pr. c.* 4. pontifex ſuæ epiſtolæ tantam anctoritatem tribuit? Si falſę literę deſtruendæ ſunt. §. 1. *d. c.* ergo & pontificiæ, quæ cum Apoſtolicis comparantur. Quæ hæc intolerabilis pontificum ſuperbia?

Ad c. 5. & ſeqq.

Ex novem cauſis bullæ vel literæ papæ falſatæ dicuntur *d. c.* 5. ſed nos omnes bullas ſeu epiſtolas pontificis falſas & impias demonſtravimus, quatenus ab antichriſto profectæ videntur. Quæ ratio, cur pontifex in *c.* 6. epiſcopos non ſoleat appellare filios, cum ſoleat Apoſtolus facere? Scilicet pontifex non poteſt generare filios in fide. 1. *Timoth.* 1. Quali pœna videatur afficiendus ſacerdos, de quo *c.* 7. qui literas Synodi aut Claſſis falſas efficit, ſignificavi ad §. 7. *Inſt. de pub. judic. & ad h. t. D. & C.* Et quæ ratio, cur in *d. c.* tam temere indicatur excommunicatio, & poſt degradationem clericus ſtatim tradatur curiæ ſeculari? Ita, inquam, pugnat pontifex cum Apoſtolo, qui ipſum hæreticum non vult rejiciendum, niſi poſt unam atque alteram admonitionem. 3. *ad Tit. v.* 10. Hymeneus & Alexander illiſque ſimiles traduntur Satanæ. 1. *Tim.* 1. *v.* 20. Qui abjurat malum, quamprimum ſcit, non videtur culpæ reus. *arg. c.* 8. Reſcripta Superiorum non temere falſitatis inſimulanda ſunt. *c. ult.*

De ſortilegiis.

Tit. XXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. non liceat uti ſortilegio, vel ſorte inquirere in furta, hæc videtur, quia qui hoc facit, videtur potius diabolo quam vero Deo fidere. Per me licet, ut ei etiam Eccleſia pœnitentiam injungat ad animam ſalvandam, ſed 40. dies Euangelium non agnoſcit. Per me quoque licet, ut in caſu *c.* 2. clericus vel ſacerdos non tantum ſuſpendatur, ſed etiam à novo officio removeatur, ut etiam apud Reformatos à ſacra ſynaxi ſeu cœna Domini coërceri ſolet, qui talibus divinationibus fidem tribuit, niſi doceat ſimplicitatem, quæ vix in presbytero toleranda videtur. Electio per ſortem fieri non debet, ne quidem in compromiſſariis. *c.* 3. Cæterum in caſu ubi eligentes diſſentiunt ſeu vota eorum paria ſunt, haud dubie res ſorti committi poteſt. Tunc ſors conjicitur in gremium, ſed Deus diſponit. *Proverb.* 16. *Act.* 1. De aliis ſortilegiis, vulgo **lotterpen**/ dixi ad *ad tit. de aleat.*

De colluſione deteg.

Tit. XXII.

Cap. 1. & ſeqq.

Rato, cur in *d. c.* 1. colludente accuſatore etiam fiſco, judex ex officio poſſit inquirere in crimen accuſatum, data eſt *ſæp. ad tit. D. de prævaricat. & ad SC. Turpyll. & ad l.* 3. *&* 13. *D. de offic. præſid.* Sed quid, ſi accuſatus cum accuſatione in gratiam redierit in *c.* 2.? Idem dicendum propter identitatem rationis, quæ tamen hodie raro locum habet in privato, qui quidem crimen deferre, ſed vix accuſare poteſt, ut *lat. ad tit. de accuſat.* Colludens in cauſa beneficii videtur privandus beneficio. *arg. c.* 3. Qui corrumpit aut colludit puniendus

 eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

eſt, & ex integro accuſari poteſt, *c.* 4. Sed quid hæc ad pontificem?

De delict. pueror.

Tit. XXIII.

Cap. 1. & 2.

Ratio, cur in *d. c.* 1. pueri mitius videantur puniendi, quam adulti, hæc eſt; quia non tam deliberato animo delinquunt, quam adoleſcentes, ut *lat. ad l.* 37. *de min.* 25. *ann. in integr.* Male tamen credit pontifex, quod pueri grandiuſculi non poſſint peccare in membris genitalibus, cum non omnes Bellarmino ſimiles ſint. Sed nec plane innoxius videri debet, qui in *c.* 2. circa ann. 14. aliquem ſagitta occidit, ut *lat. ad* §. 1. *Inſt. quib. mod. tut. fin. & alib.* Idem ſentit *Gloſſ.* dum ait, ætas excuſat à tanto, ſed non à toto; ſed hoc notatum vix convenit cum ipſo *cap.* ut nec ſummatum de patre, de quo nulla mentio in *d. c.* licet revera non teneatur ex delicto filii, ut *alib. lat.* Caſus fortuitus excuſat quidem à pœna l. Cornel. de ſicar. ſed vix ab act. l. Aquil. ut *lat. ad tit. de l. Aquil.* & *lat. ad l.* 3. D. *ſi quadrup.*

De clerico venatore.

Tit. XXIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeq.* clericis ſeu presbyteris venatio prohibeatur, præſertim ea, quæ perpetuæ voluptatis gratia fieri ſolet, hæc videtur; quia ut *ſupra dict. ſæp. ex* 2. *Tim.* 2. epiſcopus non debet ſe immiſcere negotiis, quæ vel munus ejus impediunt, vel quæ gravitatem ejus lædunt. Quin ergo neceſſitatis cauſa, vel recreationis ergo poſſit interdum intereſſe venationi, nullus dubito. Vide *not. ad diſtinct.* 34. *&* 86. Pœna arbitraria eſt, quæ etiam in ſola correptione fraterna conſiſtere poteſt, ut *alib. lat.*

De clerico percuſſ.

Tit. XXV.

Cap. 1. & ſeqq.

Recte quidem in *d. c.* 1. clericus, vel potius epiſcopus dicitur corripiendus. 1. *Tim.* 3. *v.* 3. ſed depoſitio ejus videtur relinquenda arbitrio Synodi aut Claſſis, ſi à percuſſione non deſiſtat. Fruſtra profecto in *c.* 2. certum tempus præfigitur, cum novum Teſtamentum nuſquam certum conſtituat, præſertim in miſſa, cujus adminiſtratio nobis in totum prohibenda videtur, ut *notat. ad decret. Grat. ſæp.* Sane ſi percuſſio fuit ſpecies defenſionis, ut in *c.* 3. nullus video, quo jure in *d. c.* clerico injungatur biennium. Defenſio juris naturæ eſt, & ideo nec clerico vel epiſcopo deneganda. Si poteſt promoveri ad ſuperiores ordines. *c.* 4. cur removetur ad duos annos? Si tamen magis percuſſio aut vindicta fuerit, quàm moderamen inculpatæ tutelæ, tum aut deportatione aut ſuſpenſione dignus videtur. Vide *not. noſtr. ad l.* 1. *C. unde vi.*

De maledicis.

Tit. XXVI.

Cap. 1. & 2.

Maledicus in papam puniendus eſt, ut alii deterreantur. *d. c.* 1. Sed hoc haud dubie intelligi debet de eo, qui maledicendi animo laboravit. Ergo in me

me non competit *d. c.* quia errantem in viam reducere volui, quem certo certius errare ſcio. Quomodo puniendus videatur, qui maledixit Principi, dixi ad *l. 7. §. 3. D. ad l. Jul. Majeſt.* Illam blaſphemiæ pœnam, de qua *d. c. 2.* in noſtris Eccleſiis ridiculam videri, notavi ad *decret. Grat. aliquot.* Et quo jure, quave poteſtate poteſt pontifex Poteſtatibus ſecularibus certam blaſphemiæ pœnam præſcribere, quum nec in Veteri nec in Novo Teſtamemto talis pœna reperiatur. Rectius & illam pœnam arbitrariam dici, quum quidam graviorem, quidam leviorem blaſphemiam committant, notavi *ſup. ſæp.* Adde *not. Papp. ad art. 1. Corp. jur. milit.*

De clerico excomm. depoſ. &c.

Tit. XXVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Epiſcopus vel presbyter ob delicta depoſitus, ſi tamen miniſtret, excommunicandus eſt. *d. c. 1.* ſed quænam debeant præcedere, ſignificavi *ſup. ſæp.* Saltem una admonitio probatur ex ipſo *c. 2. & ſeq.* ubi tamen pœnam exilii male injungit pontifex vel eccleſia, cum ejus officium non ſit judici injungere vel præſcribere pœnam ſecularem, ut *ſup. lat.* Sed nec video, quomodo in *c. 3. & ſeqq.* excommunicatus dicatur deponendus ulterius aut gravius, niſi per excommunicationem intelligamus ſuſpenſionem, quod tamem vix admitti poteſt. An & quando ob multitudinem peccantium, de qua etiam *c. 4.* mitior pœna infligenda ſit, vel minori parti, notavi *ſup. aliquot.* Sane illud vulgat. ob populum multum crimen pertranſit multum, nequaquam placet, de quo *alib. lat.* Qui per ſolam famam excommunicatus eſt, ſi tamen miniſtravit, vix alia graviore pœna dignus videri debet. *arg. c. 5.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Excommunicatus vel anathematis nexibus innodatus, ut loquitur pontifex in *d. c. 6.* celebrans miniſteria divina, ſpoliatur omnibus beneficiis Eccleſiaſticis. *d. c. 6.* Excommunicato non recte fit collatio, & ille, qui contulit, ſuſpenditur. *c. 7.* Sed ſi tempore collationis abſolutus fuerit, tenet collatio. *c. 8.* Ignoranter ſuſpenſus non indiget diſpenſatione, ſi aliquo munere divino functus eſt. *arg. c. 9.* Minori excommunicatione (quam ſuſpenſionem vocant) non incurrit notam irregularitatis, & ideo eligere poteſt, licet ipſe eligi non poſſit. *c. 10.* An tamen jure Divino diſtinguatur inter minorem & majorem excommunicationem, vel inter excommunicationem & latiorem diſpoſitionem, ſignificavi *ſup. ſæp.*

De clerico non ordin. miniſt.

Tit. XXVIII.

Cap 1. & 2.

Non ordinatus, ſi exerceat aliquod officium Divinum, de Eccleſia abjiciendus eſt. *d. c. 1.* Sed qua lege Divina hoc probatur? Hæreticus non niſi poſt unam atque alteram admonitionem aut correptionem ejiciendus eſt. *Paul. ad Tit. 3.* cur gravius quid in eo, qui levius peccavit? Sane diaconus, de quo *c. 2.* facile apud Reformatos admittitur ad ſacerdotium, ſi modo reformatus & dignus ſit, licet ante celebraverit centum miſſas. Quinimo admittendus & ille, qui baptizavit, cum bapti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

baptizare non poſſet. Peccavit quidem, ſed non in tantum, ut properea à ſacerdotio coërceri poſſet.

De clerico per ſalt. prom.

Tit. XXIX.

Cap. 1.

Iſtos gradus, de quib. *d. c. un.* apud Reformatos non ſervari, cum non reperiantur in Sacris Paginis, nemini mirum videri debet. Et quidni aliquis poſſet fieri presbyter aut ſenior in Eccleſia, qui nunquam fuit diaconus? Et quidni etiam ſacerdos aut epiſcopus? Alioquin gradatim honores deferendos videri, dixi *lat. ad l.* 11. *D. de mun. & honorib.*

De eo, qui furt. ordin. ſuſc.

Tit. XXX.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa *d. c.* 1. *& ſeqq.* hæc eſto: qui ordinem ſuſcepit furtive, id eſt, ſine examinatione & conſcientia epiſcopi, ille non facile ad ſacerdotium promoveri debet. Cæterum interminationem vel pœnam anathematis temere minatur pontifex in *dd. capp.* ut *ſup. probat. ſæp.* Male quoque quid fit favore religionis, quod alias eſſet illicitum. Sane illa religio, quæ in *dd. cap.* denotatur, ut & diſpenſatio, omnino improbanda videtur, cum meram contineat traditionem humanam, qua Deus fruſtra colitur. *Matt.* 15.

De exceſſib. prælat. & ſubdit.

Tit. XXXI.

Cap. 1. & ſeqq.

Presbyteri cæterique ſubditi ab epiſcopis non ſunt adgravandi *d. c.* 1. Quorum conſilio aut judicio, quove ordine quis apud Reformatos excommunicari poſſit, ſignificavi *ſup. ſæp.* Epiſcopi non poſſunt diminuere jura diaconorum. *c.* 2. Sed nec diaconus vel alius ſibi retinere poteſt, quod alii dare tenetur. *c.* 3. Sed quæ ratio, cur in *c.* 4. illi clerici, qui laborant venere ſodomitica, propter quam ira Dei venit. *Geneſ.* 19. tantum deponantur & detrudantur in monaſterium, & non potius tradantur judici ad pœnam mortis infligendam? Si tantum morbus deſignatur, tunc fruſtra allegatur locus ex Sacris, & fruſtra vocantur filii diffidentiæ. Epiſcopis vel aliis ſuperioribus non tenentur parere ſubditi, ſi quid contra privilegia illorum injungitur. *c.* 5. Vicarius contra fidem datam aliquid uſurpans non eſt admittendus ad executionem ſui officii. *arg. c.* 6. Sententia contra privilegium Superioris pronuntiata non tenet. *c.* 7. Decretalis conſtitutio in *c.* 8. adeo antechriſtiana vel juris pontificii propria eſt, ut vix ex ea ſummam colligere liceat, niſi hanc forſan, quod inferior ſine conſenſu ſuperioris nullam unionem inſtituere queat.

Ad c. 9. & ſeqq.

Summa *d. c.* 9. hæc eſto: clericus, qui gloriatur de ſuo crimine, debet ſuſpendi ab officio, ſed cur non ſimul traditur judici, cujus eſt delicta punire? De vitiata pro virgine ducta dixi *itid. ſæp.* Epiſcopus directe vel indirecte conſilium dans homicidio fit irregularis, ſeu removendus ab officio eſt. *c.* 10. Reliqua de purgat. candent. ferri excuſſa ſunt ad *tit. de cleric. vel monach. & inf. ad tit. de purg. vulg.* Collatio beneficii in indignum facta occulte reſcindenda eſt, & conferens pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

poteſtate conferendi privandus eſt, maxime ſi ante caſſationem ſeu reſciſſionem primæ collationis contulerit ſecundo. *arg. c.* 11. An & quatenus clerici vel eccleſiaſtici ludere vel fœnerari poſſint, dixi *ſup. & alib. ſæp.* Quatenus *c.* 12. agit de epiſcopis pontific. abbatib. & prælat. nullum uſum in Belgio confœderato habet, ſed ſi applicetur noſtris Epiſcopis vel Senatui Eccleſiaſtico, illi etiam de cauſis matrimonialibus cognoſcere poſſunt, ſaltem ut conſilium ex SS. Literis ſuppeditent, ut *alib. lat.* Quas pœnitentias vel indulgentias conſtituere poſſint, dixi *itid. ſup. ſæp.* Sacerdos non tenetur revelare peccatum, quod quis ipſi confeſſus eſt. *c.* 13. Atqui unuſquiſque tenetur dicere veritatem, preſertim ſi à judice interrogatus eſt. Ergo nec ſacerdos, nec medicus jurare debet, quod nihil ſit revelaturus, cum tale jusjurandum contra jus Divinum ſit.

Ad c. 14. & ſeqq.

Qui non faciunt unum corpus vel collegium, non poſſunt habere ſigillum commune. *arg. d. c.* 14. Plura de colleg. & corporib. videre licet in *not. noſtr. ad tit. D. de colleg. & corp.* Qui contra proprium juramentum negat dominum ſuum, deponendus vel removendus eſt. *arg. c.* 15. Prælati debent abſtinere avaritia. *c.* 16. Reliqua plane inutilia & inaudita ſunt. Prædicatores & Minores, de quib. *c.* 17. Eccleſia noſtra non agnoſcit, quia Apoſtoli non agnoſcunt, licet hoc ſine lege affirmet pontifex in *d. c.* Qui non ſervat interdictum Principis, ſuſpenditur ab officio. *arg. c.* 18. & ubi major eſt exceſſus, ibi etiam major vindicta eſſe debet. *d. c.* 18. An & quando Eccleſia poſſit implorare auxilium brachii ſecularis, de quo etiam *d. c.* dixi *ſup. ſæp.* Cætera inutilia eſſe, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.*

De novi oper. nunt.

Tit. XXXII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *&* 2. exceſſus in ædificanda Eccleſia puniatur, vel cur capella vel alia domus expenſis conſtruentis deſtruenda ſit, quæ poſt nuntiationem novi operis ędificata eſt, data à nobis eſt in *not. ad l. præt.* 10. §. 3. *D. h. t.* Quo ſenſu in *d. c.* 1. leges dicantur non dedignari canones ſequi, dixi ad *l. ſacr.* 45. *C. de epiſcop. & cleric.* Sed quid hoc eſt, canones adjuvantur conſtitutionibus Principum? Communiter DD. explicant, ergo quoties jus Romanum non ſit correctum ſpeciali capitulo jur. can. toties omnino obligare intelligitur. Alia ſumma ex *c.* 2. hæc eſto: deſtructo principali, intelligitur etiam deſtructum acceſſorium. Plura de ſcandalo, de quo *itid. d. c.* 2. vide in *noſtr. ad decret. Grat.* An & quatenus in *c.* 3. *&* 4. in optione ſit nuntiantis nov. op. an intra tres menſ. de præjudicio ſuo velit oſtendere, an cautione admiſſa de demol. permittere ædificationem, dixi cum uſu ad *l.* 8. §. 4. *D. h. t. & ad l. un. C. eod.*

De privileg. & exceſſib. privil.

Tit. XXXIII.

Cap. 1.

Illam epiſcopalem dignitatem, de qua *d. c.* 1. (cui etiam inepta ratio ſubjecta videtur) Reformatos non agnoſcere, notavi *ſup. ſæp.* Privilegia Eccleſiæ non ſunt turbanda. *c.* 2.

Sep

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Sed quænam iſta ſunt? Sane decimas contra *pr. c.* 3. Eccleſiaſticos recte accipere ex manibus laicorum Principum, notavi *ſup. cent.* Excommunicatos tamen in §. 1. recte excludi ab officiis Divinis, *probat. itid. ſup. ſæp.* A quibus apud Nos presbyteri, de quib. §. 2. inſtituantur, aut creentur, ſignificavi etiam *ſup. ſæp.* Illos templarios & confratres, de quib. §. 3. *&* 4. Eccleſia noſtra non agnoſcit, ſed agnoſcit tamen pœnam eorum, qui in privilegiis fruendis exceſſum commiſerunt, ſed & privilegiis ſuis privandus eſt, qui alienis derogat. *c.* 4. quanquam non ſtatim ei deneganda ſit juſtitia (licet *Gloſſ.* hic ita voluerit) qui alii non ſervavit juſtitiam, ut *nos lat. ad tit. D. quod quiſque jur. in al. ſtat.* Hodie contra *c.* 5. excommunicatos ſepeliri in communibus cœmiteriis, nemo Reformatorum ignorat. Mirum eſt, cur pontifex in *c.* 6. *& c.* 15. patiatur privilegia Eccleſiæ præſcribi 30. vel 40. ann. ut *lat. ad tit. de præſcript.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Privilegia ſunt ſervanda ſecundum ea, quæ in illis continentur. *d. c.* 7. Hinc in *c.* 8. inſpicienda ſunt, cum de illorum tenore dubitatur. Reliqua Eccleſiæ antechriſtianæ propria ſunt. Singularia tamen non ſunt extendenda. *c.* 9. nec privilegia aliorum juſtitiam impedire debent. *c.* 10. Cætera de campan. inutilia ſunt, ut & cætera *c.* 11. excepta hac ſumma, quod privilegium amittere debeat, qui privilegio abutitur, & quod non excuſet in delictis, quæ puniri debent. Privilegium probari poteſt per teſtes, licet inſtrumentum amiſſum ſit. *c.* 12. de quo *nos lat. ad l.* 1. *C. de fid. inſtrum.* Innovatio privilegii non tam novum jus tribuit, quam vetus conſervat. *arg. c.* 13. *&* 29. Duplici privilegio exemptionis gaudens poteſt convolare ad aliud ſeu ſecundum, licet ſuccubuerit in primo *c.* 4. de quo *nos lat. ad* §. 16. *Inſtit. de excuſat. tut.* Reliqua *d. c.* 14. plane juris pontificii propria ſunt. Excuſſio *c.* 15. videri poteſt excuſſa in *noſtr. ad d. c.* 6. *h. t.* Exemptus ratione hujus vel illius loci vel rei, non ſtatim intelligitur exemptus reſpectu rei vel loci alterius. *arg. c.* 16. Hinc in *c.* 17. conceſſa exemptio loco ſuperiori, haud illico cenſetur conceſſa inferiori ei ſubjecto, nec protectio Superioris facit exemptum ab aliis. *c.* 18. Privilegia indulta non intelliguntur in caſu dubio derogare juri alterius. *arg. c.* 19.

Ad c. 20. & ſeqq.

Hujus exceſſus non præbet excedendi licentiam alteri. *d. c.* 20. Reliqua de hoſpital. & templar. inaudita ſunt, ut & cætera in *c.* 21. de monach. & monaſter. excipe tamen illam ſummam, quod privilegia neminem tueantur in delictis, ut & *ſup. ſumm.* In beneficiis explicandis pleniſſima interpretatio adhibenda eſt, & ideo conceſſo privilegio indefinite, intelligitur & tempus præteritum & tempus futurum. *c.* 22. Quod dicit pontifex in *c.* 23. Romanam Eccleſiam Domino diſponente obtinere principatum ſuper omnes alias, hactenus probatum non vidi. Colligamus tamen hanc ſummam, quod minor judex non poſſit judicare, quando major præſens eſt. Summa ex *c.* 24. quod de religioſ. pontific. hæc eſto: qui conceſſa abutitur poteſtate, merito amittit privilegium, ut & *ſup. ſæp.* Quod habitus monachalis aut ſacerdotalis non faciat monachum aut ſacerdotem, certum eſt, & quotidiana experientia proh dolor *probat. ſæp.*

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Ad c. 25. & ſeqq.

Occaſio juris non debet trahi ad diſpendium iniquum. *arg. d. c.* 25. de quo *lat. ad l. ult. C. de uſucap. pro empt.* Cætera *d. c.* 25. inutilia eſſe, notavi *ſup. mill.* Privilegia ne quidem indirecte violare licet, ſed vim & poteſtatem eorum ſervare oportet. *c.* 26. de quo *lat. ad l.* 29. *D. de legib.* Potius obviandum, quam indulgendum eſt malitiis hominum. *c.* 27. de quo *lat. ad l.* 38. *D. de rei vind.* Quæ quæſo ratio ſolida, cur in *c.* 28. Pariſ. & in vicin. Civitat. jus Civile legi non debeat? Sane jus Romanum minus pugnare cum Sacris Paginis, quam pugnat jus Canonic. luce meridiana clarius me probaſſe exiſtimo. Quid operetur innovatio privilegii, de qua *c.* 29. dixi ad *c.* 13. *h. t.* Quod cultum Divinum ſpectat, benignius interpretandum eſt, & ideo ſic interpretandum eſt, ut aliquid conferat. *arg. c.* 30. Privilegium de decim. noval. non ſolvendis non comprehendit decimas ab aliis poſſeſſas. *c.* 31. Sola receptio non tollit jus epiſcopi vel alterius. *arg. c.* 32. Indulgentia de novalib. plus utilitatis quam diſpendii adferre debet, & ideo ager ſemel novalis ſempel novalis. *c. ult.* Hodie Principes vel Ordines raro ſolent in totum remittere decimas, licet quis novos & ſteriles agros ſuſcipiat colendos aut renovandos. **Tiend-vry voor ſeeckere jaeren / Ec.**

De purgat. Canon.

Tit. XXXIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ ratio quæſo, cur in *d. c.* 1. nobilis vel ingenuus non poſſit ſe purgare, niſi per duodecim ingenuos? Reſp. *Gloſſ.* ſi ſcilicet judici ita viſum fuerit. Sed hoc non tollit difficultatem, cum jure Divino regulariter duo vel tres teſtes ſufficiant. Quinimo ſumma *d. c.* dictitat, infamatum fide dignum ſe per juramentum purgare poſſe. Atque ita revera eſt, ut *lat. ad l.* 6. §. 4. *D. de his qui not. infam. & alib.* Quomodo apud Reformatos presbyter, de quo *c.* 2. admonendus ſit, donec ſe purget aut ſuſpendatur, ſignificavi *ſup. ſæp.* Moniales, de quib. *c.* 3. Reformati quoque non agnoſcunt, ſed aliæ mulieres in Eccleſia ſuſpectæ facile ſe juramento coram Senatu Eccleſiaſtico purgant, quando facilis aut levis eſt infamia levi ſuſpicione ſubnixa. Veriſimilis tamen ſuſpicio inducit purgationem. *arg. c.* 4. Sed nulla eſt ratio, cur in *c.* 5. aliquis ſe per tertiam & quartam manum ſui ordinis ſe purgare debeat, ut *notat. ad d. c.* 1. *h. t.* Inique compulſus ad jurandum legitime appellat. *arg. c.* 6.

Ad c. 7. & ſeqq.

Compurgatores ſeu teſtes de purgatione debent eſſe viri honeſtæ famæ & opinionis, qui impediri non debent. *d. c.* 7. Sed quæ ratio, cur in *d. c.* 7. & *c.* 10. deficiens in purgatione puniatur ut convictus? Cur non admittitur ad juramentum innocentiæ *d. c.* 5.? Vel cur accuſator non adſtringitur ad probationem? Sane ex præſumptionibus nemo condemnandus eſt. Vide *not. noſt. ad l.* 23. §. *ult. D. ad l. Aquil. & ad l. ult. C. de probat.* Recte in *c.* 1. rejectam eſſe probationem innocentiæ per aquam frigidam, probavi *ſup. ſæp.* Sed quæ ratio, cur in *d. c.* innocentia non poſſit probari, niſi per ſeptimam vel quintam manum ordinis? Cur hic vicarius Chriſti (ſi diis placet) prudentior ipſo Deo? Atqui omnis probatio in veteri & in novo Teſtamento ſufficiens eſt, quæ fit per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tres vel duos teſtes. *Deut.* 19. *Joan.* 8. Quam fidem mereantur compurgatores, de quib. *c.* 9. rectius relinqui arbitrio judicis, probavi ad *l.* 3. *de teſtib.* Male in *c.* 10. requiri decimam manum ordinis, licet quis majore crimine infamatus ſit, pluribus probavi ad *d. c.* 7. Ratio, cur in *c.* 11. inprimis requirantur compurgatores aut teſtes, qui ſunt vicini & honeſti, data eſt ad *d. l.* 3. *de teſtib.*

Ad c. 12. & ſeqq.

Infamia, quæ non nititur probabilibus conjecturis, non inducit purgationem. *d. c.* 12. quia quilibet præſumitur bonus, donec contrarium probetur, & natura humana pronior ſit ad malum, quàm ad bonum. *d. c.* 12. Bonus zelus eſt, qui fit ſecundum ſcientiam *d. c. eod.* Compurgator ſeu teſtis purgatorius jurat de credulitate. *c.* 13. *& d. c.* 5. vulgo **onder verb.** credit vel non credit. Vide *not. noſtr. ad l.* 9. *C. de teſtib.* Infamatus, quod non ſit legitimus filius, tam diu ab ordine ſacro removendus eſt, donec ſe purget. *c.* 14. de quo *lat. ad decret. Grat. & alib.* Quando crimen notorium eſt, non eſt indicenda purgatio, ſed potius ferenda ſententia. *c.* 15. ſed pendente cauſa coram delegato, non poteſt fieri purgatio coram ordinario. *d. c.* 15. Juramentum purgationis præſtandum eſt ſecundum mentem ejus, qui detulit; aut de criminibus, quibus quis infamatus eſt. *c. ult.*

De purgat. vulgari.

Tit. XXXV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeqq.* purgatio vulgaris, quæ fit vel per duellum, vel ferrum candens, omnino improbanda ſit, hæc dari ſolet; quia per dictam purgationem Deus tentatur, & ſæpe condemnatur, qui potius abſolvendus eſt. Sed adeo propior & vulgarior (ſaltem contra duella) eſt in *l.* 17. *D. de judic. & in l.* 176. *de reg. jur.* ut non poſſim ſatis mirari, cur nonnulli dubitarint de duellis, aut integros de illis ediderint tractatus. Illam purgationem, quæ olim fiebat per candens ferrum, ſpecialem in veteri Teſtamento fuiſſe, notavi *ſup. ſæp.*

De injur. & damno dat.

Tit. XXXVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. ille, qui injuriam vel damnum intulit, teneatur operas reſtituere, ut & impenſas in medicos factas, data eſt à nob. ad §. 1. *Inſt. de obligat. quæ ex quaſ. del. & ad l.* 7. *D. ad l. Aquil.* Ratio, cur in *c.* 2. dominus ciſternæ teneatur pretium jumentorum reddere, vulgaris eſt in *l.* 30. *D. ad l. Aquil.* Sed quæ ratio, cur in *c.* 3. dominus negligens præciſe teneatur bovem reddere pro bove occiſo? Utque lex talionis hic militare non poteſt, cur ergo non ſufficit ipſum damnum reparere, ut in *c.* 4.? Plura de paſtu pecoris, de quo etiam *d. c.* 4. videre licet in *noſtr. ad l. Quint.* 39. *D. ad l. Aquil.* Ratio, cur in *c.* 5. *&* 6. damnum reparare teneatur, qui ignem ſuccenderat, expreſſa eſt in *c. ult. h. t. & in l.* 30. §. 3. *D. ad l. Aquil. & ad l.* 1. *C. eod.* Cætera de pœnitentia per tres ann. in *d. c.* 6. apud Reformatos improbantur, ut *ſup. notat. ſæp.* Apud Nos quoque contra *c.* 7. ſecularem poteſtatem poſſe ſeditioſum Epiſcopum aut Presbyterum

terum bannitæ ſeu pœna banni punire, probatum *ſup. ſæp.* Juramentum de damnis non repetendis non excludit repetitionem expenſarum, cum de illis non ſit cogitatum. *c.* 8. de quo *alib. lat.* Excuſſio *c. fin.* quod cum *tot. tit.* deſumptum eſt ex *c.* 21. *Exod. & tit. D. & C. ad l. Aquil.* facta videri poteſt in *præced.*

De pœnis.

Tit. XXXVII.

Cap. 1. & ſeqq.

Frequens delictum frequenter puniri debet. *d. c.* 1. de quo *nos lat. ad l.* 1. *D. de abig.* Ratio, cur in *c.* 2. pœna compoſitionis (quæ erat 600. ſolidor.) epiſcopo vel parochiæ ſolvenda ſit, & non heredibus interfecti, ſubjecta eſt *ibid.* ſed quæ nobis abſurda videtur; quum dicta pœna nihil aliud ſit, quam pars bonorum, quæ heredibus debetur. Sane dimidiam pœnæ partem male impendi in eleemoſinam ſeu animam presbyteri occiſi, notavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Presbyteri non poſſunt imponere pœnam ex radice avaritiæ. *c.* 3. Ratio, cur in *c.* 4. victus victori condemnetur in expenſ. lit. data eſt ad §. 1. *Inſt. de pœn. tem. legit. & ad l.* 79. *D. de judic. & ad l.* 13. §. 6. *C. eod.* Sacerdotes cauſam bello præbentes deponendi ſunt. *c.* 5. ſicuti deponendi ſunt in *c.* 6. ſi ſcelus aliquod magnum commiſerunt. Sed cur latrones non traduntur judici ſeculari? Quomodo pœna cum pœna compenſetur, de quo caſu *c.* 7. dixi ad *l.* 10. *D. de compenſat.* Puniri poteſt clericus vel alius pœna carceris, quando vacillavit in teſtimonio, ſed non ſit infamis. *arg. c.* 8. de quo *lat. ad tit. de his qui not. infam.*

Ad c. 9. & ſeqq.

Ut ſit aliqua differentia inter eum, qui aliquid ſolvit, & qui nihil ſolvit, non male in *d. c.* 9. reus tantum tenetur pro altera parte, quam non ſolvit. Vide *not. noſtr. ad l.* 9. *D. ſi quis caut. &c.* Qui prælatum alicujus Collegii occidit, privatur beneficio. *arg. c.* 10. Sed quæ ratio, cur in *d. c.* heredibus ſaltem nova beneficia non poſſint conferri? Utique anima, quæ non peccavit, non poteſt puniri. *Ezech.* 18. Prorumpens contra judicem punitur arbitrio Superioris. *arg. c.* 11. Cenſura dignum eſſe *c.* 12. quatenus in eo poſteri uſque ad quartum progeniem excluduntur ab officio Eccleſiaſtico, ſignificavi ad *d. c.* 10. quamvis forſan in illis magis metuatur paternum exemplum, aut ſaltem ſcandalum, quam in heredib. extraneis, de quib. *d. c.* 10. *& not. noſtr. ad l.* 5. *C. ad l. Jul. Majeſt.* An papa poſſit ſubditos alicujus Principis excommunicati, de quo *c.* 13. liberare à debito vel juramento fidelitatis, excuſſi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.*

De pœnitent. & remiſſ.

Tit. XXXVIII.

Cap 1. & ſeqq.

Qui publice peccat, publice puniendus vel corripiendus eſt. *d. c.* 1. quod videtur deſumptum ex 1. *Tim.* 5. *v.* 20. Pœnitentiam illam 12. annor. de qua *c.* 2. nec receptam nec recipiendam videri, notavi ad *canon. pœnit. & alib. ſæp.* Et fruſtra & impie profecto ei injungitur talis pœnitentia, qui mortem meretur, & morti tradendus eſt, ſi deliberato animo homicidium commiſſum ſit, ſecus ſi caſu aut leviore culpa, quo caſu pœni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tentia in genere præſcribenda aut commendanda eſt, ut *alib. lat.* Recte quidem arbitraria ſtatuitur in *c.* 3. ſed male ad certum tempus reſtringitur. Ergo pro gravitate vel levitate delicti poteſt Eccleſia injungere vel graviorem vel leviorem pœnitentiam, ſed minime certam aut tempore circumſcriptam, quum nec Lex Divina, nec rei natura permittat. Nullus à non ſuo judice ligari poteſt, & ideo remiſſio illis tantum prodeſt, qui remittenti ſubſunt. *c.* 4. Illam criminis confeſſionem, de qua *c.* 5. hodie apud Reformatos damnatam eſſe, ut & pœnitentiam in aqua & pane, de qua *c.* 6. notavi *ſup. ſæp.* Quo jure quoque matrimonium in *c.* 7. licitum eſt ſacerdotibus græcis, cum alibi in genere prohibitum? Vide *not. ad tit. de cleric. conjug.* Reliqua de pœnitentia publica excuſſa ſunt ad *d. c.* 1. *h. t.* Quid quæſo etiam in *c.* 8. ad pœnitentiam facit, ſi quis legerit Orationem Dominicam & Symbol. Apoſtol.?

Ad c. 9. & ſeqq.

De lege Divina probatur confeſſio, quæ fit in aures ſacrificuli? Quin tamen pœnitentia *arg. d. c.* 9. indici poſſit ei, qui adhuc in peccato moratur, nemo ambigat. Abbatiſſas, de quib. *c.* 10. Reformati non agnoſcunt, ut *ſup. notat. ſæp.* Summa ex *c.* 11. quod fere totum eſt proprium juris pontificii, hoc eſt, erronei, hæc eſt: pœnitentibus non eſt denegandum viaticum, id eſt corpus Chriſti, ut explicat *Gloſſ.* Sane ipſum corpus proprium dari non poteſt, ſed ſignum & ſigillum, quod per fidem ipſum corpus affert, denegari non poteſt, quum inprimis peccatoribus pœnitentibus ſacra ſynaxis aut cœna Domini exhibeatur. Deponendus & detrudendus in monaſterium eſt, qui revelavit confeſſionem. *c.* 12. Cætera de confeſſione ſemel in anno inſtituenda & ſacramento euchariſtiæ ſaltem in paſchate celebrando apud Reformatos inutilia videri, ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane ſæpius cœnam Domini celebrandam eſſe ab illis, qui ad annos diſcretionis pervenerunt, apparet ex præcepto Chriſti 1. *Corinth.* 11. Quæ ratio, cur in *c.* 13. medicus teneatur ægrotum inducere, ut advocet medicos animarum? Per me licet, ut medicus teneatur monere, ut quilibet frater tenetur fratrem monere, ſi morbo periculoſo conflictetur. Sed ultra officium nihil injungendum. Hodie contra *c.* 14. potius opus eſſe conſenſu Magiſtratus quam epiſcoporum aut Senatus Eccleſiaſtici, quando novæ ſunt quærendæ eleemoſynæ, ne cives emungantur aut onerentur minus neceſſariis, ſignificavi *ſup. aliquot.* Adde *not. noſtr. ad l.* 1. *D. quod. cujuſc. univerſit.* Epiſcopos quoque nihil poſſe remittere, niſi quod verbum Dei remittit, notandum eſt ad *c.* 15. Propter periculum animarum aliquando quædam licita ſunt, quæ alias illicita forent. *arg. c. ult.* modo tamen non videatur licitum, quod jure Divino illicitum eſt. Sane illas indulgentias ſeu remiſſiones (vulgo **afflaten**) de quib. *hic tit.* meras eſſe traditiones ſeu inventiones humanas, quibus Deus non vult coli, firmiter credo.

De ſentent. excommun.

Tit. XXXIX.

Cap. 1. & ſeqq.

Quàm periculoſum ſit tangere unctos, aut clericos, apparet tum ex *d. c.* 1. tum ex *ſeqq.* Cæterum nec majorem, nec minorem excommunicationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nicationem temere infligendam eſſe, hoc eſt, neminem temere ſatanæ aut gravius aut levius tradendum eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Ætas ſaltem excuſat à tanto, ſed non à toto. *arg. d. c.* 1. Uſus *c.* 2. apud Reformatos nullus eſt, quia totus de monach. abbat. & epiſcop. Roman. Quæ ratio, cur in *c.* 3. pœna excommunicationis dignus videatur, qui clerico, quem in adulterio deprehendit, violentas manus intulit? Quæ ratio, cur quis in *c.* 4. propter ſolam denegationem juramenti habeatur pro excommunicato? Cur in *c.* 5. propter ſolam percuſſionem? Cur in *c.* 6. §. 1. propter ſolum mandatum percuſſionis? Sed mulieres tamen puniendæ levius. *arg. pr. d. c.* 6. Pœnitentia ſine ſatisfactione nulla eſt. *arg. c.* 7. An & quando apud Reformatos poſſit exerceri diſciplina Eccleſiaſtica, ſignificavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.*

Ad c. 8. & ſeqq.

Si in *d. c.* 8. ne quidem privilegiati facere poſſunt, quo minus excommunicatos vitare debeant, cur ergo tam temere excommunicantur ut ethnici aut publicani? Sed papa poteſt abſolvere. *c.* 9. quod tamen negandum, cum homo non poſſit abſolvere, quem Deus condemnandum & evitandum, cenſet *Matth.* 18. Ergo & præceptum & juramentum, de quib. *c.* 10. *& ſeqq.* omnino improbanda ſunt, Summa tamen ex *c.* 11. hæc eſto: in omni edicto ſubintelligitur rationabilis excuſatio. Summa ex *c.* 12. hæc eſto: reſcriptum præter Eccleſiæ vel Principis conſuetudinem impetratum non obligat. Summa ex *c.* 13. quod etiam de illis, qui vel per papam, vel per epiſcopum abſolvi poſſint, hæc eſto: mulieribus & ſenibus ſimilibuſque neceſſitas itineris faciendi remittenda videtur. Sed quæ ratio, cur ille in *c.* 14. qui occidit clericum, non videatur excommunicandus aut potius tradendus judici ſeculari, licet clericus clericalem habitum contemnens ſe enormitatibus immiſcuerit?

Ad c. 15. & ſeqq.

Neminem eſſe excommunicandum, niſi ſæpius fraterne admonitus ſit, ſupra contra *d. c.* 15. *& ſeqq.* notavi *ſæp.* Juvat tamen ſummam adjicere ex *d. c.* 15. qui duos læſit, duobus ſatisfacere tenetur. An & quando indicatur purgatio ob ſolam famam, ſignificavi etiam *ſup. aliquot.* Aliquid dandum zelo ſacerdotis, qui turbationem officii divini non paſſus eſt. *c.* 19. Epiſcoporum, de quib. *c.* 17. officium non eſſe, ut judicent de negotiis civilibus aut ſecularibus, notavi *ſup. cent.* Correptio aut ſimilis diſciplina Eccleſiaſtica competit, ſed nequaquam abſolutio aut condemnatio judicialis, ut *alib. lat.* Fruſtra fieri illam remiſſionem ad papam, de qua *c.* 18. *& ſeq.* ſignificavi ad *c.* 9. Et ſane ſi papa non poteſt abſolvere juſte excommunicandum, ergo nec legatus de latere ejus in *c.* 20. Sententia judicis non ligat, niſi ſuos ſubditos. *arg. c.* 21. Sed quo jure in *c.* 22. effractores Eccleſiarum ſunt ipſo facto excommunicati? Tam facile quis ſatanæ traditur, aut extra Eccleſiam & extra ſalutem conſtituitur? Cenſuram *c.* 23. indicavi ad *d. c.* 14.

Ad c. 24. & ſeqq.

Gravius percutitur clericus per laicum, quam per clericum. *d. c.* 24. ſed quæ ratio differentiæ, præſertim ſi laicus ſit alicujus dignitatis? Verum ſenſum & uſum iſtius legis, quæ indicatur in *c.* 25. videre licet in *not. noſtr. ad l. It apud l.* 15. §. *ſi quis* 15. *D. de injur.* Recte tamen non gaudet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

immunitate, qui facit contra immunitatem. *arg. d. c.* 25. An & quando noſtri Epiſcopi poſſint abſolvere per claves Regni cœleſt. de quib. *c.* 16. ſignificavi *ſup. ſæp.* Sane abſolutio, ſuppreſſa veritate, non tenet. *arg.c.*27. Argumentum, quod in *c.* 28. deſumptum eſt à Lazaro ſuſcitato & ſoluto. *Joan.* 12. longe petitum eſſe, quis non animadvertit? Sed quod ligatus ab Eccleſia, præſertim Romana, ſæpe non ſit ligatus apud Deum, certo certius eſt. Illam excommunicationem, qua ille in *c.* 29. punitur, qui clericum duntaxat detinuit in cuſtodia ſeu vinculis ſine læſione, omnino damnandam eſſe, probavi *ſup. aliquot.* Reliqua *d. c.* etiam inutilia eſſe, manifeſte apparet ex *præmiſſ. noſtr.* Illud quoque juramentum, quo excommunicatus jurat, ſe obtemperaturum mandato Eccleſiæ, illegitimum eſſe, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.*

Ad c. 31. & ſeqq.

Nihil utilitatis continet *d. c.* 31. niſi hanc regulam, quod ei competat interpretatio juris, cui competit conſtitutio; ſed illa regula poteſt retorqueri in pontificem, cum in *l. ult.* §. 1. *C. de legib.* ad quam *d. c.* reſpicit, dicatur ſolius Principis eſſe leges condere & interpretari. Quo jure ergo pontifex ſibi juris conſtitutionem adtribuit? Quouſque conſtitutiones Eccleſiaſticæ ex jure Divino obligent, dixi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Totum quoque *c.* 32. proprium eſt juris pontificii, ſcilicet erronei, niſi excerpamus quædam axiomata faciliora, puta: quibus prohibita ſunt minora, iiſdem multo magis prohibita ſunt majora. Item qui non poteſt abſolvere, etiam non poteſt diſpenſare. Denique ex perſona augetur crimen, ut & pœna. Sed quæ ratio, cur in *c.* 33. monialis non poſſit abſolvi ab abbatiſſa? Forſan hæc, quia fœmina in cauſis religioſis tacere tenetur, ſed tunc tota poteſtas abbatiſſarum eſſet tollenda, ut etiam revera tollenda eſt cum ſuis ſubditis, ut *lat. alib.*

Ad c. 34. & ſeqq.

Excommunicatio non tollit debitum, & ab excommunicato tempore neceſſitatis neceſſaria emi poſſunt. *d. c.* 34. de quo *nos lat. ad decret. Grat.* Ad utilitatem publicam pertinet, ne criminna maneant impunita. *c.* 35. de quo *lat. ad l.* 51. *pr. D. ad l. Aquil.* Privilegio, quod roti Ordini competit, non poteſt unus renuntiare *c.* 37. de quo *nos lat. ad l. pen. C. de pact. & alib.* Cæterum mitiorem pœnam infligendam eſſe, quando pars læſa injuriam remittit, probavi *alib. lat.* Plus Deo, quam homini deferendum eſt. *c.* 37. Sed ubi dicitur, quod ſervus, qui clerico violentas manus intulit, debeat venire ad ſedem Apoſtolicam? Sane ſi pontifex ſe Deo comparat, vel ſuum canonem aut concilium, manifeſte incidit in antichriſtianiſmum, ut & *ſup. ſæp.* An & quatenus cum excommunicato, de quo *c.* 31. participare aut converſari liceat, dixi ex *Apoſt.* 1. *Corinth.* 5. *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Quando autem excommunicatus, de quo *c.* 39. abſolvi poſſit in noſtris Eccleſiis, aperte patet ex poteſtate clav. reg. cœleſt. de qua vide Cathegeſ. noſtr. *quæſt.* 83. *& ſeqq.* Ad quos apud Nos inſtituenda ſit appellatio, quando quis injuſte dicitur excommunicatus, de quo *c.* 40. dixi ad *decret. Grat. ſæpiſſ.* Reliqua *d. c.* à vera & orthodoxa religione aliena eſſe, quis quæſo non animadvertit?

Ad c. 41. & ſeqq.

Haud temere videri debet revocata excommunicatio. *arg. d. c.* 41.

Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Saue ſimplicem ſalutationem papæ non inducere abſolutionem, facile credo. Abſolutio vel remiſſio obtenta per ſubreptionem non valet. *arg. c.* 42. Sed & in noſtris Eccleſiis licite excommunicatis prædicari verbum Dei, ut in *c.* 43. nemo Reformatorum ignorat. Reliqua de generali interdicto, ejuſque interpretatio inutilia eſſe, nulli quoque Noſtrum ignotum eſt. Summa ex *c.*44. hæc eſt: præſtat pati excommunicationem, quàm contra conſcientiam facere. Sed quæ cauſa excommunicationis? An quia maritus noluit reddere debitum maritale? Aut probet ergo cauſam denegationis, aut ſolvat, quod debet. Amittit privilegium, qui abutitur privilegio. *c.* 46. de quo *ſup. aliq.* Non poteſt quis Mores improbare, quos ſemel adprobavit. *c.* 46. de quo *nos lat. ad l.* 13. §. *ult. D. ad l. Jul. de adult.* Facientes & conſentientes pari pœna plectendi videntur. *c.* 47. Nemo excommunicari debet, niſi juſta admonitio præmiſſa ſit, & juſta cauſa probata ſit. *c.* 48. Sed quæ ratio, cur in *c.* 49. hæretici ipſo jure videantur excommunicati? Cur hic nulla fit mentio de prima & ſecunda admonitione prævia, quam tamen commendat Apoſtolus. *c. ult. ad Tit. v.* 10.? Quinam hæretici dicendi ſint, dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 50. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 50. agit de monachis & canonicis regularibus, nullum uſum in Belgio confœderato habet, ſed excommunicatum abſolvi poſſe, ſi juſtam pœnitentiam oſtenderit, docet *noſtr.* **Formul. van weder-opnem.** *&c.* quæ quidem adverſa *d. c.* ſed ſacris tamen Literis nobis conſentanea videtur, ut *alib. lat.* An & quatenus ratione locorum & temporum ſeveritati, de qua *c.* 51. liceat quid detrahere, ſignificavi *itid. ſup. aliquot.* Illud juramentum de mandatis Eccleſiæ parendis, de quo *d. c.* 51. *& ſeq.* eſſe figmentum, & nullo modo adhibendum in abſolvendo excommunicato, quilibet facile animadvertit ex *præmiſſ. noſtr.* Nimis facilem eſſe illam excommunicationem, quæ in *c.* 53. ob violationem libert. Eccleſ. facta eſt, notavi *ſup. cent.* Quomodo voluntas & propoſitum delicta diſtinguant, de quo *pr. c.* 54. dixi ad *pr. l.* 53. *D. de furt. & alib.* Reliqua *d. c.* de familiaritate vel participatione cum excommunicato ſervanda, excuſſi *ſup. ſæp.* Sane nullus video, cur in *c.* 55. clericorum publicæ concubinæ ſtatim ſine ulla prævia admonitione videantur excommunicandæ, vel ipſi clerici concubinarii majore excommunicatione notandi. Miror magis quod publicæ concubinæ clericorum toleratæ fuerint.

Ad c. 56. & ſeqq.

Illam diſtinctionem inter minor. & major. excommunicat. quam indicat & repetit. *d. c.* 56. vix recipiendam eſſe, notavi *ſup. aliquot.* licet inter recent. Theolog. *Alexand. Roſſ.* **in s'Werelds Gods-dienſt** contrarium videatur agnoſcere *pag.* 34. *& ſeq.* Sane quod in veteri Teſtamento receptum fuit, vel in Novo factum ab Apoſt. male ſibi vindicat Eccleſia Romana, vel etiam Reformata, quæ tantum inter ſuſpenſionem & excommunicationem diſtinguit, ut *ſup. notat. ſæp.* An *c.* 57. correctum aut ampliatum ſit in *c. fin. h. t. in* 6. parum aut nihil attendo, ſed quod Corpus Chriſti confici poſſit, ut *d. c.* 57. loquitur, per miniſtr. Eccleſ. nego ac pernego, probavique contrarium ad *decret. Grat. & alib.* Satisfactio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

factio quæ facta ei, qui paſſus eſt injuriam, non tollit ſatisfactionem Eccleſiæ. *arg. c.* 58. Qui ſimpliciter excommunicatus eſt, intelligitur majore excommunicatione notatus. *c.* 52. Mallem tamen examinare delictum. Nam ſi quis ob levius unum atque alterum (quod raro contingat) excommunicatus eſt, videtur tantum minore excommunicatione (quæ tantum à perceptione ſacramentor. removet. *d. c.*) remotus. Sed ipſa vox excommunicationis unam duntaxat ſpeciem admittere videtur. Rectius ergo noſtri Reformati vocant ſuſpenſionem, quando quis ad tempus removetur ab uſu Sacræ Cœnæ, ſed excommunicationem, ſi quis ſeparatur à communione fidelium, ut in *d. c.* 59. Bona tamen traditio in *c.* 60. ubi ætas temperat rigorem eccleſ. diſcipl. quanquam forſan non tam traditio dicenda ſit, quam ipſa Lex Dei, de qua *nos lat. ad tit* D. *de minor.* 25. *annor.* Pleraſque alias traditiones tum *hujus tit.* tum *alior. tit. jur. Canon.* meras fictiones & contra Legem Dei videri, notavi *ſup. ſæp.* Et ut tandem cum hoc *cap. fin.* finiam, & intrepide meam dicam ſententiam, vere in dictas traditiones Eccleſiæ Romanæ competit illud Pauli, ſunt doctrinæ hominum, quæ quidem ſpeciem rationis aut prudentiæ præ ſe ferunt, ſed revera continent proprium & fictum Dei cultum, quæ nullius pretii eſt. *Coloſſ.* 2. *verſ. pen. & ult.*

Finis libri quinti.

LI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

LIBER SEXTUS
DECRETALIUM

D. Bonifacii Papæ octavi ſuæ integritati una cum Clementin. & Extrav. reſtitutarum.

DE
SUMMA TRINITATE & FIDE CATHOLICA.

TIT. I.

Cap. un.

HAnc ſententiam de Summa Trinitate, vel quod in *d. c. un.* Spiritus Sanctus æternaliter ſeu ab æterno procedat à Patre & Filio, tanquam ab uno principio & unica ſpiratione, convenientem eſſe Sacris Literis & confeſſioni reform. Eccleſ. dixi plurib. ad *h. tit. C. & Decret.* Cæterum Romanam eccleſiam eſſe omnium fidelium matrem & magiſtram, negavi ſtrenuę *ibid. & alib. ſæp.* An ſit antichriſtiana (quod nos firmiter credimus) ulterius Theologis diſcutiendum relinquo.

De conſtitut.

TIT. II.

Cap. 1. & 2.

Quum duæ conſtitutiones contrariæ ſimul ſtare non poſſint, mirum non eſt, cur in *d. c.* 1. conſtitutio nova poſterior tollat priorem ſibi contrariam ipſo jure & ſine expreſſione. Ratio, cur in *d. c.* generalis tamen conſtitutio non tollat ſpeciales conſtitutiones, ſeu ſtatuta ſpecialia, præſertim rationabilia, intermixta eſt *ibid.* Sed qua lege Divina aut ratione probatur, quod pontifex Romanus omnia jura in ſcrinio pectoris ſui habere cenſeatur? Contrarium à nobis probatum eſſe tum in Divinis, tum in humanis, evincunt animadverſiones noſtrę tum *anteced.* tum *ſequent.* Statutum non obligat ignorantes, nec extra territorium ſtatuentis degentes. *c.* 2. ubi in *fin.* ratio adjecta eſt, de qua *nos lat. ad l. ult. D. de juriſdict.* Sed quo jure poteſt epiſcopus vel Alius Princeps minari pœnam excommunicationis ob ſolum furtum? Quod etiam pugnare videtur cum ipſo *c. Romana. §. cav. de ſent. excom.* & mirum in modum ſe torquet *Gloſſ.* in iſtis *capit. concil.* Suſpendatur ab uſu ſacræ ſynax. ſed epiſcopis non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

competit jus condend, conſtit, ut *alib. lat.*

De reſcriptis.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 1. excommunicatus non poſſit impetrare reſcriptum, ſaltem à Principe? An non etiam vilioribus juſtitia adminiſtranda eſt? An pœna unius alterius poteſt eſſe præmium vel liberatio? Miræ Gloſſæ ad *d. c.* 1. Summa ex *c.* 2. hæc eſto: non eſt locus fraudi relinquendus, ſed nulla eſt ratio, cur ex illa clauſula, *& quidam alii*, ultra tres vel quatuor in judicium trahi non poſſint. Literæ Pontificis vel Principis non valent, quibus actor reum, vel reus actorem diſtringit ad diverſos judices. *c.* 3. de quo *nos lat. ad tit. D. quib. ex cauſ. ad eund. jud. & l.* 10. *C. de judic.* Scilicet Princeps non vult valere reſcriptum, quod eſt contra jus vel utilit. public. *tot. tit. C. ſi cont. jus vel util. pub.* Summa ex *c.* 4. quod de canon. pontif. hæc eſto: in collegio numerato non licet aliquem recipere ultra numerum, de quo & *alib. lat.* Summa ex *c.* 8. quod etiam papale eſt, hæc eſto: reſcriptum, quod concedit beneficium uſque ad beneplacitum Principis, exſtinguitur morte reſcribentis. Hinc in *c.* 6. mortuo eo, qui reſignaturus erat beneficium, quod Papa vel Alius contulerat in alterum, mandatum vel reſcriptum non tenet. Verum nullus video, cur reſcriptum non poſſit extendi ad caſum mortis, cum ille, qui promiſit reſignationem, omnino teneatur ſtare ſuæ promiſſioni. *c.* 1. *&* 3. *extr. de pact.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Adeo *d. c.* 7. proprium eſt juris pontificii, ut vix inde ſummam colligere liceat, vel *d. c.* alii caſui ſimili applicare liceat, niſi dicamus, quod duo beneficia non teneant in caſu dubio, ideoque nec conceſſa, niſi plane connexa ſint. Adde *not. ad c.* 1. *tit. ſeq.* Eadem animadverſio eſt in *c.* 8. Sane applicatio *Gloſſ.* qui *d. c.* applicuit vaſallo, qui commiſit feloniam, quique damnatus & ex gratia reſtitutus eſt, vix admitti poteſt, cum feuda vel bona confiſcata interdum videantur reſtituta, puta ſi ex capite innocentiæ reſtitutus ſit, de quo *alib. lat.* Alioquin gratiæ conceſſio non præſumitur facta cum præjudicio alterius. *d. c.* 8. Ratio, cur in *c.* 9. reſcriptum non ſortiatur effectum, vulgaris eſt in *l.* 29. *D. de reg. jur.* An tamen recte certa ætas præſcribatur in beneficiis obtinendis, notavi *ſup. ſæp.* Summa ex *c.* 10 hæc eſto: gratia generalis non præſumitur præjudicare ſpeciali, niſi in ſpecie de hac mentio facta ſit. Summa ex *c.* 11. quod etiam ex mera traditione eccleſ. Rom. hæc eſto: ſtatutum facile mutatur, cum mutentur mores, de quo *nos lat. ad* §. *ult. Inſtit. de jur. nat. gent. & civ. & alib.* Item conſultationes rectius petuntur in locis, ubi copia eſt peritorum. *d. c. pr.* An & quando quis extra territorium conveniri poſſit, de quo caſu §. 1. *&* 2. *d. c.* 11. dixi ad *l. ult.* D. *de juriſdict. & l.* 1. D. *de judic. & alib. ſæp.* Quid juris habeat judex delegatus, de quo §. 3. dixi ad *l.* 16. *C. de judic.* Rectius contra §. 4. ipſa eſculenta aut poculenta ſponte oblata repudiari, notavi ad *l.* 6. D. *de offic. proconſ. & alib.* An & quando delegato poſſit adjici adſeſſor, vel adſumi ab ipſo delegato, de quo caſu §. 5. indicavi etiam ad *d. l.* 16. *C. de judic.* An & qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

& quatenus delegatus judex poſſit taxare ſalaria aliorum, de quo caſu §. 6. dixi ad *tit. de offic. delegat. & ad tit. de extraord. cognit.* Dantis remiſſio non impedit, quominus reſtituendum ſit, quod contra leges donatum eſt. *arg.* §. 7. An & quando cujuſque expenſis delegatus poteſt teſtes vocare, de quo caſu §. *penult.* dixi *affat. ad tit. de teſtib.* Geſta contra decretum Principis (ſi liceat pontificem principi comparare) ipſo jure nulla ſunt. §. *ult.* de quo *nos lat. ad l.* 5. *C. de legib.*

Ad c. 12. & ſeqq.

Recte pontificem in *d. c.* 12. ei beneficium adjudicare, cui primo donatum eſt, licet poſterior donatarius primo receperit, atque etiam in eum primo facta fuerit collatio (etſi hoc contra *d. c.* 12.) plurib. rationib. probavi ad *l. quot.* 15. *C. de rei vind.* Sed quæ ratio, cur in *c. ſeq.* 13. ſecus fit, ſi primus donatarius ſit ſub conditione? Sane ſi conditio exſtiterit, nullus video, quomodo pontifex vel alius donator ſe poſſit excuſare à promiſſione & violatione promiſſi. An ergo *d. c.* 13. corrigatur per *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 19. parum aut nihil attendo. Sed quid, ſi inter duos impetrantes vel donatarios non conſtet de prioritate temporis? Diſtinguit *c.* 14. ſed noſtro judicio hæc res non male ſorti committi poſſet, ut in ſimil. *alib. lat.* Gratia vel diſpenſatio, quæ præbet materiam diſſolutæ vitæ, vel occaſionem mali, omnino revocanda eſt. *arg. c. fin.* Sed cur in *d. c.* tantum à perſonis revocatur, & non etiam ab eccleſiis, quæ indulgentiis abutuntur?

De conſuetudine.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. non valeat conſuetudo, quæ uni eidemque permittit duas dignitates ſeu perſonatum & dignitatem, hæc videtur, quia quælibet dignitas regulariter totum hominem occupat. Ratio, cur mala conſuetudo non obliget, etiamſi juramenro confirmata ſit, haud obſcura eſt in *ipſo d. c. & ſup. à nobis ſæp.* excuſſa *lat.* Ratio, cur conſuetudo in caſu. *c.* 2. non videatur rationi conſona, addita eſt *ibid.* ſed illam vix ſufficientem eſſe, apparet ex *l.* 2. *D. quis & à quo appell.* Nec epiſcopum agnoſcimus, nec conſilium capituli, de quo *c.* 3. ſed poteſt adplicari Superiori, qui habet ſuos Conſiliarios, ſine quorum conſenſu punire poteſt. Summa ex *c.* 4. quod de canonic. & præbendis, hæc eſto: conſuetudo laudabilis ne quidem per reſcriptum Superioris præſumitur abrogata. Quoto temporis ſpatio, de quo etiam in *d. c. & præced.* introducatur conſuetudo, dixi ad §. 9. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ. & ad l.* 32. *D. legib.*

De poſtulat. prælat.

Tit. V.

Cap. 1.

Summa ex *d. c. un.* quod de poſtulat. hæc eſto: poſtulare & eligere ſunt contraria, præſertim ſi ſpectamus ſignificationem verbi poſtulare, quæ eſt in *tit. D. & C. de poſtul.* Hinc etiam Advocati concluſio aut petitio inepta eſt, cum ſimul poſtulet & ſimul eligat. Alia eſt via gratiæ, alia juſtitiæ. *Gloſſ. hic.* Uno contrariorum electo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

renuntiatum eſt alteri. *Gloſſ. ibid.* Quod in jure nimia curioſitas reprobetur, dixi ad *c. & ſi quæſt. de ſim.* Cæterum Moribus in poſtulationibus Advocatorum poſſe varias & diverſas actiones cumulari, atque adeo judicem attendere ad hoc, quod præcipue probatur, dixi *lat. ad tit. D. & C. de edend. & alib.*

De elect. & elect. poteſt.

Tit. VI.

Cap. 1. & ſeqq.

Si *pr. d. c.* 1. applicetur electo paſtori, qui minus legitimus dicitur, appellatio apud Reformatos fieret ad Claſſ. vel Synod. ut *notat. ſup. ſæp.* Sed certum tempus, de quo §. 1. nequaquam receptum exiſtimo. Vide *not. noſtr. ad tit. D. quand. appell.* Recte in §. 2. improbum contradictorem condemnari in expenſis, dixi ad *pr. Inſt. de pœn. tem. litig. & ad l.* 13. *§.* 6. *C. de judic.* Vota adjecta electioni conditionaliter aut alternative non proſunt, ſed pro nullis habentur. *c.* 1. Perículoſiora inprimis reformanda ſunt. *arg. pr. d. c.* 3. Reliqua de creatione vel electione pontificis, de qua *d. pr. & §§. ſeqq.* plane apud Reformatos inutilia & damnata ſunt. Poſſet tamen ſumma aut regula colligi ex §. 4. quod ſcilicet in Paſtore Eccleſiæ eligendo debeat deponi omnis affectus privatus, omnis convẽtio. Recte etiam ex §. 5. colligitur, quod fideles debeant orare, ut in locum mortui ſacerdotis Deus ſubſtituat alium, qui Eccleſiæ vigilet. Juramentum, quo appellantes jurant, ſe credere vera eſſe, quæ objiciunt, de quo *c.* 4. hodie apud Reformatos nec in foro Eccleſiaſtico, nec in Politico in uſu eſſe, ſignificavi ad *tit. C. de jurejur. propt. calum. & alib.* Cætera, quæ in cauſa appellationis de novo produci poſſint, videre licet in *noſtr. ad mater. appellat.* De indefinitiva juris (de qua vulgo ad *d. c.* 4. quod æquipollet univerſali, dixi etiam *alib. ſæp.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Si electus ante confirmationem adminiſtret, privatur jure quæſito. *pr. d. c.* 5. Sed dura videtur privatio, quando in *c.* 6. non conſentiit intra menſem; quia tempus deliberandi non nimis coarctandum eſt, aut ſaltem rectius arbitrarium ſtatuitur. Sane poſt conſenſum, non videtur ſpatium 3. menſ. concedendum ad confirmationem, ſed potius tempus brevius. *arg. c.* 16. ne Eccleſia nimis diu deſtituatur ſuo Miniſtro, cui ideo etiam quamprimum præſentatio electionis facienda eſt. *d. c.* 6. Summa ex *c.* 7. & 18. hæc eſto: qui in ſcrutineo vel alio collegio aliquem nominat indignum, ille peccat, & privatur ea vice poteſtate eligendi. Electioni ſemel factæ nemo ſe opponere poteſt, niſi ex nova cauſa emergente, quæ ante electionem incognita fuit. *c.* 8. Unde in *c. ſeq.* etiam minor pars poteſt infringere votum partis majoris, ſi juſta cauſa ſubſit, puta ſi pars major corrupta ſit, aut decepta ſit. De appellatione, quæ fit contra electionem Epiſcoporum aut Presbyterorum, de qua *c.* 10. dixi ad *c.* 1. *h. t.* Sed quæ ratio, cur appellatio contra epiſcopos neceſſario debeat fieri in ſcriptis? Ratio, cur in cauſa appellationis ratio alleganda ſit, cuilibet obvia eſt, & ſæpius à nobis data ad *tit. de appell. & ſeqq.*

Ad c. 11. & ſeqq.

Recte quidem in *d. c.* 11. primo loco dicitur examinanda objectio de ſcientia & qualitate perſonę, ſed pœna ejus, qui

qui temere objecit, rectius ſtatuitur arbitraria, cum ſua natura talis ſit, ut *alib. lat.* Temerariam eſſe illam excommunicationem, de qua *c.* 12. *& ſeq.* notavi *ſup. cent.* Quid juris hodie apud Reformatos habeat patronus laicus in cuſtodia Eccleſiæ vacantis, dixi *ſup. aliquot.* Male quoque in *c.* 24. præciſe requiri ætat. 25. ann. cum per ſe ſcientia non poſſit aſtringi certis annis, notavi *itid. ſup. ſæp.* Reliqua de parocho & commendatario in *c. ſeq.* 15. qui primo debet eſſe ſacerdos, Reformatis inepta videntur. Rectius apud Nos Claſſis in vacante Eccleſia conſtituit aliquos per vices, donec eligatur paſtor proprius & perpetuus. Summa ex *c.* 16. quod vulgo dicitur obſcurum dictamine, hæc eſto: vacationibus Eccleſiarum quamprimum ſuccurrendum eſt, ſed cur ergo pontifex ſtatuit certum tempus, licet recte ſtatuerit brevius, ut & *ſup. notat. ad d. c.* 6. *h. t.* Quomodo hodie apud Reformatos fiat vel electio Paſtorum, vel confirmatio vel refutatio, dixi *ſup. ſæp.* Recte decretalis conſtit. in *c.* 17. dicitur localis, quia pertinet ad regimen Romę ex ſpeciali decreto pontificis, qui duntaxat unum Senatorem aut Rectorem annuum admittit. Præmittit autem varia falſa & fabuloſa, puta quod Roma ſit Civitas ſacerdotalis & regia per ſacram beati Petri ſedem caput totius orbis effecta, quod eccleſia Romana nulli homini ſubſit ore Divino cunctis prælata, & quod Conſtantinus cum omnibus ſatrapis & optimatibus Urbem Rom. Sylveſtro papæ reliquerit, conceſſerit, donaverit.

Ad c. 18. & ſeqq.

Maxima ex parte excuſſum videri poteſt *d. c.* 18. in *not. ad c.* 7. *h. t.* Addo, jus antiquum non videri correctum, niſi ſpecialiter correctum ſit, ut *lat. ad l. præcip.* §. *ult. C. de appellat.*. Reliqua de electione, quæ fit à papa, Reformatis antichriſtiana videntur. Uſum Reform. Eccleſ. indicavi *ſup. ſæp.* An & quando videatur ſatisfactum, *cap. ut circa.* 4. de quo in *c.* 19. *& ſeq.* agitur, parum aut nihil attendo; quum juramentum de cauſa appellationis aut probationis non ſit in uſu, ut *not. ad d. c.* 4. *& alib.* Sane qui temere appellavit, vel objecit electioni à pluribus factæ, graviter puniendus videtur. Illud compromiſſum circa electionem Paſtorum, de quo *c.* 21. apud Reformatos rejicitur, ſed eliguntur Paſtores, Seniores & Diaconi per majora vota eligentium. De compromiſſis aliorum dixi ad *tit. D. & C. de recept. arbitr.* Pœnalia potius reſtringenda ſunt, quam laxanda. *c.* 22. cujus reliqua excuſſa ſunt ad *c.* 14. *h. t.* Uſum *c.* 23. nullum eſſe apud Reformatos, ſignificavi ad *c.* 21. *h. t.* Sed cur in *c.* 24. unus ex mendicantibus monachis non poteſt eligi per majorem partem? Dicunt hoc ſpeciale eſſe in mendicantibus, ſed quæ ratio ſpecialitatis? Adde *c.* 43. §. 1. Cum rei natura non patiatur, aut unus non poſſit fungi duabus dignitatibus, mirum non eſt, cur in *c.* 25. electus non poſſit duas electiones ſimul proſequi, ſed debeat unum eligere.

Ad c. 26. & ſeqq.

Fruſtra in *d. c.* 26. quæri, an ad novam electionem ſpat. 3. menſ. competat, ſi prior electus non conſentiat, aut conſenſui renuntiet, aut mortuus ſit, ſignificavi ad *c.* 6. *&* 16. *h. t.* Qui dependet ab Alio, non poteſt conſentire in electionem. *arg. c.* 27. *pr.* Hodie contra §. 1. ſola Eccleſia, cui paſtor obſtrictus eſt, poteſt dare licentiam conſentiendi & tranſeundi, Claſſe intercedente &c. Summa ex *c.* 28. quod de mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

monacho & ejus profeſſione, hæc eſto: qui non expreſſe profitetur, quod vult videri, non poteſt eligi ad ſtatum ſuperiorem. Præſtat concordare jura, eorumque correctiones evitare. *c.* 29. cujus reliqua de compromiſſariis inutilia, & inaudita eſſe, notavi *ſup. aliquot.* Apud Reformatos eliguntur Commiſſarii, qui electum ex minori numero tentant & invitant, ut electioni à Senatu Eccleſiaſtico factæ adnuere velit, & ſuæ vocationi dare effectum. Ratio, quæ in *pr. c.* 30. allegatur, tanti momenti eſt, ut etiam noſtris Commiſſariis abſentibus applicari poſſit. Atque ita quotidie obſervari, quod ſcilicet commiſſariorum abſentia non ſit illis damnoſa, cuilibet Belgæ confœderato notum eſt. Sed quæ ratio, cur in *c.* 31. non liceat pœnitere, præſertim ſi velit ſolvere expenſas, aut dare pœnas temeritatis? Vide *cap.* 44. *h. t & not. noſtr. ad l.* 25. D. *de rei vind. & ad* §. *ult. Inſt. de perpet. & temp. act.* Qui eſt impubes, vel qui fruſtra vocatus eſſet, non habet querelam de contemptu, licet ad electionem non ſit vocatus. *pr. c.* 32. Quales profeſſi vel clerici, de quib. §. 1. apud Reformatos debeant intereſſe electioni Paſtoris, ſignificavi *ſup. ſæp.* An unus atque alter ex Magiſtratu intereſſe debeat, ut ſolet intereſſe Synodo, ne Reſpub. aut Regimen politicum accipiat damnum, ſignificavi *itid. alib. ſæp.*

Ad c. 33. & ſeqq.

Appellatio impedit confirmationem ab ordinario factam. *d. c.* 33. de quo *lat. ad tit.* D. *appell. interp. nih. innov.* Reliqua excuſſa videri poſſunt ad *c.* 19. *h. t.* ad quod *noſtr. cap.* reſpicit. Sane electus minus honeſte nobis videtur proſequi ſuam electionem, niſi famæ ſuæ intereſſe exiſtimet. Illos gradus & annos, per quos quis aſcendat ad parochum aut ſacerdotem, de quib. *c.* 34. Reformati non agnoſcunt, cum illos nec jus Divinum, nec ratio agnoſcat. Annus vel aliud tempus, quod ordinis gratia quandoque præſcribitur, non currit juſte impedito. *arg. c.* 35. Semel privatus eccleſia vel alia dignitate, ei non poteſt eadem conferri. *d. c.* 35. Quorum licentia, de qua male *pr. c.* 36. hodie apud Reformatos requiratur, quando agitur de tranſitu epiſcopi, dixi *ſup. aliquot.* Quorum requiratur confirmatio, de qua §. 1. dixi *itid. ſup. ſæp.* Quatenus *c.* 37. agit de compromiſſariis, nullum uſum apud Reformatos habet, ſed ſi adplicetur commiſſariis, ſane illi non tenentur, licet indignum elegerint, cum juſſu totius Senatus Eccleſiaſtici elegerint. Sed quid de illis commiſſariis, qui ad audiendum emiſſi ſunt? Si illi dignum renuntiant, qui manifeſte indignus eſt, merito inpoſterum à tali commiſſione removentur non tantum per triennium, ut in *d. c.* ſed etiam in totum, maxime ſi auditus electus & confirmatus ſit.

Ad c. 38. & ſeqq.

Illud juramentum, quod procurator in *d. c.* 38. præſtare debet in animam domini vel clientis ſui, hodie in Eccleſia Reformata non eſſe receptum, nec recipiendum eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Reliqua de procuratore, ejuſque mandato excuſſa ſunt ad *tit. de procurat.* Caſſata vel reſciſſa confirmatione, non ſtatim ipſa elictio reſciſſa intelligitur. *arg. c.* 39. Suſpendendi ab officio ſunt, qui bona occupant, quæ vacante eccleſia debentur ſucceſſori futuro. *arg. c.* 40. Doctrina vel ſumma, quæ colligi poteſt ex *c.* 41. data eſt ad *c. cum exped.* 29. *h. t.*

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Nec talem Eccleſiæ adminiſtrationem, nec jurisdictionem epiſcopo concedi poſſe, qualis conceditur in *c.* 42. notavi *ſup. ſæp.* Moniales illas vel abbatiſſas aut prioriſſas, de quib. *pr. c.* 43. *&* §§. *ſeqq.* Eccleſiæ Reformatæ non agnoſcunt, quia jus Divinum non agnoſcit, ut *alib. probat. lat.* De majore parte eligentium, de qua in §. 1. dixi ad *c.* 24. *h. t.* Majore parte ſe opponente, non poteſt electus adminiſtrare, aut ſaltem non poteſt confirmari. *arg.* §. 2. Quatenus §. 3. de monialibus, nihil ad Reformatos, ſed poteſt applicari fœminis, quæ rectius per procuratores in judicio agant. Temeraria eſt excommunicatio, quæ in §. 4. fit ob ſolam perſuaſionem vel nutrimentum diſcordiæ, ut *ſup. notat. ſæp.* Nequaquam collegium adprobat, qui quid in electione collegarum improbat. *arg.* §. 5. nec jura virorum mutata cenſentur, ſi mutata ſunt fœminarum. *arg.* §. 6.

Ad c. 44.

Magna ex parte excuſſum videri poteſt *d. c.* 44. in *noſtr. ad c.* 31. *h. t.* Licet ergo reſilire ab appellatione, ſi necdum ſedi Apoſtolicæ vel Claſſi aut Synodo ſit præſentata. *d. c.* Quin tamen & poſt præſentationem debeat eſſe licitum, modo fiat ſatisfactio, dixi *itid. ad d. c.* 31. Reliqua de confirmatione, quæ facta eſt pendente appellatione, excuſſa ſunt *ſup. aliquot.* Quod factum eſt poſt prohibitionem Superioris, nullum habet effectum. *arg. c.* 45. Hodie apud Reformatos non dari illos procuratores ad actum electionis, de quib. *pr. c.* 46. ſed tantum Commiſſarios ex Senatu Eccleſiaſtico ad electum tentandum & invitandum, dixi *ſup. aliquot.* Fruſtra ergo in §. 1. quæritur, an procurator unum eligere poſſit nomine ſuo, & unum nomine Domini, cum ſoli domini Epiſcopi, Seniores & Diaconi eligant. Fruſtra etiam in §. 2. quæritur de abſente, cum abſens in tali præſenti negotio, ubi virtutes & dotes eligendi explorantur, votum habere non poſſit, vel ubi in ſcrutinio, ut *d.* §. loquitur, ſecrete vota colligenda ſunt. Judex vel eccleſiaſticus vel ſecularis non debet eſſe feſtinans ad ſententiam proferendam. *arg. c. fin.* cujus reliqua de canonicis pontificiis & confirmatione papæ inutilia ſunt, ut *ſup. notat. & probat. ſæp.*

De renuntiatione.

Tit. VII.

Cap. 1. & 2.

An papa papatui poſſit renuntiare, curioſus non inquiro, ne incurram in reprehenſionem *d. c.* 1. ſed an *d. c.* poſſit applicari Epiſcopis vel Paſtoribus noſtris, qui ſe inſufficientes aut impares oneri injuncto agnoſcunt, dubitari poteſt; quum inter Miniſtrum Eccleſiæ & ipſam Eccleſiam ſit quidam contractus, à quo unus altero invito reſilire nequit. *l.* 5. *C. de obl. & act.* Sed cum impoſſibilium nulla ſit obligatio, vel cum liceat etiam à conditionali contractu reſilire conditione deficiente, nullus video, cur ſacerdos ex juſta cauſa non poſſet deponere ſacerdotium etiam Eccleſia renitente. *arg. d. c.* 1. Renuntiatio præbendæ vel officii fraude facta nocet ei, qui renuntiavit, non alteri, qui habebat jus exſpectandi. *arg. c.* 2. de quo *lat. ad* §. 4. *Inſt. de ſociet.*

De ſupplenda neglig. prælat.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Propter negligentiam inferioris ſæpe

ſæpe cauſa devolvit ad Superiorem. *d. c.* 1. de quo *nos lat. ad l. judic.* 58. *D. de judic.* Vel inferiori negligenti adjicitur coadjutor. *c.* 2. de quo *lat. ad §. interd.* 5. *Inſt. de curat. & ad tit. D. de curat. fur. & prod.dand.* Sed quo jure pontifex Regi Portugaliæ remiſſo aut prodigo potuit adjicere adjutorem in ipſis negotiis ſecularibus? Injuſte quoque in *c.* 3. epiſcopus vel paſtor alicujus Eccleſiæ captus ab infidelibus habetur pro mortuo aut ſervo, ut *probat. lat. ad tit. de ſtat. hom.* & ideo munus captivi potius ſuſpenditur, ſubeuntque vices ejus proponentes ſeu candidati Theolog. vel Alii Paſtores ex eadem Claſſe, ſi qua ſpes redemptionis ſuperſit. Quinam hodie apud Reformatos ſit Eccleſiæ viſitator, de quo *c.* 4. vel quinam vacante Eccleſia ſoleant iſti Eccleſiæ proſpicere de Paſtore ad tempus, ſignificavi *ſup. ſæp.* Reliqua *dd. capp.* inutilia eſſe manifeſte patet ex *anteced.*

De temp. ordin. & qual. ordin.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeqq.

Qui in ſua Patria vel Eccleſia eſt declaratus irregularis, vel ſuo officio ſacro privatus, non debet temere ordinari epiſcopus in alia Eccleſia. *arg. d. c.* 1. ſi ſecus factum eſt, ordinatus ſuſpenditur, & ordinans condigna pœna punitur. *d. c.* 1. Sic etiam in *c.* 2. ſuſpenditur ab officio per annum, ſi ſcienter alium ordinaverit. Affectata quoque ignorantia æquiparatur ſcientiæ. *d.c.*2. Quinam epiſcopi, de quib. *c.* 3. apud Reformatos poſſint ordinare alios Epiſcopos, Presbyteros aut Diaconos, & quinam poſſint ordinari, ſignificavi *ſup. ſæp.* Annum quidem, de quo *c.* 4. *& d. c.* 2. apud Reformatos arbitrarium videri, notavi in *anteced. ſæp.* ſed illos Epiſcopos, aut iſtum Senat. Eccleſiaſtic. ſaltem ad aliquod tempus ex facultate ordinandi aut conferendi ſuſpendendum videri, ſi illiterato aut indigno beneficium contulit, notavi *itid. ſup. ſæp.* An recte Eccleſia provincialis prohibeatur extra Provinciam vocare & ordinare, ut judex recte vetatur jus exercere extra ſuum territorium. *l. ult. D. de jurisd.* Aliis ulterius diſputandum committo.

De ætat. & qualit. & ord. præfic.

Tit. X.

Cap. un.

Quum non oporteat Deo leges præſcribere, qui quosdam citius, quoſdam tardius idoneos facit, male profecto certa ætas requiritur in hoc vel illo munere deferendo, ut *notat. ſup. ad tit. de elect.* Si tamen ordinis gratia certa ætas præfixa ſit, nunquam debet videri excluſa diſpenſatio Superioris, qui rationem ſingularis caſus habere debet. *arg. d. c. un.* cui adde *not. noſtr. ad l. un. §.* 2. D. *de offic. conſul. & ad l.* 8. D. *de mun. & hon.*

De fil. presbyt. & al. illeg. nat.

Tit. XI.

Cap. 1. & ſeq.

Impie filios presbyterorum comparari aliis illegitime natis in *d. c.* 1. *& ſeqq.* notavi *ſæp. ad decret. Grat.* ſpurios quidem in novo Teſtamento non prohiberi, quominus ad ordines

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſacros promoveri poſſint, ſed dum honeſtiorum copia ſit, rectius ab ipſis minoribus ordinibus videntur coërcendi contra *d. c.* 1. ut major maneat reverentia Ordinis ſacri, & omnis auſa ſcandali excludatur. Sane diſpenſatio addita diſpenſationi non valet, niſi in ſecunda facta ſit mentio de prima. *c.* 2. Sive ergo ſit beneficium curatum, id eſt, ad curam animarum ſpectans, ſive ſimplex beneficium, non videtur collatum, ſi veritas primæ diſpenſationis ſuppreſſa ſit. *d. c.* 2. de quo *lat. & ſæp. ad decret. Grat. & alib.*

De bigamis.

Tit. XII.

Cap. un.

Ipſum pontificem anathemate dignum videri, quod in *d. c. un.* feriat eos anathemate, qui bigamos admittunt ad habitum vel ordinem ſacerdotalem, pluribus probavi ad *tit. ext. de bigam. non ordin.* Ergo nec ſuo oraculo (licet ita loquatur in *d. c. un.*) dubium antiquæ altercationis ſuſtulit, ſed potius ſe antichriſtum prodidit.

De offic. vicar.

Tit. XIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa cum admiratione legi *Gloſſ. ad d. c.* 1. cujus hæc ſunt verba: nota ex hoc *cap.* quod quis ſine cauſa rationabili non debeat excommunicari. Unde excommunicatio non fertur ab homine, niſi pro inobedientia vel contumacia, & licet delictum præcedens ſit cauſa mediata, tamen contumacia eſt cauſa immediata excommunicationis. Sed quid ergo ad illas frequentiores excommunicationes, quibus pontifex toties in *præced. capitt.* excommunicavit ob unum & primum delictum? Altera nota ſeu ſumma eſt, quod nemo poſſit conferre beneficia, qui non habet jurisdictionem. Concludo ergo, quod nec epiſcopus, nec pontifex beneficia conferre queat, cum revera jurisdictionem non habeat, & ideo nec recte in *c.* 2. mandare poſſit. An commiſſio generalis vel mandatum generale concedat poteſtatem cognoſcendi de cauſis criminalibus, ſignificavi ad *tit. de jurisdict. & alib.* Sane ſub generali conceſſione non continentur ea, quæ quis veriſimiliter non erat conceſſurus. *c.* 3. nec ſub generali adminiſtratione libera continetur donatio. *d. c.* 3. de quo *lat. ad l. 6. D. de pign. & hypoth. & ad l.* 28. *§. ult. D. de pact.*

De offic. & poteſt. jud. deleg.

Tit. XIV.

Cap. 1. & ſeqq.

Conſervatorum officium eſt, illos defendere, qui ipſis commiſſi ſunt, ſcilicet à manifeſtis injuriis & violentiis. *d. c.* 1. *& ult.* Quatenus *c.* 2. *&* 3. agunt de delegatis papæ, nihil ad Reformatos pertinent. Habent quidem & ſuos delegatos in cauſis Eccleſiaſticis, ſed nulla poteſtas ipſis tribuitur. De delegatis & ſubdelegatis ſecularibus dixi ad *tit. D. de offic. ej. cui mand. & ad tit. quis & à quo appell. & ad l.* 5. *C. de judic.* Ratio, cur in *c.* 4. coram altero delegato, non vero coram arbitris ratio ſuſpicionis reddenda ſit, quando adjecta fuit illa clauſula, *quod ſi non omnes*, &c. facile deſumitur ex ipſa voluntate delegātis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Reliqua aut inutilia ſunt, aut excuſſa ad *l.* 16. *C. de judic.* Cauſa ſuſpicionis ſemel propoſita, non poteſt Judex delegatus ſubdelegare, niſi conſenſu recuſatoris. *c.* 5. Reliqua excuſſa ſunt ad *l.* 5. *C. de judic.* Ratio, cur in *c.* 6. ſubdelegatio revocari poſſit re adhuc integra, ſubjecta eſt *ibid.* de qua *nos lat. ad* §. *recte* 9. *Inſt. mand.* & *ad l. judic.* 58. D. *de judic.* Quod morte delegantis non exſtinguatur ſubdelegatio in *c.* 7. quando res non eſt integra, extra dubium videri debet. Sed idem videtur dicendum, licet res ſit integra, per ea, quæ notavi ad *pr. l.* 26. D. *mand.* quibus adde *c.* 9. *h. t.* De appellat. ad ſubdelegantem vel ad Principem, dixi *ſup. aliquot.* Quilibet ex plurib. delegat. in ſolidum cognoſcere poteſt, & uno cognoſcente, alii non debent ſe immiſcere, niſi cauſa cognita. *c.* 8.

Ad c. 9. & ſeqq.

Illa exceptio, quæ tamen revera exceptio videri non debet, quæ eſt in *d. c.* 9. ubi mandatum vel delegatio papæ non exſtinguitur morte ejus, licet res adhuc fuerit integra, confirmat regulam, quam indicavi ad *d. c.* 6. *h. t.* De appellatione ad papam, de qua in *pr. c.* 10. & *ſeq.* dixi cum uſu & applicatione *ſup. ſæp.* Sane à ſententia arbitri, de qua proprie *d. c.* 11. hodie datur reductio, ut *lat. ad l.* 32. §. 14. D. *de recept. qui arbit.* Ratio, cur in *c.* 12. executor non poſſit ſubdelegare, quando ei in genere mandatum eſt, ut eligat perſonam idoneam, intermixta eſt *ibid.* Delegatus, qui tenetur exequi mandatum in certo loco, interdum poteſt exequi in loco alio, ſi juſta cauſa ſubſit. *c.* 13. An & quando à ſubdelegato detur appellatio ad delegantem, de quo caſu *c. d.* 14. ſignificavi *ſup. ſæp.* Quinam ſint conſervatores, & quodnam ſit illorum officium, de quib. *c.* 15. indicavi ad *d. c.* 1. *h. t.* Sane in noſtris Eccleſiis non reperiri tales conſervatores, liquidæ conſuetudinis eſſe. Rectius ſolos Principes aut Magiſtratus eſſe conſervatores, qui ſuos cives conſervent & protegant contra calumniantium iniquitates, probavi *plurib. ad pr. proœm. Inſt.* & *alib.* Quin tamen iſtæ cauſæ aliis delegari poſſint, ſignificavi *ſup. cent.*

De offic. legat.

Tit. XV.

Cap. 1. & ſeqq.

Eccleſiæ reformatæ nec legatos papæ agnoſcunt, de quib. *d. c.* 1. nec legatos Senatus Eccleſiaſtici aut Synodi, quum verbum legati ſuperbiam redoleat. Ipſi Prophetæ aut Apoſtoli Dei aut Chriſti Legati aut Nuntii dici poſſunt, ſed Succeſſores eorum aut legati aut ſubdelegati dici nequeunt, ut *alib. probat. lat.* Qualia autem beneficia conferre poſſint, dixi *itid. ſup. ſæp.* Officium ſeu poteſtatem Commiſſariorum, quibus negotia Eccleſiaſtica ſæpe committuntur, ſignificavi etiam *ſup. ſæp.* Hinc comparatio, quæ in *c.* 2. inſtituitur inter legatum papæ vel Eccleſiæ & inter proconſules, aut præſides omnino claudicat. Quinimo morte Principis, licet regulariter mandatum non exſtinguatur morte mandantis, ut *notat. ſup.* officium Legati exſtinguitur, quum nova Principis creatio novum mandatum requirere videatur. Exſpirante gratia, exſpirat poteſtas executionis, quæ ad gratiam conferendam data erat. *c.* 3. Reliqua *d. c.* 3. & *ſeq.* inutilia eſſe, quis ex *noſtr. præmiſſ.* non animadvertit?

Quale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Quale ſit officium Legati Principis aut alterius Superioris Magiſtratus, partim in *anteced. h. t.* expreſſi, partim in *not. ad tit.* D. *de Legat.* Quod in collatione Principis requiritur, plerumque etiam in collatione Legati ejus ſervari debet. *arg. c. ult. h. t.*

De offic. ordinar.

Tit. XVI.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. agit de archiepiſcopis, metropolitanis, ſuffraganeis & officialibus, nullum uſum apud Reformatos habet. Nullam hierarchiam, nullam jurisdictionem in Eccleſiaſticis agnoſcunt. Quinam apud Nos in cauſis Eccleſ. ſint ordinarii judices, quodque eorum officium, ſignificavi *ſup. ſæp.* Canonici non poſſunt caſſare ab officio Divino, niſi ex conſuetudine. *c.* 2. Ratio, cur Canonici Ultrajectini Aliique ſimiles ceſſent à divinis papalibus, & tamen dicantur Canonici, veterumque præbendis aliiſque bonis utantur, data à nobis eſt ad *decret. Grat. & alib.* Cujus diſpenſatione, de qua *c.* 3. canonici noſtri plura beneficia poſſint poſſidere, ſignificavi *ibid.* In noſtris Sacerdotibus nec perſonatus aut dignitates, nec beneficia, nec cumulatio eorum ſpectantur, de quib. *d. c.* 3. *ſup. notat. ſæp.* Impium eſt juramentum, quo Prælatus vel Paſtor Eccleſiæ adſtrinxit ſubditos vel oves, ne prælati crimina Viſitatori Eccleſiæ aperirent. *arg. c.* 4. Jurisdictio ad certum locum reſtricta non debet extendi ad alium. Quorum expenſis in noſtris Eccleſiis fiat viſitatio, de qua more pontificio in *c.* 6. ſignificavi ad *decret. Grat. ſæp.* Male in *c.* 7. epiſcopis tribui carceris deputationem, aut ullam aliam jurisdictionis ſpeciem, notavi *itid. ſup. ſæp.* Sed nec viſitationem Eccleſiæ, nec ullam partem officii Eccleſiaſtici aliis ut mandatariis aut legatis mandari poſſe, notavi etiam *ſup. aliquot.* Facile quidem unus, altero impedito, ſubit vices collegæ, ſed nullum hic officium ſuperioris aut inferioris cernitur. An & quando canonici poſſint ceſſare à divinis, de quo caſu præcipue agit *c.* 8. dixi ad *c.* 2. *h. t.* An aliquando abſentes in negotiis Eccleſiaſticis vel capitularibus vocari poſſint, vel an teſtes recipi poſſint in abſentia partis, & lite necdum conteſtata, ſignificavi etiam *alib. ſæp.* Qui habet jus conferendi aut præſentandi, non debet occupare bona vel fructus officii vacantis, niſi vel jus ſpeciale, vel ratio ſpecialis concedat. *arg. c.* 9.

De majorit. & obed.

Tit. XVII.

Cap. un.

Quæ ratio, cur in *d. c. un.* Capitulum, ſede Epiſcopi vacante, poſſit aliquem abſolvere à pœna excommunicationis? Sane Senatus Eccleſiaſticus apud Reformatos non poſſet, cum jus abſolvendi ſolis Apoſtolis illorumque Succeſſoribus conceſſum videatur. M*att.* 18. Sed quid hoc nigrum ad dict. rubrum?

De pactis.

Tit. XVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Pactum, quo quis renuntiat privilegio vel favori pro ſe introducto, ſervandum eſt. *d. c.* 1. de quo *nos lat. ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

l. pen. C. de pact. Reliqua *d. c.* 1. de ſepultura & monachis apud Reformatos inutilia eſſe, manifeſte apparet ex *præced noſtr.* Sed omni laude dignum eſſe *cap.* 2. quod corrigit *l.* 15. *C. h. t.* pluribus probavi ad *d. l.* 15. Ratio, cur in caſu *c.* 3. pactum ſit ſervandum, indicata eſt ad *d. c.* 1. *h. t.* Plura ad *h. t.* pertinentia videre licet in *not. noſtr. ad h. t. D. & C.*

De procuratoribus.

Tit. XIX.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur laicus in *pr. d. c.* 1. poſſit eſſe procurator etiam in cauſis Eccleſiaſticis ſeu ſpiritualibus, ut pontifex loquitur, ſubnexa eſt *ibid.* de quo *nos lat. ad l.* 43. §. 1. *D. h. t.* Hodie tamen contra §. 1. *d. c.* 1 procuratorem non fieri dominum litis, notavi ad *l.* 15. *D. h. t. & l.* 23. *C. eod.* De procuratore ad negotia, de quo §. 2. dixi ad *l.* 8. §. 3. *D. mand.* Ratio, cur in *c.* 2. procurator, vel mandatum ejus pro libitu & ſine expreſſione cauſæ revocari poſſit, ſi lis nondum conteſtata ſit, ſecus vero, ſi conteſtata ſit, data à nobis eſt ad §. 9. *Inſt. mand. & ad l.* 17. *&* 64. *D. de procurat.* Ratio, cur ipſe dominus procuratori adeſſe poſſit, data eſt in *not. noſtr. ad l. Paul.* 69. *D. h. t.* Ratio, cur in *c.* 3. ſubſtitutio non poſſit revocari per procuratorem, qui facultatem ſubſtituendi acceperat, hæc dari ſolet; quia dictus procurator ſubſtituendo functus eſt ſuo officio, & deſiit eſſe procurator, cui & illa addi poteſt, quod non oporteat fines mandati egredi. *l.* 5. *D. mand.* Sed ſi procurator ad cauſas plures unam ſubſtituerit, in cæteris ipſe procurator manet. *d. c.* 3. *in fin.* Procurator generalis non poteſt procurare ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt. *c.* 4. de quo *nos lat. ad h. t. D. & C.*

Ad c. 5. & ſeqq.

Procurator generaliter conſtitutus ad negotia, etiam ad judicia peragenda datus intelligitur. *pr. d. c.* 5. Quod in §. 1. filius fam. poſſit creari procurator etiam ad lites ſine aſſenſu patris, præſertim ſi patris conſenſus primo requiſitus ſit, forſan probatur per *l.* 9. *D. de his qui ſunt ſui vel alien.* Sed quæ ratio, cur in §. 2. aliquis poſſit eſſe procurator ad negotia anno 18. ſed ad lites anno 25.? Sane ſi pontifex ſeſe fundat in jure Romano, errat ex communi DD. errore, ut probavi ad §. 5. *Inſt. quib. ex cauſ. manum.* ſed ſi jus Civile corrigere velit quoad procuratorem ad judicia, haud perperam majorem ætatem in eo requirit, quam 18. annos. Rectius tamen nulli certi anni requiruntur, præſertim in procuratore ad negotia, qui privatorum conſenſu conſtituitur, ut *lat. ad l.* 1. §. 4. *D. de exercit. act.* Sed quid hæc ſecularia ad patrem ſpiritualem? Ratio, cur in *c.* 6. *pr.* poſt occupationem prioris procuratoris non poſſit alter ſe intromittere, addita eſt *ibid.* ſed illa hodie non attenditur, cum procurator etiam poſt litem conteſtatam maneat nudus cauſæ miniſter, ut *notat. ad* §. 1. *d. c.* 1. *h. t.* Reliqua *d. pr. &* §. 1. excuſſa ſunt in *noſtr. ad l. plurib.* 32. *D. h. t.* Sane nullus video, cur in §. 2. judex in cauſis ſpiritualibus vel eccleſiaſticis unum ex duobus procuratoribus eligere poſſit, cum hoc jus partium ſpectet.

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 7. procurator non teneatur ſuſcipere mandatum, hæc dari ſolet; quia officium procuratoris eſt voluntarium. *l.* 8. §. 1. *D. h. t.* ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſed hoc hodie correctum eſſe, notavi ad *d.* §. Ergo poſt pœnitentiam recuſationis non tantum poteſt acceptare mandatum ſemel oblatum, ſed etiam tenetur. Hodie neminem proprie in propria cauſa procuratorem agere poſſe, notavi contra *c.* 8. *ſup. ad tit. Inſt. de iis per quos ag. & ad h. t. D. & C.* Poteſt quidem quilibet rei ſuæ adſiſtere, vel ſuam cauſam tractare, ſed propterea non videtur mandatum procuratoris revocatum. Ratio, cur in prima parte *c.* 9. procurator opus habeat ſpeciali mandato, nec ſubſtitutum dare poſſit, adjecta eſt *ibid.* ſed quæ ratio, cur in altera parte matrimonium non valeat, licet procurator ex ſpeciali mandato contraxerit? Subjecta quidem illa eſt, quia revocato mandato deficit conſenſus, ſine quo matrimonium habere non potuit. Sed quia probabilis ignorantia (quæ hic interceſſerat) nemini damnum debeat adferre. §. 10. *Inſt. mand.* quomodo matrimonium jam conſummatum altero invito poſſet diſſolvi? Sponſalia forſan ſub illa conditione contracta videri poſſent, niſi dominum pœnituerit promiſſionis, ſed nõ matrimonium, cui nulla conditio adjecta eſt. Sed forſitan pontifex reſpicit ad ſolennitates, quæ jure Canon. & hodierno pro ſubſtantia matrimonii requiruntur, atque adeo faciunt, quod matrimonium ſine illis nihil aliud ſit, quam promiſſio ſeu ſponſalia de futuro. Sed honeſta pacta etiam ſervanda eſſe, dixit ipſe pontifex ad *tit. de pact. in* 6.

De his quæ vi met. cauſ. ſi.

Tit. XX.

Cap. un.

Ratio, cur in *d. c. un.* abſolutio viribus vacua ſit, hoc eſt, ipſo jure nulla, ut explicant DD. *comm.* hæc dari poteſt, quia abſolutio excommunicationis vi metuve extorta videtur ſimilis matrimonio, quod vi metuve contractum eſt. Vel potius hæc datur, quod nullum negotium vi metuve extortum ſubſiſtere debeat, ut *nos lat. ad tit.* D. *quod. vi met. cauſ.* Sane excommunicationem ejus, qui vi extorſit abſolutionem, nimis duram eſſe pro prima coactione, ſignificavi *ſup. ſæp.* Subſtituamus ergo ſuſpenſionem vel interdict. de quibus etiam *d. c. un. & alia capit. præced.*

De reſtitit. in integ.

Tit. XXI.

Cap 1. & 2.

Mirum eſt, cur in *d. c.* 1. *& ſeq.* pontifex permittat, ut Eccleſia non poſſit reſtitui in integrum poſt quadriennium, cum pupillo vel minori, cui Reſpub. & Eccleſia comparantur, non currar præſcriptio, niſi 30. vel 20. ann. *l. ult. C. in quib. cauſ. reſtit. & l.* 3. *C. de præſc.* 30. *annor.* junct. *l.* 4. *C. quib. ex cauſ. major. & l.* 3. *C. de jur. Reipub.* Quinimo ipſa longiſſima præſcriptio pugnat cum bona conſcientia, cui in aliis pontifex ſtudere conatur. Adjicit etiam in fin *d. c.* 1. *& in ſeq.* niſi rationalis cauſa reſtitutionem ſuadeat. Si ergo vel ſola & probabilis ignorantia ſubſit, reſtitutio concedenda videtur, ut *lat. ad l.* 1. D. *ex quib. cau. major. in integr. reſtit.* Sane ſi error ſit in facto, Eccleſia poteſt uti jure communi, ut dicitur in *fin. d. c.* 2. de quo *nos lat. ad tit. de jur. & fact. ignor.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De arbitriis.

T I T. XXII.

Cap. 1. & 2.

Ratio, cur in primo membro *d. c.* 1. prævaleat ſententia duorum, cuilibet obvia eſt tum excommuni regula, quod majora vota concludant, tum ex tacita & veriſimili voluntate compromittentium. Sed quæ ratio, cur in caſu ſecundi membri dicantur arbitri concordes, & ejus ſententia dicatur efficax, qui dixit ſummam minorem? Hoc, inquam, pugnat cum alio jure Canon. & cum ipſa ratione naturali, ut notavi *lat. ad l.* 27. §. 3. *D. h. t.* Ratio, cur in *c.* 2. corrigatur lex civilis, ſcilicet *l.* 17. §. §. *ult. D. de recept. qui arbir.* duplex allegata eſt in *d. c.* 2. cujus prima aliquid dicit, videlicet hoc Principis eſſe, ut finem litibus celerius imponat. Sed altera ratio, quæ dicit, abſentiam tertii repleri præſentia Divina, aut nulla eſt, aut incerta eſt. Ut ut ſit, ratio in *d.* §. *ult. l.* 17. D. *h. t.* allegata facit rem dubiam, & ideo Nonnulli volunt, *d.* §. *ult.* ſervandum eſſe in foro civili, *d. c.* 2. ſervandum in foro eccleſiaſtico, ut videre eſt apud *Gloß. & Al. ad d. c.* 2. Pleniorem uſum videſis apud *nos in not. noſtr. ad d.* §. *fin.*

SEXTI DECRETAL.

LIBER SECUNDUS

D E

J U D I C I I S

T I T. I.

Cap. 1. & ſeqq.

RAtio, cur in *d. c.* 1. judex delegatus non poſſit partem litigant. compellere, ut ſe perſonaliter coram delegato ſiſtat, hæc dari ſolet; quia in *d. c.* agitur de cauſa civili, in qua litigantibus non poteſt jus ſuum auferri. Sed ut verum fatear, de illo caſu nihil in *d. c.* 1. apparet. Mallem reſpondere, quod regulariter liceat per procuratorem agere aut excipere, & ideo perſonalis comparitio nemini facile injungi poſſit, niſi in caſibus exceptis *d. c.* 1. junct. *not. noſtr. ad l.* 35. §. 2. D. *de procurat. & l. pen. de public. judic.* Quæ ratio exceptionis, cur in *c.* 2. mulier ne quidem teſtimonii dicendi gratia poſſit vocari perſonaliter? Da-

ta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ta quidem eſt in *pr. d. c.* 2. ſed frigida & minus prægnans, cum mulier male dicatur vagari, quæ veritatis cauſa nuſquam prohibetur ſe cœtibus virorum immiſcere. De fœminis religioſis, de quib. in *fin. d. c.* 2. nihil noto, niſi quod apud Reformatos nec reperiantur, nec tolerentur. Quum illi, qui ſunt 12. vel 14. annor. vix habeant firmum judicium, nullus video, quo jure pontifex in *c.* 3. puberes admittat, ut in ipſis ſpiritualibus vel per ſe vel procuratorem abſque auctoritate curatoris aut judicis conſtitutum litigare poſſint. Vide *not. noſtr. ad tit. C. qui legit. perſon.* De procuratore ſine aſſenſu patris, de quo in *fin. d. c.* 3. dixi ad *tit. de procurat. in*6. *& alib.*

De foro compet.

Tit. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *pr.d.c.* 1. agit de archiepiſcopo & ſuffraganeis, Nobis inutile eſt, ſed tamen ex eo ſumma formari aut reperi poteſt, quod ſcilicet judex appellationis non poſſit cognoſcere de cauſa principali ſeu primæ inſtantiæ, etiamſi judices inferiores aut partes conſentirent, ut *lat. ad tit. de elect. in* 6. Nemo poteſt aliquem compellere, ut recipiat ejus delegationem, niſi talis ſit, qui ratione juriſdictionis tenetur. §. 1. Qua actione Advocati vel Procuratores ſua ſalaria, de quib. §. in foro noſtro petere poſſint & debeant, dixi ad *l.* 1. §. 10. D. *de extraord. cognit. & alib.* An & quatenus aliquis ſortiatur forum ratione contractus, de quo etiam *d. c.* 2. *&* 3. dixi ad *l.* 19. D. *de judic.* Qui non eſt ſubjectus juriſdictioni epiſcopi, non poteſt ſubjici cenſuræ. *arg.* §. 4. Hodie apud Reformatos contra *c.* 2. clericos vel eccleſiaſticos à judice ſeculari ad debita ſolvenda compelli poſſe, *notat. ſup. ſæp.* Omnis anima ſubjecta eſto politicæ Ordinationi, ergo & anima perſonæ eccleſiaſticæ, ſaltem in cauſis civilibus. *Rom.* 13. Poteſt quidem laicus (licet ita loqui ordinis ſeu diſtinctionis gratia) coram Senatu Eccleſiaſtico graviter moneri, ut juramentum, de quo *c.* 3. ſervet, & debitorem principalem indemnem faciat, ſed nulla excommunicatio aut alia gravior cenſura ſtatim metuenda eſt. Miror etiam, cur in *d.c.* 3. ante cenſuram dicatur præmittenda admonitio, quum in variis aliis *capit.* ſine ulla aliqua prævia correptione fraterna infligatur excommunicatio, niſi dicamus, quod dicta capitula procedant in delictis gravioribus, licet *Gloſſ. ad d. c.* 3. requirat generaliter.

De lit. conteſt.

Tit. III.

Cap. 1. & 2.

Quæ quæſo ratio differentiæ, cur in *d.c.* 1. *& ſeq.* exceptio rei jud. tranſact. &c. impediant litis conteſtationem, non vero cæteræ exceptiones peremptoriæ? Reſp. quidem Canoniſtæ, quod prædictæ exceptiones ſpectent merita cauſæ, non vero litis conteſtationem. Sed illa ratio non penetrat aut movet, cum nemo debeat cogi ad judicium & ſumptus inutiles. Hinc Moribus exceptio peremptoria non ſolum poteſt opponi ante lit. conteſtat. ſed etiam debet, ſalvo tamen ordine procedendi. Etenim primo habenda eſt ratio exceptionis, licet reus teneatur reſpondere actori & ſimul opponere exceptionem, exceptis quibuſdam privi-

privilegiatis, in quibus ſubſiſtere poteſt, ut plurib. rationib. probavi ad *tit. Inſt. Dig. & Cod. de except.*

De juram. calumn.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeqq.

Recte, quidem pontifex in *d. c.* 1. dixit, juramentum de calumn. non eſſe de ſubſtantia judicii, quatenus ante litis exordium videtur exigendum, ſed rectius dixiſſet, in nulla parte judicii, aut nunquam exigendum eſſe, niſi judici ex juſta cauſa aliter videatur. *arg.* §. 2. *c.* 2. Plures rationes & Mores videre licet in *noſtr. ad* §. 1. *Inſt. de pœn. tem. litig. & ad tit. C. de jurejur. propt. calumn.* Ut tamen frequentiæ calumniarum, de qua §. 2. *d. c.* 1. occurratur, juſte actoris vel rei calumnia alio modo punitur, quem vide *ibid.* Ratio, cur in *c.* 3. procurator, qui ſpeciale ad hoc habet mandatum, poſſit præſtare juramentum calumniæ aut malitiæ, data eſt ad *tit. de procurat. in* 6. *& alib.* Cum ergo maxima ex parte *hic tit.* correctus ſit, nemini mirum videri debet, quod reliqua *dd. capit.* non excuſſerim. De teſtibus, qui jurare tenentur de non calumniando, dixi ad *tit. de teſtib.*

De reſtit. ſpoliat.

Tit. V.

Cap. 1. & 2.

In civilibus non admittitur ſpoliationis exceptio oppoſita ab alio, quam actore. *pr. d. c.* 1. Sed quid hæc ad eum, qui tantum prætendit juriſdictionem ſpiritualem aut eccleſiaſticam? Et quæ ratio ſolida differentiæ in criminalibus, præſertim ſi de tota alicujus ſubſtantia vel majore ejus parte controverſia ſit? Utique factum tertii non poteſt prodeſſe poſſeſſori iniquo, aut actori ſeu accuſatori juſte agenti nocere, ut *lat. ad* §. *ult. l. fin. C. de compenſat. & ad tit. Inſt. de interd. & ad tit. D. & C. und. vi.* vel *de vi & vi armat.* Quæ ratio etiam, cur in *d. pr.* ſpoliatio à tertio facta præciſe probanda ſit intra 15. dies? Sane aliquod tempus ad reſtitutionem dandum eſſe ei, qui à tertio ſpoliatus eſt, ut contra accuſatorem ſe melius defendat, & non plane maneat in inermis, probat *arg.* §. 1. Ratio §. *ult.* poteſt eſſe ſumma hæc: de publico ad privatum non fit compenſatio. *tot. tit. C. de compenſat.* Ratio ſpecialis, cur in *c.* 2. ſpoliatus teneatur probare titulum poſſeſſionis, haud obſcura eſt in ipſo *cap.* Sed quæ hodie vix attenderetur, cum probatio tituli pertineat ad cauſam proprietatis, & ſpoliatus ſimpliciter & ante omnia reſtitui ſoleat.

De dolo & contum.

Tit. VI.

Cap. 1. & 2.

Ratio, cur in *d. c.* 1. actor contumax condemnetur in expenſas, quas reus fecit, cuilibet obvia eſt. Sed quæ ratio, cur in *d. c.* actor de veniendo cavere teneatur, ſi reus poſt reſtitut. inmpenſ. denuo in jus vocetur? An non ſatius reo conceditur, ut rurſus poſſit petere ſuum intereſſe, ſi actor ſecunda vice contumax fuerit? Vide *not. noſt. ad* §. *temporal.* 10. *Inſt. de except.* Ratio, cur in *c.* 2. judex non teneatur appellantem & recedentem ulterius citare, interjecta eſt *ibid.* Hodie ne quidem regulariter reum citari ad ſenten-

ſententiam audiendam, notavi ad *l.* 47. D. *de re jud.*

De eo, qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſerv.

Tit. VII.

Cap. un.

Quando agitur de beneficio obtinendo, non fit ob rei contumaciam miſſio in poſſeſſionem, ſed ad ſententiam definitivam proceditur, lite etiam non conteſtata. *d. c. un.* quod & ſervatur Moribus, quibus regulariter contra contumaces abſentes proceditur ad definitivam, & ideo miſſio in poſſeſſ. bon. in hoc caſu abrogata eſt, ut *lat. ad l.* 13. C. *de judic. & ad tit.* D. *quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

Ut lite pend. nih. innov.

Tit. VIII.

Cap. 1. & 2.

Ratio, cur in *d. c.* 1. *& ſeq.* altera electio non valeat, quæ facta eſt pendente lite ſuper prima, licet unus ex electis mortuus ſit vel renuntiaverit, hæc videtur; quia vota eligentium non deciduntur, niſi per ſententiam, ſeu judicium non terminatur, niſi in eo, de quo inceptum eſt. *l. jud.* 30. D. *de judic.* Plures ration. collige ex *noſtr. ad tit.* D. *nih. innov. app. interp. & ad tit.* D. *ſi pend. app. mors interv.* Quin aliqui, quorum intereſt, poſſint admitti ad defenſionem litis inchoatæ, nemo dubitet. *d. c.* 2. *in fin.* quod & Moribus, quibus licet duobus litigantibus ſe jungere, ſervari quotidie, ſignificavi *alib.*

De confeſſis.

Tit. IX.

Cap. 1. & 2.

Regulariter poſitiones negativæ non poſſunt probari, niſi per confeſſionem ipſius adverſarii. *d. c.* 1. ubi tamen in *fin.* & alia exceptio indicatur, quam judex interdum admittere poteſt, æquitate ſuadente, ſed nullam indicat in ſpecie, quæ tamen in promptu eſt, quando pura negatio in ſe continet implicitam affirmationem, ut plurib. probavi ad *l.* 2. D. *de probat. & ad l.* 23. C. *eod. & Joan. Andr.* probavit ad *d. c.* 1. Sed quæ ratio, cur in *c.* 2. poſitiones actoris habeantur pro confeſſatis, ut loquuntur, ſi reus illis reſpondere noluerit? Utique non temere quis habendus eſt pro confeſſo, qui in veritate confeſſus non eſt, ut *nos lat. ad h. t.* D. & C. Hinc olim alia juris remedia, vel mulctę genera in uſu fuerunt, quæ videre licet apud *Gloſſ. ad d. c.* 2. Et cur non etiam in hoc caſu, ut in hoc caſu contumaciæ proceditur contra contumacem ad definitivam?

De teſtib. & atteſtat.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. mediatores ſeu ſocii criminis admittantur ad teſtimonium, addita ſingularis eſt *ibid.* Sed nos diximus *ſup. ſæp.* nullum teſtem repellendum, ex quo veritatem cauſæ expiſcari licet. Quantam autem fidem mereatur, hoc arbitrio judicis relinquendum videri, notavi *itid. ſup. ſæp.* Quomodo teſtes debeant jurare, de quo *c.* 2. quomodo poſſint reprobari, de quo etiam *d. c.* 2. dixi cum uſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ad *tit.* D. *& C. de teſtib.* An & quando ipſi actori & reo interrogationes, de quib. *itid. d. c.* 2. proponi poſſint, dixi ad *tit. de interrogat. in jur. fac.* Reliqua de abbate & conventu S. Nicol. Andeg apud Nos inutilia eſſe, quis non animadvertit ex *præced. noſtr.*? Ratio, cur in *c.* 3. nec Advocatus, nec procurator poſſit eſſe teſtis in cauſa appellationis, ſi appellanti patrocinatus eſt, data eſt ad *l. ult. D. h. t.* Sed quæ ratio, cur in *d. c.* 3. appellanti vel alii actori interdum poſſit deferri jusjurandum ſuppletorium? *Gloſſ.* teſtatur, communem *Canoniſtar.* opinionem eſſe, quod judex non cogatur, ſed quod poſſit vel reo vel actori deferre. Cæterum *nos ſæp. ad c. ult. de jurejur. & ad l.* 31. *D. & ad l.* 3. *C. eod.* contrarium probavimus, actori ſcilicet nunquam hoc jusjurandum neceſſarium ſeu ſuppletorium deferri poſſe.

De jurejurando.

Tit. XI.

Cap. 1. & ſeq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. jusjurandum prælati vel alterius, quo quis juravit, ſe ſervaturum ſtatuta Eccleſiæ vel Civitatis, non ſit obligatorium ad illicita vel impoſſibilia, haud obſcura eſt in ipſo *cap.* de qua *nos lat. ad c. ſicut.* 27. *ext. h. t. & ad c. int. cœt.* 22. *q.* 4. *cauſ.* 22. De jure Civili, quod etiam in *d. c.* 1. indicatur, dixi ad *l.* 14. *& anth. ſeq. C. de judic.* Juſte profecto pontefex in *c.* 2. exiſtimat illud jusjurandum ſervandum eſſe, quo uxor marito permiſit alienationem rei dotalis; quum prohibitio juris Romani tantum conſiſtat in ratione quadam civili, vel propria populi Romani, & ideo facile cedit jurijurando contrario, ut *lat. probat. ad tit.* D. *de donat. int. vir. & uxor.* Cæterum cenſura eccleſiaſtica ſive major ſive minor male conceditur Eccleſiæ in judices laicos, quos quidem ut Chriſtianos aut membra Eccleſiæ Chriſtianæ admonere aut corripere licet, ſed minime ob cauſam minorem excommunicare aut ſuſpendere, præſertim in materia juris aut politiæ, ut *ſup. notat. ſæp.* Electus ad aliquod officium, ſi ante confirmationem vel aggregationem appareat feciſſe contra juramentum, non debet confirmari. *arg. c.* 3. de quo *lat. ad c. queret.* 10. *ext. h. t.*

De exceptionibus.

Tit. XII.

Cap. 1. & ſeqq.

Illam conſiderationem, quam *Innocet.* 4. *in d. c.* 1. dixit piam eſſe, nequaquam piam eſſe, ſignificavi *ſup. aliq.* Etenim nulli mortalium, imo diabolo (ut alibi loquitur *Bart.*) juſtitia deneganda eſt, ergo nec excommunicato, præſertim ſi agat per procuratorem, ne reus ex delicto vel miſeria actoris lucrum ſentiat. Hiſce rationibus, quas dedi *alib.* facile cedunt iſtæ, quæ in *d. c.* 1. allegatæ ſunt, ut vel infanti apparet. Si in reum excommunicatum dictæ rationes pontificis non cadunt, ut Canoniſtæ tradunt *comm.* cur cadunt in actorem? Reliqua de accuſatione & probatione criminis objecti excuſſa ſunt ad *l.* 6. *D. de accuſat. & ad l. ult. C. de probat.* An & quando judex ex officio poſſit habere rationem exceptionis, quam reus omiſit, de quo cætiam *d. c.* 1. *in fin.* dixi ad *l. ult.* C. *de fideic. libert. & alib. ſæp.* Qua auctoritate *Bonifac.* 8. *in c. ult.* injungit judici ſeculari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

lari ſub pœna cenſ. eccleſiaſt. ut admittat exceptionem rei judicatæ per judicem eccleſiaſt.? Reſpondit *Gloſſ.* quia minor jurisdictio eſt ſub majore. Atqui omnis anima ſubjecta eſto politicæ ordinationi, ſaltem in cauſis judiciorum & ſimilibus mere politicis & ſecularibus. *Rom.* 13.

De præſcriptionibus.

Tit. XIII.

Cap. 1. & 2.

Miror profecto, cur Bonifacius tam male faciat tum in *d. c.* 1. tum in 2. & præſcriptionem permittat in ipſis rebus eccleſiaſticis. An non in ipſis *capit.* proxime præcedentibus idem papa magnam & præcipuam animarum curam agere voluit? Quo jure ergo, quave conſcientiæ tranquillitate adprobat præſcriptionem etiam ſub titulo, modo ſit cent. annor.? Cur non valet hic illa regula, non tollitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum? Plures etiam allegavi vel indicavi ad *h. t. ext. & ad eund.* D. *& C.*

De ſentent. & re jud.

Tit. XIV.

Cap. & ſeqq.

Nec illam ſuſpenſionem per annum, nec illam litis exiſtimationem, de quib. *d. c.* 1. rationi aut moribus convenientem eſſe, quando judex perperam judicavit, notavi ad *l.* 15. D. *de judic. & ad l. ult.* D. *de extraord. cognit.* Quid ergo teſtimonium Prophetæ (ſcilicet *Davidis Pſalm.* 36.) ad rem faciat, facile etiam quilibet leviter verſatus animadvertet. An papa in *c.* 2. Imperatorem juſte depoſuerit aut excommunicaverit, fruſtra apud Reformatos quæritur. Fruſtra etiam quæritur, an Eccleſia vel Senatus eccleſiaſticus poſſit, cum utrumque veriſſimum ſit, quod ſcilicet papa non poſſit excommunicare, multo minus ſubditos Imperatoris liberare à vinculo juramenti, & Electoribus concedere poteſtatem Imp. eligendi novi. Alterum, inquam, etiam veriſſimum eſt, quod ſcilicet ipſe Imp. vel Rex excommunicari poſſit, ſi videlicet ſæpius fraterne admonitus pœnitere noluit, ut *ſup. notat. aliquot.* An Sicilia ſit ſpeciale patrimonium beati Petri, de quo etiam *d. c.* 2. dixi *diſt.* 39. *cauſ.* 11. *q.* 1. *& alib.* Summa ex prolixo *cap.* 3. hæc eſt: qui petit rem certam cauſa expreſſa, ſi illam actor non probat, ſuccumbit, etiamſi aliam probet, maxime eam, quæ poſtea emerſit. Vide *not. noſtr. ad l. ſi rem. cert.* 6. D. *de rei vind.* Senſum *l.* 23. D. *de jud.* quæ in *d. c.* 3. deſignatur, indicavi in *not. ad eand.* Sane donationem, de qua potiſſimum agit *d. c.* 3. valere, etiamſi cauſa ejus non ſit expreſſa, licetque nudo pacto celebrata ſit, pluribus demonſtravi ad *l. ſi quis argent.* 35. *C. de donat.* Hodie raro aut nunquam ipſe judex ſolet legere ſententiam, ſed tamen arbiter, modo nomine omnium, ut in *c.* 4. ſed electio ad officium pronuntianda eſt in numero ſingulari, cùm ſingularis ſit electus. *d. c.* 4. Adde *not. noſtr. ad l.* 17. §. 2. *D. de recept. qui arbitr.* Moribus contra *c.* 5. judicem nec ad ſtandum, nec ad pronuntiandum teneri, notavi ad *cap. præced.* Sententia tamen ſcripta eſſe ſolet, ſed per Secretarium pronuntiata. Per me quidem licet, ut dicta formalia requirantur ſub pœna pecuniaria, ſed nequaquam ſub pœna nullitatis ſententiæ; quum nec Pontifex, nec Imperator poſſit requirere

pro ſubſtantia, quod per rei naturam de ſubſtantia non eſt, nec eſſe poteſt. Vide *not. noſtr. ad tit. C. de ſentent. ex brevic.*

De appellationib.

Tit. XV.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* agunt de appellatione ad papam, ſeu ſedem Apoſtolicam Romanam, nullum uſum apud Reformatos habent, ſed intermixta tamen vel ſummam vel quæſtionem ſuppeditant. An in *d. c.* 1. recte concedatur appellatio à qualibet ſententia interlocutoria, dixi ad hanc materiam in *D. & C.* Praxis ab ea concedit appellat. quæ continet gravamen, quod in cauſa principali reparari non poteſt, ut *notat. ibid.* De ſcriptura dixi ad *cap. tit. præced.* Judex recuſatus arbitris tempus præſcribere poteſt, intra quod cauſa ſuſpicionis finiatur. *c.* 2. de quo *nos lat. ad l.* 16. *C. de judic. & ad tit. de offic. delegat.* Nec epiſcopos, nec archiepiſcopos, nec ſuffraganeos, nec officiales, de quib. *c.* 3. agnoſcunt Reformati, ſed tamen appellationem admittunt à Senatu Eccleſiaſtico cujuſcunque Civitatis ad Claſſem tot. Provinc. à Claſſe ad Synodum, cujus conſuetudinis rationes dedimus ad *l.* 1. *D. h. t. & alib.* Reliqua, quæ ad appellationem in foro ſeculari pertinent, excuſſa ſunt in *noſtr. ad dict. mater. in D. & C.* Illam petitionem aut traditionem Apoſtolorum, de qua *c.* 4. hodie non ſervari, notavi ad *tit. D. de libell. dimiſſor.* Hinc nec illam delationem vel receptionem judicis, qua judex primæ inſtantiæ recipere ſolebat appellationem, de qua *c.* 5. uſu ſervari, omnino ſequitur ex *anteced.* Male ergo hic pontifex ſequutus eſt jus Civile, quod judicem continuat, qui tamen judex eſſe deſiit, ut pluribus probavi ad *d. tit. de libell. dimiſſ. & ad tit. de appellat. recip. vel non.*

Ad c. 6. & ſeqq.

Quæ quæſo ratio, cur in *d. c.* 6. tempus & cauſa appellationis ventilari poſſit coram judice, qui per ſuam ſententiam jam deſiit eſſe judex. *l. judex* 55. *D. de re jud.* Rectius ergo Moribus tempus appellationis ventilatur coram judice appellationis, qui & de tempore appellationis inſtituendæ & proſequendæ cognoſcit. Vide *not. noſtr. ad tit. C. de temp. & reparat. appell.* Ratio, cur in *c.* 7. innovata poſt appellationem interpoſitam revocentur, data eſt à nobis ad *tit. D. appell. interp. nihil innov.* præſertim ſi attentata interceſſerint poſt impetratam inhibitionem. *d. c.* 7. vel etiam poſt primam ſententiam intra tempus appellationi conceſſum. *d. c.* 7. Hinc **het mandament van attentaten met de clauſule van inhibitie.** Ab actibus ſeu oneribus extrajudicialibus etiam intra 10. dies appellandum eſt, qui currunt à die notitiæ gravaminis, non vero à die notitię actus. *c.* 8. junct. *Gloſ. ad id.* de quo *nos lat. ad tit. D. quand. appell. & ad tit. ſi tut. vel Magiſt. app.* Hodie contra *c.* 9. libellum appellationis exhiberi judici appellationis ad quem, non vero judici à quo, notavi *ſup. aliquot.* Tenet tamen appellatio, quæ tantum apud judicem primæ inſtantiæ adnotata eſt, modo appellans tempeſtive proſequatur. Sed non poteſt hodie judex à quo citare appellantem, ut revocet appellationem, vel ut audiat ejus revocationem, niſi, inquiunt Canoniſtæ, fuerit ſententia interlocutoria. Atqui jure Canon. ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ea appellare licet. *d. c.* 1. & appellatio ſuſpendit juriſdictionem judicis. *d. c.* 10. Uſus *c.* 11. nullus apud Reformatos eſt, niſi de collatione beneficii reperamus, quod *ſupra* de ea dictum eſt, ſcilicet eum, qui per illam in alium collatam ſibi putat præjudicium factum, vel ſe gravatum eſſe, appellare poſſe intra 10. dies &c. An & quando detur appellatio à ſententia interloquutoria, vel quando ea per appellationem à definitiva revocari poſſit, de quo caſu *c.* 12. dixi ad *d. c.* 1. *h. t.*

LIBER TERTIUS DE VITA ET HONEST. CLERIC.

TIT. I.

Cap. 1.

Quamvis apud Reformatos illi clerici, de quib. *d. c.* 1. agit, proprie non reperiantur, tamen *d. c.* aliis eccleſiaſticis applicari poteſt, quatenus illorum vita in primis debeat eſſe honeſta, & ideo ſi joculatores ſint, aut ſimilem artem ignominioſam exerceant, haud dubie ab officio removendi ſunt, licet nec annus interceſſerit, nec admonitio tertia, ut in *d. c.* Quinimo miror, quomodo quis clericus ſine remotione per annum goliardum aut bufonem agere potuerit. Plura hac de re in *noſtr. ad h. t. in antiq. ſeu ext.* & *ad tit. D. de his qui not. inf.*

De cleric. conjugat.

Tit. II.

Cap. un.

Clericus (ſcilicet in minoribus ordinibus conſtitutus) poteſt contrahere matrimonium, & ſi contraxerit cum unica, quæ virgo fuit, retinet duo privilegia in *d. c. un.* expreſſa, modo deferat vel circumferat habitum & tonſuram. *d. c.* Sed cur ſecus eſt in clericis, qui in ſacris ordinibus poſiti ſunt? Sane noſtros Eccleſiaſticos matrimonium contrahere poſſe, liquidi juris Divini videtur. An rectius abſtineant, ſi habeant donum continentiæ, alia quæſtio eſt, de qua *lat. ad tit. qui cler. vel vov. matrim.* & *alib.*

De cleric. non. reſid. &c.

Tit. III.

Cap. un.

Diſtributiones quotid. tantum inter præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

præſentes fieri debent, & ideo vulgo vocantur manualia beneficia ſeu victualia, quæ tantum reſidentibus tribuuntur. *d. c.* 1. Quamvis & hodie apud Nos Clerici vel Canonici reformati habeant **haer preſentie gelt**/tamen non tenentur intereſſe iſtis divinis, aut anniverſariis defunctorum, de quib. *d. c. un.* An & quatenus onus reſidendi redimi ſoleat, latius ex ipſis Canonicis intelligere licet.

De præbend. & dignit.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. hæc eſt: epiſcopus non tenetur præſentatum recipere, niſi prius facta aſſignatione congruæ portionis. An & quatenus hoc applicari poſſit noſtris Magiſtratibus, ſignificavi *ſup. ſæp.* In curia Romana nemo alius, quam papa beneficia vacantia conferre poteſt. *c.* 2. Sed quænam noſtra Eccleſia conferre poteſt? Poteſt quidem in locum denati ſacerdotis nominare & vocare alium, ſed approbante Magiſtratu, ne Reſp. capiat detrimentum, ut *lat. ad decret. Grat. & alib.* Tempus collationis, de quo *c.* 3. apud Reformatos receptum non eſt, ſed ſolet viduis paſtoris mortui annus dari gratiæ, antequam novus ſucceſſor proponatur. An non hoc ſapit ſimoniam, quod in *c.* 4. pontifex in ſuis literis poſſit alicui præbendam, vel aliud beneficium adſignare pro certa penſione? Quinam apud Nos dicantur clerici ſeculares, de quib. *c.* 5. dixi ad *tit. præced.* Quænam poſſeſſio inducat preſcriptionem, dixi ad *tit. de præſcript.* Summa ſeu nora ex *c.* 6. hæc eſt: magis dignum poteſt annecti minus digno. Verum ut verum fatear, illud notatum minus longe petitum videtur, aut ſaltem non videtur admittendum in praxi, cum illud officium, quod habet curam animarum, ita totum hominem occupet, ut nullam aliam Eccleſiæ adminiſtrationem admittat.

Ad c. 7. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 7. ille præferatur, cui primo canonicatus datus eſt, hæc eſt; quia fides primo data, primo ſervanda eſt, & ideo hic rectius pontifex, quam Imp. in *l. quot.* 15. *C. de rei vind.* ubi *lat.* Summa ex *c.* 8. quod fere per totum juris pontificii eſt, hæc eſto: taciturnitas ſeu ſilentium ordinis non facit literas Principis ſubreptitias. Summa ex *c.* 9. hæc eſto: canonicus de præbenda providendus eſt, ſed hoc in noſtris canonicis vix ſervatur. Summa ex *c.* 10. hęc eſt: mandatum papæ (vel Principis) alternative plures collatores includens, verificatur in primo vacante, ſed in ſimul vacantibus ordo ſcripturæ ſervatur. Clericus vel Canonicus per negligentiam non petens præbendam perdit eam. *c.* 11. ſed hoc vix hodie procederet, cum pœna non habeat proportionem cum delicto, ut *alib. lat.* Quæ ratio, cur in *c.* 12. poſterior præferatur priori contra *d. c.* 7.? Reſp. *Gloſſ.* hoc ſpeciale eſt ob auctoritatem papæ. Sed quo jure vel ille vel Princeps poteſt jus naturæ mutare? Hinc nec in *c.* 13. tenet collatio, quia pontifex ante eam alii dederat beneficium, quod per collationem auferri non poteſt, maxime ſi collatio per ignorantiam facta ſit, etiamſi per legatum papæ facta ſit. *c.* 14. Reliqua de ſervo Kalendario præpoſito, minus ad hunc caſum facientia, excuſſa ſunt in *noſtr. ad. l. ejus qui* 41. *D. de reb. credit.* Vide potius §. 10. *Inſtit. mand.* An & quatenus generi

per

per ſpecies derogetur, licet in ſpecie non fiat mentio de genere, dixi in *log. jurid.* Hodie reſignationes officiorum, de quib. & *d. c.* 14. plerumque fiunt in manus Principis aut aliorum Magiſtratuum ſuperiorum.

Ad c. 15. & ſeqq.

Ratio, cur in *d c.* 15. anterior præferatur, aut jus ejus non debeat abſorberi per mandatum poſterioris, data eſt ad *c.* 7. *h. t.* Cur tamen ſecundus præferatur primo in caſu, quando ſecundus impetraverat & præbendam & dignitatem, facile ex diverſa natura negotii, & ex ipſa veriſimili voluntate dantis colligitur. Mandatum de providendis dignitatibus non temere debet extendi ad dignitates, quæ majorem qualitatem, aut majus periculum animæ continent. Hinc nec electiva dignitas in §. 1. continetur ſub generali mandato de provid. dignit. Differentia tamen eſt inter collationem & inſtitutionem. §. 2. & ideo uno iſtorum caſuum expreſſo per mandatum, quod debet reſtringi, non poteſt mandatum extendi ad alios caſus. *d.* §. 2. Sed non adſtringit mandatum ſolum alterum, quando duos ſimpliciter includit, nec afficit duos, ſi ad unum directum eſt. §. 3. Recte *in c.* 17. per ſolum beneficii titulum jus & dominium videri tranſlatum, atque adeo dict. beneficium in *d. c.* in alium transferri non poſſe, notavi ad *c.* 7. *h. t. & alib.* Cætera certi juris ſunt.

Ad. c. 18. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 18. ille, qui vi & injuſte occupavit beneficium ſecundum, privetur primo, addita eſt *ibid.* Sed hodie in foro ſeculari vix attenderetur, quum in eo pœnæ privationis videantur abrogatæ, ut *ſup. notat. ſæp.* Dignus tamen eſt, qui graviori pœna puniatur, ut *notat. ibid.* Quomodo apud Reformatos Belgas puniatur ille, qui propria auctoritate convolavit ad munus paſtorale, vel aliud eccleſiaſticum, videre licet **in de kercken ordeninge** / *art.* 3. Nota, inquit *Gloſſ. ad c.* 19. id, ad quod allegatur *præſ. cap.* quod obtinens ſufficiens beneficium non ſit idoneus ad obtinendum aliud beneficium. Adde *c.* 32. *pr. h. t.* Sed quo modo hoc convenit cum aliis *præced. capit.* ubi tamen plura beneficia in unum eundemque collata fuerunt? Quin hoc pugnat cum ipſo *d. c.* 19. ubi dicitur, quod pontifex ſufficienter beneficiato providere poſſit, & ſic idoneum facere, qui per ſe idoneus non eſt. Sane conceſſio de providendis beneficiis ultra duo non extenditur in eo, qui jam unum beneficium habet. *d. c.* 19. in *fin.* Ratio, cur in *c.* 20. ille, qui dimittit beneficium, recuperet ſuum, quod amiſerat, haud obſcura eſt in medio *cap.* de qua ad *d. c.* 13. *h. t.* Subreptio vitiat gratiam Principis ipſo jure. *arg. c.* 21. An & quando taciturnitas ſubreptionem faciat, dixi ad *c.* 8. *h. t. & alib.*

Ad c. 22. & ſeqq.

Mandatum Legati ſuper aliqua proviſione inſtituenda per Principem confirmatum videtur ipſa gratia Principis, & ideo beneficium ex proviſione mandata profectum, videtur ab ipſo Principe profectum. *arg. d. c.* 22. Taciturnitas non nocet, quando Princeps proprio motu beneficium daturus fuit. *arg. c.* 23. Hinc in *c.* 24. pinguior dignitas competit ei, cui pontifex proprio motu dignitatem contulit, & competit electio ei, cui duo æqualia beneficia collata ſunt, ſed hoc forſan ſpeciale in beneficiis, ut *lat.* videre eſt in *noſtr. ad l.* 37. *D. de leg.* 1. Gratia Principis in caſu dubio non præjudicat

con-

conſuetudini receptæ. *arg. c.* 25. Qui non percipit fructus beneficii, ille etiam non poteſt dici nactus plenam ejus poſſeſſionem. *c.* 26. Ratio, cur in c. 27. mandatum ad præbendam non ſacerdotalem non poſſit extendi ad ſacerdotalem, adjecta eſt *ibid. in fin.* de qua *nos lat. ad l.* 5. D. *mand.* Licet quis videatur poſſidere contra jus, haud tamen poſſeſſio ab eo evelli poteſt, eodem non vocato. *arg. c.* 28. An collatio hodie transferat poſſeſſionem, indicavi ad *l.* 23. *de adq. poſſeſſ.* Simplex mandatum de providendo non inducit præbendam digniorem, præſertim ſi præbendarius minus idoneus ſit. *arg. c.* 29.

Ad c. 30. & ſeqq.

Ceſſante cauſa beneficii promiſſi, ceſſat ejus petitio. *d. c.* 30. Magnum ſolet eſſe commodum poſſeſſionis. *l. ult. C. de rei vind.* & ideo in *c.* 31. præfertur ille in caſu dubio, qui primo poſſidet. Præfertur & ille, qui accepit beneficium ab eo, qui ampliorem habet prærogativam. *d. c.* 31. Mallem tamen rem ſorti committere, quod magis juri Divino convenit, ut *alib. lat.* An & quando unus idemque, præſertim religioſus, duobus officiis fungi poſſit, de quo caſu *pr. &* §. 1. *c.* 32. dixi ad *c.* 19. *h. t.* Quando agitur de collatione aut receptione, vocandi etiam ſunt canonici abſentes. *c.* 33. De collatione ſolius papæ, de qua in *c.* 34. non ſum ſolicitus, & de dietis legalibus dixi ad *leg.* 1. *D. ſi quis caut. &c.* De aggregatione vel adprobatione, quæ in Diœceſi Ultraj. ab Ordinibus petenda eſt, dixi *itid. ſup. ſæp.* Longa vacatio eccleſ. ſolet periculum adferre animabus. *c.* 35. Quæ ratio differentiæ in *c.* 36. Nam ſi mandatum ſeu gratia concedentis non exſtinguatur morte concedentis, ſi nullæ perſonæ expreſſæ ſint, cur ſecus, ſi expreſſæ ſint? Vide *not. noſtr. ad pr. l.* 26. *D. mand.* Hodie Epiſcopos noſtros non teneri ad alimenta præſtanda, de quib. *c.* 37. certum eſt, ſed tamen *Ordinat. Eccleſ. noſtrar.* injungit *art.* 11. Senatui Eccleſiaſtico, ut verbi Divini Miniſtris provideant de vitæ neceſſariis &c. *Art.* 19. injungitur Eccleſiis, ut ſibi proſpiciant Studioſos Theologiæ, qui ex bonis publicis alantur.

Ad c. 38. & ſeqq.

Quatenus in *d. c.* 38. gratia ſpecialis poſterior deroget priori generali, licet de ſpeciali nulla etiam mentio facta ſit, dixi ad *c.* 14. *h. t.* An Bonifacius in *c.* 39. recte aut jure potuerit revocare gratias ſeu privilegia, quæ prædeceſſores ejus conceſſerant, ſignificavi ad *d. c.* 36. *h. t.* Sed ſi de facto tamen revocaverit, illa revocatio non tollit jus quæſitum, ſed tamen quærendum, niſi jus annexionis aliud ſuadeat. *d. c.* 39. nec tollit jus quærendum annexum juri digniori jam quæſito. *d. c.* 39. Illam regulam, qui prior eſt tempore, poſterior eſt jure, male temperatam eſſe in *c.* 40. ubi revocatio gratiæ facta eſt, ſignificavi jam *aliquot.* Sane ſi heres vel ſucceſſor tenetur ex promiſſione prædeceſſoris, ergo & papa ſuccedens in locum præcedentis mortui tenetur ſervare gratiam ſemel rite conceſſam. In caſu dubio non præſumitur papa vel Princeps auferre jus ſingulare, quod alicui ſpecialiter ante conceſſum fuit. *arg. c.* 41. Quid hodie ſervetur in præbendis, aut dignitatibus ſeculariſatis aut reformatis, ſignificavi *ſup. aliquot.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De cleric. ægrot. &c.

Tit. V.

Cap. un.

Illas cauſas majores, vel illa reſervata papæ, de quibus potiſſimum *d. c. un.* agit, noſtræ Eccleſiæ non agnoſcunt, ſed ſi quis Eccleſiæ Miniſter ægrotet, non poteſt abſtinere ordinaria functione ſine conſenſu aut conſilio Senatus Eccleſiaſtici. *art.* 14. **Kerck-ordeñ.** Quomodo alendi & ſuſtentandi ſint, qui perpetuo impediuntur, docet *art.* 13. Recte ergo in *d. c. un.* infirmo adjicitur coadjutor, qui debet habere moderatas expenſas de proventibus iſtius epiſcopi, cui adjunctus eſt. Sed quæ ratio, cur in *d. c. un.* non currat præſcriptio contra Romanam eccleſiam in iis, quæ ſibi reſervavit in ſignum generalis dominii, & tamen currat in aliis rebus eccleſiaſticis? Scilicet pontifex ſæpe ſibiipſi non conſtat.

De inſtitutionibus.

Tit. VI.

Cap. 1. & 2.

Cui non competit jus conferendi, ei tamen ſæpe competit jus inſtituendi. *d. c.* 1. Quid juris hodie habeant Capitula reformata aut ſecularizata, ſignificavi *ſup. ſæp.* De jure patronatus *inf. lat. ad tit. de jure patron.* Qui in cæteris idoneus eſt, non temere ob alium defectum repellendus eſt. *arg. c.* 2. Hinc in interpret. ad *art.* 5. **van de Kerck-orden.** requiritur à patrono alic. eccleſ. ut perſonam habilem præſentet, de qua Claſſis judicare debet. Sed hac de re *lat. ad tit. de jure patronat.*

De conceſſ. præb. & eccleſ. &c.

Tit. VII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. pontifex nepotem prætulerit Draconi, hæc dari ſolet; quia Draco acceperat dignitatem poſt collationem ordinarii. Hinc notandum, inquit *Gloſſ.* quod in judiciis non ſit facienda acceptatio perſonarum, quod eſt contra illos judices, qui gravant ſuos conſanguineos, ut videantur juſtiores, ſed prudentes judices ſe exonerant à talibus cauſis, ne videantur hominibus judicaſſe affectione carnali. Reliqua *d. cap. prolixi* inutilia eſſe, manifeſte patet ex *præmiſſ. noſtr.* Ratio, cur in *c.* 2. promiſſio de beneficio vacaturo ſit reprobata, interjecta eſt *ibid.* Sed illa ſufficiens non videtur, cum dicta promiſſio per ſe vel in ſe non ſit turpis. Præſtat quidem non promittere, ſed dum quis promittit futurum beneficium, promiſſio ſervanda eſt. Si pactum de futura ſucceſſione hereditatis pontifici non videatur improbum. *c.* 2. *de pact. in* 6. cur ſecus eſt in pacto vel promiſſione de futura ſucceſſione beneficii? Per me tamen licet, ut ob *ration. allegat. in d. c.* ſtatuatur pœna pecuniaria (non tamen pœna nullitatis promiſſi) in eum, qui vacatura promiſit, & ideo jus vetus, quod in *d. c.* corrigitur, male correctum cenſeo.

Ad c. 3. & ſeqq.

Multa licent in genere, quæ non licent in ſpecie. *d. c.* 3. ſed ratio, cur in *d. c.* ei non liceat acceptare certum beneficium futurum, cui in genere futura beneficia vacatura promiſſa ſunt, nequaquam ſufficiens videtur, ut *notat. ad d. c.* 2. Poſſet ratio *d. c.* fundari in violatione mentis pontificis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

vel Principis, qui tantum in genere loquutus eſt de vacaturo in certo, & ideo reſervationes, aut proceſſus, aut decreta contra facta recte in *d. c.* annullantur. Recte etiam manus ordinarii dicuntur non ligatæ, quamdiu acceptatio in genere non eſt facta. *d. c.* 3. *&* *d. c.* 1. Sed ligantur manus ordinarii in *c.* 4. quando executor deputatus beneficium primo vacaturum reſervavit ſuæ collationi. Sed quid hæc ad Reformatos? An donatio præbendæ poſſit fieri à ſolo capitulo, an etiam requirarur conſenſus epiſcopi, de quo caſu *c.* 5. fruſtra quoque hodie apud Nos quæritur, ut *notat. ſup. ſæp.* Qui ſemel fuit contumax in providendo, non videtur vacante præbenda monendus, ut conferat. *d. c.* 5. Receptio in canonicum afficit præbendam vacaturam. *c.* 6. ubi plura de executore ad compellendum, qui in noſtris Eccleſiis non agnoſcitur, quia nullam poteſtatem compellendi prætendunt. Injuſte pontificem in *c.* 7. tertio dare prærogativam, cum primo & ſecundo jam jus competat, notavi *ſup. aliq.* Sane illa ſimilitudo, quæ deſumpta eſt ex *l.* 2. §. 15. *vel* 17. *D. ad SC. Tertull. & Orphit.* omnino claudicat, imo plane aliena eſt à caſu *d. c.* ut vel in jure infanti apparet. Si in *c.* 8. revocatio gratiæ non habeat effectum, ſi jam collatio facta eſt, cur ſecus ſi tantum promiſſio facta eſt? An non periculum animæ in eo, qui non ſervat promiſſa? An non jure gent. ſola voluntas donantis transfert dominium, licet ipſa res necdum tradita ſit? Vide *not. noſtr. ad l.* 35. §. 5. *C. de donat. & alib.*

De ſede vac. aliq. innov.

Tit. VIII.

Cap. un.

Quando ad duos pertinet jus collationis, & unus ex illis mortuus ſit, vel inhabilis factus, poteſt alter conferre. *pr. d. c. un.* Sed ſi ad unum tantum ſpectet collatio, licet alterius conſenſus adhibendus ſit, non poteſt alter conferre primo exiſtente inhabili. §. 1. Mortuo quoque eo, cujus conſilium adhibendum eſt, tunc alter conferre poteſt. §. 2. ne vacanti beneficio periculum immineat. *d.* §. *in fin.*

De reb. eccleſ. non alien.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. alienatio decimar. vel alterius rei eccleſiaſticæ non valeat, varia redditur in *ipſo cap.* Nota primo, inquit *Gloſſ.* quod duobus caſibus alienatio rer. eccleſiaſt. permiſſa ſit, ſcilicet quando vel evidens neceſſitas ſubeſt, vel utilitas ipſius eccleſiæ; ſed neutri facile creditur, licet de utraque facta ſit mentio in inſtrumento. *d. c.* 1. Vide tamen *not. noſtr. ad* §. 8. *Inſt. de rer. diviſ.* Sane ſi res eccleſiaſticę alienari vel ſubmitti poſſint laicis ex ſpeciali diſpenſatione papæ. *c.* 2. quidni etiam ex ſpeciali permiſſione Principis, qui res eccleſiæ Romanæ datas intelligit antichriſtianæ vel falſæ religioni datas eſſe? Vide *not. noſtr. ad h. t. ext. & alib.*

De rer. permut.

Tit. X.

Cap. un.

Summa *d. c. un.* hæc eſt: non obſtantibus exſpectationibus beneficiorum permutatio fieri poteſt. Sed cur hic non attenditur votum captandæ mortis, ut in *c.* 2. *& ſeq. tit.* 7. *de con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

conceſſ. præb.? Fateor tamen, ipſam permutationem licitam eſſe, cum nulla lege prohibeatur, & ideo nec video, cur in *d. c.* ex rigore juris vetita videatur. Quod affectus vel actus agentium non debeant extendi ultra illorum intentionem, latius probavi ad *l. non omn.* 19. D. *de reb. credit.*

De teſtam. & ult. vol.

Tit. XI.

Cap. 1. & 2.

Mirum eſt, cur pontifex, qui vix errare poteſt, in *d. c.* 1. adprobaverit ſubſtitutionem pupillarem, qua pater contra jus naturæ (ut ipſe pontifex in *fin. d. c.* fatetur) poteſt matrem filii præterire. & filio impuberi dare heredem extraneum in bonis ipſius filii vel filiæ. Plures rationes & Mores *d. c.* contrarios videre licet in *noſtr. ad tit. Inſt. & Dig. de vulg. & pub. ſubſtit.* In ſubſtitutionibus ſemper (ſaltem in caſu dubio) interpretatio ita facienda eſt, ut potius directæ intelligantur, quam obliqnæ, ne heres temere deducat quartam. *d. c.* 1. Sane in abſtracto ſeu jure gent. nequidem heredi gravato fideicommiſſo deductio quartæ cõpetit, ſi extraneus ſit, ut *lat. ad tit. D. & C. de SC. Trebell. & ad cap. Raynut. & Raynald. ext. h. t.* Noſtros religioſos contra *pr. c.* 2. poſſe officium executoris teſtamento injunctum ſuſcipere abſque conſenſu alicujus Superioris, certum eſt. Ratio, cur in §. 1. uno ex executoribus mortuo poſſit alter officium executionis adimplere, intermixta eſt *ibid.*

De ſepulturis.

Tit. XII.

Cap. 1. & ſeqq.

Eccleſiæ traditiones nullo modo fieri poſſe ſub interminatione maledictionis æternæ, vel ſub obligatione conſcientiæ, ſupra contra *d. c.* 1. probavi *ſæp.* Pacta quoque de ſepultura eligenda apud Reformatos nullum periculum animarum continere intelliguntur, niſi forſan vi extorta fuerint, vel alio modo illicita. Quo caſu ſepelientes aliquem indebite tenentur reſtituere, quidquid exinde receperunt, ut notat *Gloſſ. ad d. c.* 1. Quæ ratio, cur in *c.* 2. fratribus minoribus vel aliis religioſis debeatur portio canonica? Reſpondit *Gloſſ.* pro laboribus & adminiſtratione Sacramentorum. Sed quomodo tunc liberabuntur à crimine ſimoniæ, in quod incurrunt, qui pro bonis ſpiritualibus pecuniam accipiunt? Cur non contenti ſuis decimis, vel mercede ex communi ſolvenda? Electio ſepulturæ etiam in loco minus religioſo licita eſt. §. 1. *d. c.* 2. Tranſlatio perſonæ in alium locum, ubi mortua eſt, non impedit ſepulturam in ſepulchris majorum. *c.* 3. Mulier, quæ plures maritos habuit, ſepelitur cum ultimo. §. 1. ubi & ratio addita eſt. Filiusfam. poteſt quidem abſque conſenſu patris eligere novam ſepulturam, ſed non poteſt patre irrequiſito aliquid adjudicare pro anima. *d. c.* 4. Sed quid pro anima cum aſſenſu patris? Illud legari aut donari cum crimine læſæ Majeſtatis Divinæ, notavi *ſup. ſæp.* Cur etiam religoſi in *c.* 5. non poſſunt, quod poteſt filiusfam. qui etiam nec libere velle, nec nolle poteſt?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De decim. primit. & oblat.

Tit. XIII.

Cap. 1. & 2.

Per me licet, ut populus in Templis juxta *d. c.* 1. admoneatur de juribus ſolvendis, quæ Eccleſiaſticis debentur. *art.* 19. **van de Kerck. Ord.** ſed decimas vel primitias vel oblationes non agnoſco, ut *not. ad decret. Grat. ſæp. & ad h. t. ext.* An ergo novalia, de quib. *c.* 2. poſſint gravari vel ordinariis decimis, vel dimidia earum parte ob favorem religionis, nullus inquiro. Certe novalia regulariter non eſſe gravanda aliquo onere decimar. aut ſimili, probatur ex eo fundamento, quod alias nemo illa novalia vel novos agros ſteriles vellet ſuſcipere colendos & meliorandos, niſi ſaltem per aliquot annos à dicto onere eſſent immunes, ut *lat. ad h. t. in antiq. ſeu ext.* Quo jure Canonici reformati aut ſecularizati retineant decimas, vel Alii eas ab Ordinibus Provinc. emant aut redimant, dixi *ſup. ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Maxime tamen ex illis reformatis decimis alendos videri Sacerdotes Eccleſiæ, probavi *itid. ibid. ſæp.*

De regular. & tranſ. ad relig.

Tit. XIV.

Cap. 1. & ſeq.

Summa ex *d. c.* 1. inutili hæc eſto: profeſſio religionis ante annos diſcretionis non ligat profitentem. Male tamen vel in matrimonio ſpirit. vel carn. (ut Canon. loquuntur) requiri certam ætatem annor. notavi *ſup. ſæp.* Rei, inquam, natura non patitur, ut certi anni præſcribantur. Quinimo Deo fit injuria, qui quoſdam citius, quoſdam tardius idoneos facit. Ergo etiam in *c.* 2. male Domino lucrari dicuntur, qui poſt ann. 14. monaſterium ingrediuntur, tum ratione ætatis, tum ratione ipſius religionis, quam monaſterio addicunt. Pari rationis ſimilitudine induci oportet. *c.* 3. An & quando ſolus papa vel princeps legem exorbitantem extendere poſſit, ſignificavi *alib. ſæp.* Pendente conditione beneficiati non poteſt beneficium alteri conferri. *arg. c.* 4. Sed quæ ratio, cur in *c.* 5. poſterius votum ſolenne deroget priori ſimplici? An ergo ſolennitas eſt de ſubſtantia promiſſionis? Ergo non ſufficit pœnitentia, ſed ipſum votum ſemel Deo factum ſervandum eſt. *Deut.* 23. *v.* 21. *& ſeqq.* Quando creatio alicujus regularis vel alterius eccleſiaſtici pertinet ad utrumque vel duos, uno mortuo, poteſt fieri ab altero. *c.* 6. de quo *ſup. ſæp.*

De voto & voti redempt.

Tit. XV.

Cap. un.

Quæ quæſo ratio differentiæ, cur in *d. c. un.* votum ſolennizatum dirimat matrimonium poſtea contractum, non vero dirimat votum ſimplex, ſed tantum impediat contrahendum? Si voti ſolennitas tantum ex conſtitutione eccleſ. vim accipiat, & matrimonii vinculum originem ab ipſo Deo habeat, ut ipſe pontifex in *d. c.* loquitur, cur origo Dei hic cedit origini tadit. eccleſ.? Ipſum votum caſtitatis illicitum aut impium eſſe, adeoque ipſo jure nullum, notavi *ſæp. ad decret. Grat. & alib.* Nemo ergo dubitet de matrimonio abprobando, quod poſt tale votum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

votum contractum eſt.

De ſtatu regular.

Tit. XVI.

Cap. I.

Moniales illas, de quib. *d. c.* I. ſeu *un.* agit, apud Reformatos nec tolerari nec probari, notavi *ſup. ſæp.* An tamen plures virgines, quæ omnes habent donum continentiæ (quarum numerus haud dubie exiguus) poſſint inſtituere collegium ſeu monaſterium, ex quo tamen egredi liceret, alia quæſtio eſt, de qua *alib.* An papa vel eccleſia præcipere quid poſſit ſub pœna maledictionis æternæ, de qua §. *ult. d. c.* notavi *itid. ſup. ſæp.*

De religioſ. domib.

Tit. XVII.

Cap. un.

Domos illas religioſas, de quib. *d. c. un.* nequaquam apud Nos tolerari, aut tolerandas eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Sed an per ſe vel in ſe illicitæ ſint, alia controverſia eſt, de qua *nos alib.* Diverſitas religionum, inquit pontifex in *d. c.* inducit confuſionem, ſed unde illa, niſi ab ipſo pontifice, non vero à Deo, qui Unus eſt, & unam religionem admittit. Reliqua *d. c.* inutilia eſſe, quis tam hoſpes aut peregrinus in Belgio noſtro, tamque alienus à ſana ratione, qui hoc non animadvertit?

De capell. monach.

Tit. XVIII.

Cap. un.

Summa ex *d. c. un.* quod etiam apud Reformatos inutile eſt, hæc eſto: ut matrimonium carnale perpetuum eſt, ſic etiam ſpirituale, aut ſaltem eo voto contrahitur, ſeu tale in ſe & ſuâ natura eſt. Hinc **in de Kerck. Ordén.** *art.* 12. Paſtor Eccleſiæ dicitur Eccleſiæ perpetuo obligatus, ita ut ſe abſque conſenſu Claſſis ad aliud vitæ genus conferre non poſſit.

De jure patronat.

Tit. XIX.

Cap. un.

Qui eccleſiam aliquam fundavit, aut dotavit, ille nanciſcitur jus patronatus. *d. c. un.* Sed quo jure poteſt laico concedi jus patronatus, cum annexum ſit juri ſpirituali? Reſpondit *Gloſſ.* illa conceſſio fit ex diſpenſatione juris, non de mero jure, ut laici facilius inducerentur ad eccleſias fundandas. Laici tamen patroni intra tempus quadrimeſtre præſentare poſſunt, eccleſia intra ſemeſtre, licet à laicis jus patronatus adquiſierit. §. I. An & quatenus dictum jus patronatus in noſtris Eccleſiis poſſit recipi, dixi ad *h. t. ext.* Quid ſervetur in hac Provincia Ultrajectina, videre licet in reſp. ad *art.* 5. **in de Verklaer. gedaen by de Gedeput. &c.**

De cenſib. exact. & procurat.

Tit. XX.

Cap. I. & ſeqq.

Proprie illos archiepiſcopos, vel epiſcopos non habemus, de quib. *d. c.* I. ſed Claſſis ſolet duos Miniſtros eligere, qui Viſitatores vocantur, quiq; ſingulis annis Eccleſias viſitare ſolent, hoc eſt, inquirere in vitam Miniſtrorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Eccleſ. &c. *art.* 44. **van de Kerck. Orden.** Quin dicti Viſitatores debeant prius viſitare ſuas eccleſias, dubium non eſt. *arg. pr. d. c.* 1. Quod etiam non poſſint accipere procurationem in pecunia, ſed tantum in victualibus, probari poteſt. *arg.* §. *pen. d. c.* 1. Pœna ſecus facient. de qua *c.* 2. apud Nos arbitraria videtur, ut *ſup. ſæp.* Sane ſi privatus non poteſt ſentire lucrum ex delicto alterius, ergo multo minus eccleſ. Ratio, cur in *c.* 3. epiſcopus vel viſitator poſſit ſaltem pecuniam accipere pro victualibus, adjecta ex Apoſtolo eſt *ibid.* quæ ideo etiam Moribus attendenda videtur in locis, quæ pecuniam dare poſſunt, ſed communiter expenſæ fiunt ex ærario publico, ut *notat. ſup. aliquot.* An & quatenus clerici ſeu eccleſiaſtici ſint immunes ab exact. pedag. aut vectigal. de quib. *c.* 4. dixi ad *l. placet.* 5. *C. de SS. Eccleſ. & alib.* Temeraria ergo excommunicatio in *d. c.* licet quis exegerit, quod exigere non poteſt, ut *notat. ſup. ſæp.* An epiſcopus vel viſitator iterare poſſit viſitationem, de quo aliquo modo *c.* 5. Claſſis arbitrio apud Nos relictum videtur. *d. art.* 44.

De conſecrat. eccleſ. vel altar.

Tit. XXI.

Cap. un.

Quæ ratio differentiæ in *d. c. un.* cur ſcilicet polluta eccleſia, pollutum videatur ejus cœmeterium, & tamen polluto cœmiterio, non tamen polluta videatur eccleſia contigua? Dicit quidem Bonifacius in *d. c.* quia minus non debet ad ſe trahere majus, nec acceſſorium ad ſe principale. Sed illa ratio non bene facit ad rem, ut cuilibet cordatiori facile apparet. Porro nullus video, cur in *d. c.* quælibet effuſio ſanguinis aut ſeminis polluat eccleſiam vel templum, licet quis inique ad ſanguinem verberatus ſit, modo juſta vindicta non defuerit. Putabam ſancta inquinari non poſſe. *c.* 15. *q. ult. c. ult.*

De reliq. & venerat. ſanct.

Tit. XXII.

Cap. un.

Illa feſta 12. Apoſtolor. 4. Euangeliſt. & 4. Doctorum & Confeſſorum, de quib. *d. c. un.* agit, continere honorem, qui ſoli Deo competit, atque adeo cultum idololatricum jure Divino prohibitum, notavi *ſup. aliq.* Saltem meras traditiones eſſe eccleſ. Rom. per quas pontificii ipſum Deum colere conantur, non inficiantur ipſi pontifices, ſed fateri coguntur, Deum fruſtra coli traditionibus humanis. *Matth.* 15.

De immunit. eccleſ. cœmet. &c.

Tit. XXIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Hodie Eccleſiaſticos vel Sacerdotes novi Teſtamenti recte teneri ad vectigalia, atque adeo illorum poſſeſſionibus de novo quæſitis, de quib. *d. c.* 1. imponi poſſe tallias ſive exactiones pro communi bono Reipub. dixi *ext. ad h. t. & alib. ſæp.* Summa igitur una atque altera ex *pr. c.* 2. hæc eſto: ingreſſus ad eccleſiam debet eſſe humilis. In Eccleſia non debet fieri confabulatio, nec contractus, ſi tamen factus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

factus eſt, ſervandus eſt, licet contrahentes puniantur, ſed ſententiæ in eccleſiis pronuntiatæ nullæ ſunt. §. 1. *d. c.* 2. Sed cur in *c.*3. ſecus in promiſſionibus, quibus clerici promiſerunt tributa, vel alia onera ex rebus eccleſiaſticis? Vel quo jure papa poteſt adprobare promiſſionem, quæ de jure Divino (ut illi ajunt) prohibita eſt? Temerariam eſſe excommunicationem tum in caſu *c.* 4. tum in caſu *c.* 5. quilibet facile animadvertet, qui animadvertit, nullam eſſe excommunicationem, vel etiam ſuſpenſionem ob nullum delictum, vel leve delictum, præſertim ſi nullâ fraterna admonitio ter quaterve præceſſerit, ut *ſup. notat. ſæp.*

Ne clerici vel monachi ſecul. negot. ſe immiſc.

Tit. XIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Illos clericos, qui audiunt leges vel phyſicam, minime ſe immiſcere negotiis ſecularibus, quæ Apoſtolus prohibet 2. *Tim.* 2. notavi contra *d. c. ſup. ſæp.* Hinc forſan eſt, quod teſte *Gloſſ.* pontifex quotidie diſpenſet. Si decani & archidiaconi inprimis Theologiæ & juri Canonico ſtudere debent, quo jure prohibentur legere vel audire leges Civiles, ex quibus jus Canonicum magna ex parte deſumptum eſt, aut hoc ſaltem ſine illarum intellectu intelligi non poteſt? Tantumne delictum in *c.* 2. mutare habitum ob ſtudia liberalia exercenda, ut vel diſcens vel docens ipſo facto videatur excommunicatus? Scilicet fratres ignorantiæ ignorant reſiſtere voluntati epiſcoporum. Sane noſtri Sacerdotes aut Presbyteri non niſi ob graviora delicta aut ſuſpenduntur, aut removentur. *art.* 76. 79. *& ſeq.* **van de Kerck. Orden.** Epiſcopis, de quib. *c.* 3. nec perpetuam aut ſpiritualem juriſdictionem competere, notavi *ſup. ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

LIBER QUARTUS DE SPONS. & MATRIM.

TIT. I.

Cap. un.

QUæ ratio D. pontifex, cur in *d. c. un.* ſponſalia ex conſanguinitate vel frigiditate nulla impediant & dirimant non ſolum ſequentia ſponſalia cum alia ſponſa, ſed etiam ipſum matrimonium jam conſummatum? Reſpondere videtur, juſtitia honeſtatis publicæ. Atqui illa contrarium ſuadere videtur. Violatur, inquam, illa, ſi ratio conſanguinitatis non attendatur, licet conſenſus contrahentium interceſſerit. Et quod nullum eſt, nullum habet effectum, cur ergo nova ſponſalia non licet contrahere, quando priora ipſo jure nulla ſunt? Si præcedentia ſponſalia ſunt ſervanda *d. c. un.* quod cum poſteriori conſanguinea prioris ſint nulla, cur etiam priora ita non ſunt nulla, ut liceat contrahere poſteriora? Quo ſenſu etiam in §. 1. *d. c.* ſponſalia conditionalia dicuntur ſine conſenſu, cum etiam promiſſiones conditionales ſint ſervandæ, nec unus altero invito ab illis reſilire poſſit *l. 5. C. de obl. & act.*? Injuſte ergo pontifex in *d.* §. injungit, ut ſponſus maneat cum ſecunda etiam conſanguinea prioris, licet cum poſteriori ſponſalia de præſenti contracta fuerint. Quid, ſi cum poſteriore copula interceſſerit? Hoc caſu publica honeſtas contrarium ſuadere videtur, ut *alib. lat.*

De deſponſat. impub.

Tit. II.

Cap. un.

Ratio, cur in *pr. d. c.* deſponſationes impuberum non convaleſcant, licet ſupervenerit legitima ætas, vulgaris eſt in *l. 29. de reg. jur.* niſi tamen adprobatæ ſint vel expreſſe vel tacite. Malitia etiam ſupplet ætatem, puta, inquit *Gloſſ.* ſi minor 14. ann. multas mulieres cognovit, vel mulier minor 12. ann. à pluribus eſt cognita. Sed hoc raro, aut nunquam fieri crediderim. Sed quomodo in §. 1. ſponſalia de præſenti impuberum flectuntur in ſponſalia de futuro, cum impuberes non habeant plenum conſenſum? Quinimo vix obligationem ex juſtitia publicæ honeſtatis inducunt, quidquid diſſentiat pontifex in *fin. d.* §. 1. Oritur tamen obligatio ex jure publicæ honeſtatis, ſi parentes præſentibus filiis puberibus ſponſalia contraxerint §. 2. præſertim ſi puberes proximi fuerint legitimæ ætati, de qua *lat. ad l. 3. D. de rit. nupt.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De cognat. ſpirit.

Tit. III.

Cap. & ſeqq.

Jure conſtat, teſte pontifice in *d. c.* 1. quod ex baptiſmo naſcatur cognatio ſpiritualis. Sed quo jure? Canon. ſeu pontificio, ſed illud nullo jure Divino probari, ſed omni potius improbari, ſatis ſuperque demonſtravi in *quinque decret. h. t. & alib.* An ergo & ſola confirmatio vel catechiſmus inducat dictam cognationem, fruſtra diſquiritur.

LIBER QUINTUS
DE
ACCUST. & INQUISIT. &c.

TIT. I.

Cap. 1. & 2.

IUdex non debet contra aliquem inquirere, niſi ille ſit de crimine diffamatus, ideoque excipere poteſt, quod non laboret infamia iſtius delicti, de quo judex vel prætor inquirit, vel accuſat, & quod capitula inquiſitionis vel accuſationis ei non ſint exhibita. *d. c.* 1. Sane ſi quis crimen confeſſus eſt, ille non poteſt confugere ad dictam exception. *d. c.* cujus ratio obvia eſt in *l.* 1. D. *de confeſſ.* Ceſſat etiam dicta exceptio, ſi reo præſente & non contradicente inquiſitio criminis facta eſt. *c.* 2. cujus ratio etiam perſpicua eſt in *l. pen. C. de pact.* Etenim hoc in favorem rei introductum eſt, ut excipere poſſit de diffamatione, quæ primum probanda eſt, ſed ſi ſciens illam except. præterierit, tacite ei renuntiaſſe intelligitur. Sed quid hæc ad judicem eccleſiaſticum?

De hæreticis.

Tit. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Illam degradationem ob hæreſin, de qua *d. c.* 1. proprie apud Reformatos non fieri, certum eſt. Sed ſi ſacerdos vel presbyter incidat in hæreſin, tunc aut ſuſpenditur ab officio, aut removetur. *d. art.* 79. *& ſeq.* **van de Kerck. Orden.** Scilicet ſi ſæpius admonitus noluit reſipiſcere. *art.* 76. Hoc, inquam, grano ſalis temperandi videntur *dd. art.* 79. *&* 80. ne alias Apoſtolus reclamaret. 3. *ad Tit. v.* 10. *& ſeq.* Sed quæ ratio excommunicationis, qua in *c.* 2. punitur ille, qui hæreticos ſepelivit, vel etiam eorum receptato-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

res aut defenſores? Quæ ratio etiam, cur in §. 1. ne quidem privatim liceat diſputare de fide catholica, niſi ſub pœna excommunicationis? ἀυτὸς ἔφα, pontifex dixit, & hoc ſatis eſt. Quæ ratio, cur in §. 2. ne quidem filius hæretici ad ullum aliquod beneficium aut munus eccleſiaſticum promoveri poſſit? Quæ ratio, cur in §. 3. preces hæreticorum faciant inhabilem, qui per ſe habilis eſt? Quæ denique ratio, cur in §. *ult.* hæreſis patris liberet filium à poteſtate, quam jure naturæ in filium habet? Scilicet voluit pontifex omnes deterrere, ne aliam amplectantur religionem, quam Romanam, quæ nobis tamen ſola videtur antichriſtiana, ut *alib. lat.*

Ad c. 3. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 3. nec filius nec alius heres ejus, qui tantum conſolationem ab hæreticis in articulo mortis dicitur accepiſſe, admittatur ad probationem exceptionis, vel iſtius facti, in quo ſe fundat, licet defunctus de hæreſi ſuſpectus fuerit? Quinimo quæ ratio, cur filius hæretici non poſſit eſſe heres patris? Vel quæ ratio, cur etiam hæreticus poſt mortem poſſit accuſari, ſaltem ut memoria ejus damnetur, & bona ejus fiſco addicantur, ut hic loquitur *Gloſſ.* & textus eſt in §. 7. *c.* 8. Plures hujus cenſuræ noſtræ rationes videre licet in *not. noſtr. ad h. t. C. & ext.* Voluit pontifex in *c.* 4. tollere contrarietatem, ſed revera non ſuſtulit. Etenim qui relapſum in hæreſin tradit curiæ ſeculari ad comburendum, ut explicat *Gloſſ. ad d. c.* 1. licet eum erroris pœniteat, ille profecto non aperit gremium, ſed claudit, etiamſi morituro non deneget ſacramenta pœnitentiæ & euchariſtiæ. Chriſippus non dicet idem, nec mite Thaletis ingenium. Quin ipſe Chriſtus expreſſe prohibet, dum non tantum ſepties, ſed etiam ſeptuag. ſept. fratri condonandum cenſet. *Matt.* 18. Sed quæ ratio, cur in *c.* 5. ipſi excommunicati & ſocii criminis hæretici admittantur in teſtes? Reſpondit pontifex in *pr. d. c.* in fidei favorem hoc ſpeciale eſt. Mallem reſpondere, omnes admittendos eſſe ad teſtimoninm, ſed fidem illorum arbitrio boni judicis committo, ut *lat. ad tit. de teſtib* Eadem ratio ſpecialitatis eſt, cur in *c.* 6. judex excommunicate potuerit, & participans excommunicato non incurrat in excommunicationem, contra *c. ſi vero ext. de ſent. excom.*

Ad c. 7. & ſeqq.

Cum tam gravis ſit pœna hæreticorum in *capp. præced.* cur tam leviter pontifex in *d. c.* 7. aliquem declarat hæreticum, qui tantum per annum contumax fuit. Quinimo levis excommunicatio eſt, quæ fit ob primam contumaciam, licet inferat vehementem ſuſpicionem, ut *ſup. notat. ſæp.* Dura etiam illa jurisfictio, qua in *pr.* §. 1. & 2. *c.* 8. fingitur relapſus in hæreſin, qui jam primo lapſus videtur. Utique nemo in gravioribus delictis ob ſolas præſumtiones temere damnandus eſt. *l. ult. C. de probat. & l.* 5. *D. de pœn.* Quod de teſte dicitur in §. 3. accipe cum temperamento, quod dedi ad *d. c.* 5. *h. t.* Noſtri inquiſitores vel viſitatores Eccleſiarum contra §. 4. & 5. non tantum in divinatores aut forneratores inquirere poſſunt, ſed etiam debent, ut *ſup. notat. aliquot.* Sed ille compulſus heredum ad pœnitentiam, de quo §. 6. nullo modo dictis Inquiſitoribus competit, ut etiam *alib. notat. ſæp.* An in §. 7. etiam poſt mortem hæretici recte poſſit fieri accuſatio, & ſubſequi confiſca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

fiſcatio, ſignificavi ad *c.* 3. *h. t.* Inquiſitores noſtros duntaxax habere jus inquirendi, non vero illam poteſtatem puniendi, quam concedit §. *ult. d. c.* 8. ſignificavi jam *ſup. aliquot.* Statuta tamen, quæ juſtam inquiſitionem impediunt, de quib. *c.* 9. haud improbe improbantur. Sed cur in *c.* 10. officium inquiſitoris non videtur exſtinctum morte ejus, qui conceſſit? Reſpondit Clemens 4. ob favorem fidei. Verum illam rationem propriam non eſſe, notavi ad *pr. l.* 28. *D. mand. & ſup. ſæp.* Continuatio noſtrorum Viſitatorum pendet à Claſſe mandante. *d. art.* 44. **van de Kerck. Orden.**

Ad c. 11. & ſeqq.

Inquiſitores hæreticæ pravitatis debent Dei timorem hominum metui anteponere. *pr. d. c.* 11. Sed ipſe pontifex in informandis inquiſitoribus nec Deum, nec homines metuere videtur, quum ad Dei leges non attendat, nec ad privilegia Magiſtratuum, ut patet ex *anteced. & ſeqq.* §§. *d. c.* 11. Quomodo in noſtris Eccleſiis inquiratur aut procedatur contra hæreticos, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sed quod precipuum eſt, & quod in hoc *tit.* non attingitur, omnino hic decidendum aut repetendum videtur, quod ſcilicet ille demum hæreticus pronuntiari poſſit, qui contumaciter falſæ religioni patrocinatur cum turbatione & ſciſſione Eccleſ. *Act.* 5. 1. *Corinth.* 11, *& lat. ad h. t. ext. & ad decret. Grat.* Ergo non ſtatim hæreticus (quod tamen ſtatuit eccleſia Romana. *d. tit.*) qui per unum atque alterum articulum à fide catholica Romana diſſentit. Quo jure ergo Bonifacius tam ſevere inſtruit ſuos inquiſitores hæreticæ pravitatis specialiter conſtitutos? Moribus noſtrar. Eccleſ. Senatus Eccleſiaſticus, qui in unaquaque Civitate repræſentat ſuam Eccleſiam, contra hæreticos utitur clavib. regni cœleſt. ſed eo modo, qui præſcriptus eſt in *d. art.* 76. *& ſeq.* **van de Kerck. Orden.** Ergo nobis inutilis illa formula, quæ eſt in *c.* 12. An & quando Chriſtianus tranſiens ad judaiſmum, de quo *c.* 13. pro hæretico habendus ſit, ſignificavi ad *d. c.* 11. An & quatenus epiſcopi poſſint remittere vel injungere emendas ſeu pœnas pecuniarias, de quib. §. 3. *&* 4. dixi *ſup. ſæp.*

Ad c. 14. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 14. hæc eſt: mulieris dos non cadit in confiſcationem, licet maritus commiſerit delictum confiſcatione dignum. Sed cur in *c.* 15. filius tenetur ob delictum patris, præſertim ſi filius non imitetur delictum patris? An non hoc contra *c.* 18. *Ezech. Deut.* 24. Male à papa in *c.* 16. conſtitui ſpeciales inquiſitores, etiamſi caput eccleſiar. dici poſſet, ſignificavi *ſup. aliquot.* Forſan non poſſet quis excommunicari ob hæreſin, niſi à Claſſe vel Synodo, ſed ipſa prima inquiſitio aut accuſatio competit Senatui Eccleſiaſtico ſeu Eccleſiæ, cujus eſt membrum aut ſubditus, ut *ſup. itid. notat. ſæp.* Quo etiam facit ipſum *c.* 17. ubi ordinarius judex cum ſpeciali concurrit. Sed quo jure *c.* 18. excluditur Magiſtratus, cujus politicæ ordinationi omnis anima ſubjecta eſt? Dixit quidem pontifex in *d. c.* quod crimen hæreſeos ſit mere eccleſiaſticum, ſed hoc merum mendacium eſſe, quis non animadvertit? An non hæreſis turbat Rempub.? Haud male adhibetur conſilium Theolog. aut Senat. Eccleſ. antequam quis ob hæreſin damnetur, ſed tota accuſatio politica, totaque condemnatio & executio ſoli Magiſtratui competit, ut *alib. lat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Hinc forſan eſt, quod in *c.* 19. dominus ſecularis tunc demum bona hæretici poſſit apprehendere, quando per judicem eccleſiaſticum hæreticus declaratus eſt. Illa argumenta ex jure Romano deprompta non probare confiſcationem bonor, hæret. imo vix ullam, ſi pœna capitis præceſſerit, notavi ad *auth. bona damnat. C. de bon. præſcript. & ad decret. Grat. ſæp.* Ille proceſſus, de quo *c.* 20. nullum uſum in Eccleſiis noſtris uſum habere poteſt, ut in *ſuper. notat. aliquot.* ſed in foro civili proceditur in crimine hæreſeos, ſicut in alio crimine, de quo *nos alib.*

De ſchiſmaticis.

Tit. III.

Cap. un.

Principalis *d. c. nn.* effectus, ob quem principaliter in lucem prodierit, hic videtur, quod ſcilicet ſchiſmaticus in ſuo errore perſeverans, per quem ſcindit & dividit Eccleſiam, privandus ſit honoribus & beneficiis eccleſiaſticis, quodque confiſcatione bonorum dignus ſit, ſed tantum excommunicatione dignus, qui ei auxilium vel conſilium præſtitit. Quomodo contra ſchiſmaticum & in foro civili, & in eccleſiaſtico procedatur, ſatis ſuperque *notat.* puta & ad *tit. præced. & ad h. t. in antiq. ſeu ext. vel quinque decret. Grat.*

De homicidio.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeqq.

Qui & qualis fuerint aſſaſſini, de quib. potiſſ. *d. c.* 1. dixi *ext. ad h. t. & alib.* Sed cur illi, qui per aſſaſſinos aliquem occiderunt, dicuntur tantum deponendi aut excommunicandi, cum revera pœna mortis digni ſint, ut *nos lat. ad l. 15. D. ad l. Cornel. de ſicar.* An ſolus D. Petrus habuerit curam Gregis, & papa ſit ejus ſolus ſucceſſor, imo ipſius redemptoris Chriſti in terris locumtenens, ut in *d. c.* loquitur, ſupra excuſſi *ſæp.* Ratio, cur in *c.* 2. clerici poſſint coram judice ſeculari conqueri de malefactoribus aut ſpoliatoribus, non tamen ad pœnam mortis, de qua proteſtari debent, ſubjecta eſt *ibid.* ſed frivola profecto, ut cuilibet notum eſt, qui novit judici cauſæ veritatem narrandam eſſe. Quin ipſi ſacerdotes veteris Teſtam. vel pharaſæi pœnam ſanguinis dicere veriti non ſunt, ſed ſuper ea ſedere aut accuſare noluerunt. *Matth.* 25. *& ſeq.* Haud injuſte in *c.* irregularis ſit, qui mandaverat aliquem verberari, ſi mandatarius mortem inſlixerit, ſed male inde nonnulli colligunt, quod in foro ſeculari morte plectendus ſit, ut *lat. ad l.* 15.

De uſuris.

Tit. V.

Cap. 1. & 2.

Quoniam pontifex in *d. c.* 1. loquatur de uſuris, quæ animas devorant & facultates exhauriunt. *pr. d. c.* 1. ideo vix dicere licet, quod in *dd. capit.* omnis uſura prohibeatur, cum nec in veteri, nec in novo Teſtamento vetita ſit, ut *lat. probat. ext. ad h. t. D. & C. de uſur.* Alii dicta *capit.* accipiunt de alienigenis tantum, quod illi ſcilicet tantum prohibeantur domos conducere ad fœnus exercendum. Ut ut ſit, ſi alienigenæ poſſint priva-

privatim dare pecuniam fœnori, cur non etiam publice, quando publica auctoritas permittit in commodum pauperum aliorumve? An & quatenus pauperum pignora retinere liceat, alia quæſtio eſt, de qua *alib.* Quid ergo de eccleſiaſtica ſepultura, de qua *c.* 2.? Illa trapezitis vel fœneratoribus noſtris non denegatur; quum publica Magiſtratus auctoritate fœnus exerceant moderatum ac præſcriptum, ideoque etiam illorum teſtamenta, de quib. & *d. c.* 2. non minus quam cæterorum civium valent.

De exceſſib. prælat. & ſubdit.

Tit. VI.

Cap. un.

Mendicantes, inquit pontifex in *d. c. un.* exceſſum committunt, quando nova domicilia quærunt, & vetera dimittunt, excepta vita eremitica, quo caſu ſcandala ceſſant. Sed ipſum totum mendicantium ordinem ſcandalum eſſe, notavi *ſup. aliquot.* Quis enim patiatur, homines validos & robuſtos mendicari? Quo fundamento, quo exemplo hæc pars religionis nititur? Nulli etiam alii exceſſus prælatorum aut prædicatorum tempore Bonifacii?

De privilegiis.

Tit. VII.

Cap. 1. & ſeqq.

An & quando exemptus vel privilegiatus in foro ſeculari conveniri poſſit ratione delicti, aut contractus, aut rei ſitæ, dixi ad *l.* 19. *&* 22. *D. de judic.* Reliqua *d. c.* 1. Judici, aut Senatui Eccleſiaſtico minime conveniunt, ut *ſup. notat. ſæp.* Monachos, de quib. §. 1. non agnoſcimus, ut *itid. notat. ſup. cent.* De privilegiis curiæ Romanæ, de quib. *c.* 2. non ſum ſollicitus, ſed qua ratione in dicta curia dicitur vigere ſtudium juris Divini & humani, id eſt, canonici & civilis? Sane illud jus canonicum, circa quod jam verſamur, nequaquam Divinum eſſe, multis probavi rationibus *ſup. & inf.* Quomodo in *c.* 3. papa vel ſedes Apoſtolica Romana poteſt abbati concedere facultatem benedicendi, cum illa ratione officii perſonæ cohæreât, nullus video. Hinc noſtri Eccleſię Miniſtri illam benedictionem populo impertiuntur, quam Deus ſuo populo impartiri juſſit. Illas capellas aut oratoria, de quib. *c.* 4. nemo apud Nos ædificare poteſt, ſed tamen Templa etiam non privilegiati in ſuis locis aut pagis ſuis ſumptibus ædificare poſſint, modo ſervetur ordo, quem Ordo noſtr. Eccleſ. requirit. Quo jure in *c.* 5. papa poteſt hoc privilegium concedere Regibus & Reginis, ut à nemine excommunicari poſſint? An non Rex membrum Eccleſiæ? Ergo quatenus eſt membrum Eccleſiæ, cenſetur ſubjectus cenſuræ eccleſiaſticę, ſi cauſa ſubſit.

Ad c. 6. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 6. privilegiati abbates duntaxat uti poſſint mitris aurifriſiatis, ut loquitur pontifex in *d. c.* 2. Rationem, cur mitra habeat duo cornua, hanc reddit *Gloß.* quia epiſcopus eſt inſtar Moyſis, qui cornutus rediit, poſtquam Legem Dei acceperat, & ideo epiſcopus etiam cornutus, quia Teſtamentum V. & N. circumfert. Privilegia allegata oſtendenda ſunt. *c.* 7. ſed præſcriptio canonica 40. annor. vix admittenda videtur, ſi probabilis ignorantia probari poſſit, ut *nos lat. ad tit. de præſcript.* Divina officia non debent celebrari in locis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

interdictis. *arg. c.* 8. Gravius tamen puniuntur exempti ſeu privilegiati, quam non privilegiati. *d. c.* cujus ratio eſt in *l. presb.* 8. *C. de epiſcop. & cleric.* Formæ privilegiorum, quas proponit *c.* 10. in noſtris Eccleſiis nullum uſum habent. Quænam vero formæ, vel explicationes privilegiorum debeant fieri in foro ſeculari, dixi *var. in loc.* Hoc certum, quod in *d. c.* 10. per parenth. dicitur, ſcilicet verba privilegiorum ita interpretanda eſſe, ut aliquid operentur, de quo *nos lat. ad l. pen. §. 2. D. ne quis eum qui in jus &c.* Privilegium vix extenditur ad alias perſonas quam expreſſas. *c.* 11. Quale ſit privilegium epiſcopi in ſuo altari viatico ſeu portatili, de quo *c.* 12. parum aut nihil attendo, quum nullum uſum habeat, niſi impium, ut *lat. alib.*

De injur. & damn. dat.

Tit. VIII.

Cap. un.

Quod injuria non poſſit vindicari in *d. c. un.* per pignorationes, ſeu repreſalias de jure Civili, hoc debet intelligi de veteri, ut etiam ſcripſi ad *l. 7. D. quod cujuſc. univerſ. nom.* Sed jure novo ſecus eſt. *auth. habita. C. ne fil. pro patr.* Ubi ſoli Scholares excipiuntur, hic epiſcopi vel aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ob paritatem forſan rationis, de qua *nos lat. ad d. auth.* An & quatenus repreſſaliæ jure gentium ſint licitæ, ſignificavi etiam ad *d. l. 7. & ad d. auth.*

De pœnis.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeqq.

Epiſcopis vel archiepiſcopis nullam aliam competere jurisdictionē, vel pœnæ inflictionem, quam mere eccleſiaſticam, quæ ſunt Claves Regni cæleſt. notavi *ſup. ſæp.* & ideo cenſura dignum videri debet *d. c.* 1. Quali vel quanta puniendi ſint illi, qui epiſcopis vel presbyteris injuriam intulerunt, dixi *alib. ſæp.* Quomodo apud Reformatos fiat Epiſcopi vel Presbyteri degradatio vel immutatio, de qua *c.* 2. dixi *ſup. ſæp. ex ord. Eccleſ. noſtr.* Recte pontificem in *c.* 3. corrigigere jus civile de carcere in *l. 8. §. 9. D. h. t.* probavi plurib. rat. ad *d. §. 9.* ſed ratione pænitentiæ neglecta, cum illa nihil moveat. Mirum quoque eſt, quod pontifex in *c.* 4. permittat, ut pœna extendatur ad poſteros delinquentis, licet innoxii ſint, ut *ſup. notat. ſæp.* An pœna directa in maſculos quandoque poſſit extendi ad fœminas, dixi ad *l. quiſc. 5. C. ad l. Jul. Majeſtat. & alib.* Sane pœnam illam, qua in *c.* 5. puniuntur illi, qui cardinalem eccleſ. Rom. percuſſerit aut ceperit, nimis duram eſſe, evincunt notæ noſtræ ad *d. l.* 5. Per me licet, ut in Miniſtris verbi Divini attendatur προσωποληψία, ſive reſpectus perſonarum, graviuſque puniantur illorum percuſſores, ſed non debent comparari cum Apoſtolis aut cum Conſiliariis Principis, ut *alib. lat.*

De pœnitent & remiſſ.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Aliquando etiam in Eccleſiis noſtris exiſtunt quæſtores, de quib. potiſſimum *d. c.* 1. ſed nemini de certa pœnitentia aliquid remittunt, licet forſan in genere remiſſionem peccatorum promittere poſſent illis, qui ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

fabricam pauperis Eccleſiæ aliquid tribuunt. Apud Reformatos etiam non reperiuntur iſti confeſſores, de quib. *c.* 2. ut *ſup. notat. ſæp.* ſed poſſunt Paſtores noſtri ex verbo Dei peccantes ſolvere vel ligare juxta *c.* 18. *Matth.* quod explicat *Catecheſ. noſtr. quæſt.* 83. *& ſeqq. & dict. ordin. Eccleſ. noſtr.* Indulgentiæ vel remiſſiones contra ſtatutum concilii generalis nullæ ſunt. *arg. c.* 3.

De ſentent. excom. ſuſp. &c.

Tit. XIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Si grave ſit, ſententias excommunicationum ſine maturitate debita fulminare, ut loquitur pontifex in *d. c.* 1. cur ergo tam temere pontifex excommunicavit in *capp. præced.*? Quo ordine, de quo etiam *d. c.* 1. apud Belgas Reformatos fiat ſuſpenſio vel excommunicatio, ſignificavi per *d. q. catech. & d. art.* 76. *& ſeq.* **van de Kerck. Ordén.** Illa abſolutio ad cautelam, de qua *c.* 2. nec apud Nos in uſu eſt, nec eſſe poteſt, cum non ſit juri Divino conveniens, nec rationi, quæ prohibet temere aliquem abſolvere, qui per legitimam ſententiam condemnatus eſt, niſi forſan illico injuſtitia ſententiæ demonſtrari poſſet. Quo facit *cap.* 10. *h. t. & art.* 31. **van de Kerck. Ordén.** Appellet ergo excommunicatus ad Claſſ. à Claſſ. ad Synod. partic. à partic. ad general. *d. art.* 31. *& art.* 36. *d. ord.* Qui excommunicato per majorem excommunicationem dedit oſculum, vel alio modo participavit, excommunicandus eſt per minor. excommunic. ſi monitus non paruit. *c.* 3. Cæterum illam poſteriorem excommunicationem nimis duram eſſe, licet per eam ſolummodo intelligamus ſuſpenſionem à ſacra cœna, apparet ex ipſo *d. c.* 1. Sane Paulus non prohibet omnem allocutionem, ſed tantum familiaritatem, & vulgarem amicitiam, ſeu Chriſtianam converſationem. 1.*Corinth.* 5. 2.*Theſſ.* 3. 2.*Joan. v.* 10. *& ibi Interpret.*

Ad c. 4. & ſeqq.

Quæ ratio, cur in *d. c.* 4. epiſcopi non contineantur ſub generali ſuſpenſione? An non etiam epiſcopi tenentur exprimere cauſam excommunicationis? Sane noſtri Epiſcopi aut Senatus Eccleſiaſticus tenentur. *d. art.* 77. Excommunicatus poteſt omiſſo medio adire Superiorem. *arg. c.* 5. ubi etiam judex non poteſt excommunicare, niſi prius monuerit, ut delinquens à delicto deſiſteret, ſed quomodo hoc conciliabitur cum contrariis? Tota univerſitas non poteſt excommunicari, ſed tantum culpabiles in ea excommunicari poſſunt. *d. c.* An tamen Princeps totam civitatem punire poſſit ob delictum majoris partis, vide in *noſtr. ad l.* 9. §. 1. *D. quod met. cauſ.* Omnes leges, omniaq; jura vim vi repellere permittunt, ergo in *c.* 6. epiſcopus poteſt eſſe judex in propria cauſa, & ballivum epiſcopi ſpoliatorem excommunicare. Quæ quæſo illa conſequentia? Ipſe Princeps non ſolet ſibi jus dicere in crimine læſæ majeſtatis, cur ſecus epiſcopus? Quis apud Nos ſit judex appellationis in cauſis eccleſiaſticis, de quib. *pr. c.* 7. ſignificavi ad *d. c.* 2. *h. t. & alib.* Sed qui eſt ex manifeſta cauſa excommunicatus, vix ad appellationem admittendus videtur. *arg.* §. 1. *d. c.* 7. Excommunicatio poſt appellationem regulariter non tenet. §. 2. *penult. & ult.*

Ad c. 8. & ſeqq.

Judicem eccleſiaſticum, de quo

d. c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

d. c. 8. non poſſe judicem ſecularem compellere, ne excommunicatum audiat, ſupra contra *d. c.* probavi *ſæp.* Minor excommunicatio ſeu ſuſpenſio non tenet, niſi præceſſerit admonitio per intervalla dierum, & niſi neceſſitas facti aliter ſuadeat. *c.* 9. Vide tamen *not. noſtr. ad d. c.* 3. *h. t.* De relaxatione ad cautelam, de qua *c.* 10. videor dixiſſe ad *c.* 2. *h. t.* Reges & Principes poſſunt excommunicari, qui etiam ipſo facto incurrunt in excommunicationem, ſi mandatum dederint ad excommunicatorem occidendum, niſi tempeſtive mandatum revocaverint. *c.* 11. Illam differentiam inter clericum & laicum, quam proponit *c.* 12. merum figmentum eſſe pontificum, notavi *ſup. ſæp.* Dixi *itid. ſup. ſæp.* quod iſta remiſſio rei ad judicem Eccleſiaſticum, de qua & *d. c.* nec uſui noſtrar. Eccleſ. conveniat, nec juri Divino, quod omnem animam ſubjicit jurisdictioni judicis ſecularis, quando delictum contra leges politicas commiſſum eſt. Sed eſt ne eccleſia prior? Nihil ad rem, ut *alib. lat.* Qualis admonitio debeat præcedere ſuſpenſ. vel interdict. de qua *c.* 13. dixi *ſup. ſæp.* De appellat. & excommunicat. quæ poſt appellat. facta eſt, de quib. *c.* 14. dixi *itid. ſup. aliquot.*

Ad c. 15. & ſeqq.

Prælatis vel ecclaſiaſticis, de quib. *c.* 15. non cumpetere facultatem incarcerandi, notavi contra *d. c. ſup. ſæp.* Quando ergo incarceratus liberandus videatur ex carcere, ſi dederit fidejuſſores, vide ad *l.* 8. §. 5. D. *fidejuſſ. & alib.* Cenſura dignum videri *c.* 16. quatenus diſtinguit inter clericos & laicos, notavi ad *d. c.* 12. *& alib.* Sed nec video, quomodo totus populus, vel totum collegium poſſit pati interdictionem ab eccleſia, ne populus audiat Divina, vel ne iis interſit. An & quando ſuburbia, de quib. *c.* 17. contineantur ſub appellatione civitatis, quando Princeps propter delictum civitatis civitati detraxit privilegia, ſignificavi ad *c.* 5. *h. t. & alib.* De eccleſia polluta, de qua *pr. c.* 18. dixi ad *c. un. de conſec. eccleſ. vel alt.* Pœnam irregularitatis, de qua §. 1. Reformati non agnoſcunt, ſed tamen pœna ſaltem arbitraria puniendum cenſent eum, qui celebravit Divina in loco interdicto. *arg. d.* §. Unctio chriſmatis, de qua *c.* 19. Deo & noſtr. Eccleſ. incognita eſt, ut *ſup. notat. ſæp.* Impie in *c.* 20. aliquem excludi ab ingreſſu eccleſiæ, cujus pœnitentia ſperatur, dixi *ſup. ſæp.* Et ſi in aliis cauſis appellatio ſuſpendat excommunicationem, cur non etiam in caſu *d. c.*? Utique hic nec de poſſeſſor agitur, nec in mora periculum eſt.

Ad c. 21. & ſeqq.

Quando & quomodo apud Reformatos clericus, vel potius eccleſiaſticus poſſit à ſuo peccato abſolvi, vel etiam excommunicatione, dixi *ſup. ſæp.* & ideo nullæ aliæ notæ ad *d. c.* 21. Periculum mortis aut ſimile impedimentum excuſat, quominus petitum ſit, quod peti potuit. *arg. c.* 22. Sane neminem propter primum peccatum, præſertim levius, vel propter primam verberationem clerici excommunicandum eſſe, notavi contra *d. c.* 22. *& ſeqq. ſup. ſæp.* Quæ ratio quæſo, cur in *c.* 24. interdictis non denegetur ſacramentum (ut pontifex loquitur) pœnitentiæ, ſed denegetur excommunicatis? Ipſe pontifex in hoc *tit.* ſæpius excommunicationem vocavit medicinalem, non vero mortalem, quo jure ergo excommunicatis denegatur pœnitentia, quæ omnino perſuadenda eſt, ut ad communionem Eccleſiæ revertatur,

vertatur & Deo reconcilietur. 1. *Cor.* 5. 1. *Timoth.* 1. *verſ. ult. & ibi Interp.* Reliqua *d. c.* ſunt mera figmenta & ſomnia, ut aperte patet ex *noſtr. præmiſ.*

FINIS.

CONSTITUTIONES
CLEMENT. PAPÆ V.
DE
Summa Trinitate & Fide Catholica.

TIT. I.

Cap. 1.

SEntētiam illam, qua in *d. c.* 1. fatetur pontifex vel concilium, Chriſtum eſſe unicum Dei Filium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtentem, ſed verum corpus humanum adſumpſiſſe de Virgine, & in eo paſſum ac mortuum eſſe, Sacris Literis conſentaneam videri, notavi ad *h. t. ext. & in 6.* Sed cur de perforatione lanceæ dixit, *declaramus &c.* & non potius credimus, prædictum Apoſtolum &c. An veritas Euangeliſtæ Joan. dependet à declaratione pontificis, aut eccleſiæ Romanæ? Si reſpiciat Clemens ad *c.* 3. *Timoth. epiſt.* 1. nihil iſte locus ipſi patrocinabitur, ut *ſup. notat. ſæp.* An anima rationalis vere & per ſe ſit forma corporis humani, de qua quæſt. §. 1. vel an Chriſto ipſo tempore conceptionis anima rationalis fuerit infuſa, nullus inquiro, nullum facile hæreſeos inſimulo. Sed qui cum pontifice in §. 2. aſſerit, baptiſma ipſis parvulis baptizatis conferre (ſaltem quoad habitum) gratiam informantem & virtutes, ſeu remiſſionem peccatorum, ille profecto non multum ab hæreſi diſtat, ut *lat. in decret.* 5. *&* 6. *h. t. & alib.*

De reſcriptis.

TIT II.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. *& ſeqq.* agitur de reſcriptis pontificum, eatenus *dd. capit.* nullum uſum apud Reformatos habere poſſunt, ſed applicemus reſcriptis Principum, de quibus egimus ad *tit.* 15. 19. 22. *&* 24. *Lib.* 1. *Cod.* Summa ſeu doctrina ex *d. c.* 1. hęc eſto: reſcriptum, per quod reus conveniтur in loco legibus prohibito, nullum eſt, & ille, qui tali reſcripto utitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

condemnandus in expenſ.& intereſſe, de quib. *lat. ad l.* 79. *D. de judic. & ad C. ſtatut. h.t. in* 6. Quinam à papa delegari poſſint, traditur in *c.* 2. ſed quinam à Principe, dixi ad *dd. tit. Cod. Lib.* 1. *& alib.* Illos auditores, aut delegatos, de quib. *c.* 3. nec Eccleſia noſtra agnoſcit, nec Reſpub. ſed tamen in cauſis militaribus criminalibus Auditores ſunt quodammodo Prætores & accuſatores, de quib. **in den art. brieff. &c.** An & quatenus *c.* 4. ampliet *cap. ſi paup. de præb. in* 6. parum attendo, ſed ſumma *d. c.* 4. hæc eſto: qui exſpectat beneficium, perdit gratiam vel beneficium, ſi aliud nactus ſit, quod cum priore conjungi non poteſt. Gratia ſuper vacaturo beneficio non comprehendit beneficium poſt datum (ut loquuntur) in ſubſtantia creatum. *c.* 5. Scilicet beneficia interpretanda ſunt ex mente reſcribentium & concedentium.

De elect. & elect poteſt.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Illam electionem religioſorum, de qua *d. c.* 1. in noſtris Eccleſiis abrogatam eſſe, notavi *ſup. ſæp.* Sed tamen nota, inquit *Gloſſ.* rationem de omnibus reddendam eſſe. *art. d. c.* vel ut Zenzel. notat ad *d. c.* ſufficit inducere rationem, etiamſi nullus textus inducatur vel gloſſ. Sed quid tunc dicendum de maxima parte *capitt. præcedent.* in quib. nulla ratio allegata eſt? Summa ex *pr. c.* 2. quod de electione pontific. & poteſtate cardinal. ſede vacante, hæc eſto: lex Superioris per inferiorem tolli non debet, maxime ſi inferior accipiat poteſtatem ab illo Superiore, ut *lat. ad l. ult. C. de legib.* Quænam officia, de quib. §. 1. morte Principis exſtinguantur vel non exſtinguantur, *alib.* Ubi & in quo conclavi hodie electio Principis, de qua accipio §. 2. & 3. ſolent fieri, cuilibet in ſuo principatu notum eſt. Datis ad electionem non temere debet objici aliqua exceptio. *arg.* §. 4. ipſique electi ad eligendum Superiorem quam primum adeſſe debent. §. *ult.* Ad quos apud Reformatos inſtituenda ſit appellatio, de qua *c.* 3. quando quis contra electionem alterius appellare vult, ſignificavi *ſup. ſæp.* Difficillimum intellectu dicitur *c.* 4. ſed quia uſum non habet, non attingo explicationem ejus, niſi per ſummam unam atque alteram. Prima hæc eſto: quod quis non tantum in ſua cauſa, ſed etiam in cauſa Eccleſiæ appellare queat. Secunda hæc eſto: omiſſa forma appellationis repellit appellantem à probatione, niſi tamen ipſe adverſarius confeſſus ſit, quod probandum erat.

Ad c. 5. & ſeqq.

An & quatenus Eccleſiæ debeant habere facultates & divitias, de quib. *c.* 5. dixi *ſup. ſæp.* In epiſcopis probroſa eſt mendicitas. *d. c.* Illam explicationem *cap. quorund. in* 6. *h. t.* quæ eſt in *c.* 6. per fictionem juris, nequaquam neceſſariam eſſe, cum vota majora jure gent. concludant, imo falſam eſſe, cum fingat, quod revera non eſt, notavi *alib. ſæp.* An emolumenta ſeu fructus jurisdict. ſeu offic. ſede vacante, pertineant ad ſucceſſorem, an ad alium, qui interim adminiſtrat, de quo caſu aliquo modo agit *c.* 7. dixi *ſup. aliquot.* Qualis jurisdictio competat noſtris Eccleſiis, & quibus competat electio Sacerdot. presbyt. & diacon. dixi *itid. ſup. ſæp.* Conceſſio, quæ parat viam ambitioni, damnanda eſt. *arg. c.* 8. de quo DD. *ad l.* 2. *C. de indict. viduit.*

De renuntiatione.

Tit. IV.

Cap. un.

Ratio, cur in *d. c. un.* renuntiatio beneficii poſſit fieri per procuratorem, vulgaris eſt in *l.* 5. § 3. D. *de adm. tut.* Ratio, cur in *d. c.* renuntiatio teneat, licet à procuratore ignorante fuerit revocata, hæc eſt; quia revocatio non indicata nihil operatur, niſi tamen revocatio dolo ſit occultata, cum nemini dolus patrocinari debeat, ut *ſup. dict. ſæp.*

De ſuppl. neglig. prælat.

Tit. V.

Cap. un.

Hodie apud Nos obſervari ſex ſeptimanas, non tamen ſex menſes, de quib. *d. c. un.* certum eſt, quando patronus Eccleſ. negligens, & non præſentavit intra 6. hebdomad. tunc, inquam, Claſſis vel ipſa Eccleſia ex judicio Claſſ. paſtorem eligere poteſt, ut patet ex *interpret. ad art.* 5. **van de Kerck. Orden.** Quando collatio ad Superiorem devoluta eſt, tunc ſuperior tamen tenetur illi conferre, cui prælatus vel patronus negligens conferre tenebatur. *d. c.*

De ætat. & qualit. & ord. præf.

Tit. VI.

Cap. 1. & ſeq.

Statuta circa perſonas ideoneas Eccleſiis præficiendas diligentius obſervanda ſunt. *arg. d. c.* 1. cæterum pœna illa mortalitatis vel æternæ maledictionis, quam Canoniſtæ in ſecus facientes ſtatuunt, damnanda eſt, ut *ſup. notat. ſæp.* Quando autem quis habeat vocem in Capitulo aut Synedrio, cui caſui applico *c.* 2. ſignificavi *ſup. ſæp.* Illa determinatio ætatis, quæ eſt in *c.* 3. etiam apud Reformatos non ſervatur, nec ſervari debet; quum functio officii non ætati, ſed ſcientiæ adſtricta ſit. Magis tamen commendant Majeſtatem Eccleſiæ viri graves & ſeniores, quam juniores & leviores, ut etiam *ſup. notat. ſæp.*

De offic. vicar.

Tit. VI.

Cap. un.

Illos vicarios perpetuos, de quib. *d. c. un.* agit, Reformatos non agnoſcere, notavi in *præced. ſæp.* Quales ſunt vicarii reformati, & quando unus Paſtor poſſit ſubire vices alterius, dixi *itid. ſup. ſæp.*

De offic. & poteſt. jud. deleg.

Tit. VIII.

Cap. un.

Qua auctoritate pontifex in *d. c. un.* leges præſcribit judici in cauſa civili? An & quando in foro ſeculari receptio teſtium, vel cauſa civilis vel criminalis delegari & ſubdelegari poſſit, dixi ad *auth. apud. eloq. C. de fid. inſtrum. & ad l.* 5. *C. de judic. & alib.* Sane non temere examinationem teſtium in cauſis criminalibus aliis committendam eſſe, probavi ad *l.* 1. *pr.* D. *de offic. ejus cui mand. eſt jurisd.* Quod inquiſitio debeat eſſe ſolers, & quod beneficiandi debeant eſſe vitæ laudabilis & converſationis honeſtæ juxta *d. c. un.* notum per ſe eſt, & *notat. ſup. ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De Offic. jud. ordin.

Tit. IX.

Cap. 1. & 2.

Officium epiſcoporum eſt, exceſſus clericorum aut ſimilium ita corrigere, ut ipſi metu pœnæ arceantur, & alii pertimeſcant. *d. c.* 1. Scandala etiam puſilla evitanda ſunt. *d. c.* An & quomodo legatus Principis concurrat cum judice ordinario (ſic applico *c.* 2.) ſignificavi *ſup. ſæp.* An & quando taciturnitas beneficii faciat ſecund. impetrationem ſubreptitiam, dixi *itid. ſup. ſæp.*

De procuratoribus.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in caſu *d. c.* 1. procurator teneatur dominum defendere, adjecta eſt *ibid.* ſed cautio pro judicato vel de rato hodie in procuratore non admittitur, licet dubitetur de procuratorio; quia nemo apud Nos auditur ut procurator; niſi oſtenderit mandatum mandantis, ut *lat. ad l.* 1. *C. h. t. & alib.* An & quando quis teneatur eſſe procurator & defendere clientem ſuum, dixi ad *l.* 8. *& l.* 45. *D. h. t.* In procuratoris inſtrumento expreſſa ſpecialia non comprehendunt majora. *c.* 2. & verborum generalitas reſtringitur ad ea, quæ ſunt præcedentibus ſimilia. *d. c.* 2. Reliqua de juram. calumn. & verit. dicend. vix hodie uſum habere, notavi ad *tit. de juram. calumn. in* 6. *& alib.* Hodie ne quidem militem armatæ militiæ proprie procuratorem pro ſuis commilitonibus agere poſſet multo minus religioſum, qui velle vel nolle non poteſt ſine conſenſu ſuperioris, notavi contra *d. c.* 3. *ſup. ſæp.* Mirum eſt, cur in *c.* 4. per mortem mandantis videatur mandatum revocatum, quod tamen revera revocatum non eſt, nec revocatum videri debeat, præſertim ſi lis jam fuerit conteſtata, ut *ſup. notat. ſæp.*

De reſtitut. in integr.

Tit. XI.

Cap. un.

Mirum profecto eſt, cur Eccleſiæ currat præſcriptio quadriennii ab eo tempore, quo intellexit, ſe læſam eſſe. *d. c. un.* An non Eccleſia ut Reſpub. poteſt comparari pupillo, ut *notat. ſup. aliquot?* Quinimo mirum eſt, cur pontifex ullam præſcriptionem admittat, præſertim contra privilegiatas eccleſias, quæ ſaltem jure Divino niti præſumuntur, quod tamen præſcriptionem non permittit, ut plurib. prob. ad *tit. Inſt. D. & C. de uſucap. & præſcript.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

LIBER SECUNDUS
DE
JUDICIIS.

TIT. I.

Cap. 1. & 2.

ILla judicia eccleſiaſtica, de quib. *d. c.* 1. *&* *ſeq.* hodie in Eccleſiis Reformatis non obſervari, notavi *ſup.* *ſæp.* Quomodo autem in foro ſeculari fiat citatio vel ſimpliciter, vel per edicta, dixi ad *tit. de judic. & alib.* Quæ ratio etiam, cur in *c.* 2. circa cauſas beneficiales vel matrimoniales, vel uſurarias liceat procedere de plano, aut ſine ſtrepitu judicii ordinario? Hanc dedit *Gloſſ.* quia protelatio dictarum cauſarum plerumque periculi plena eſt. Sed illa tamen ſufficiens non eſt, ut aliquid poſſet omitti, quod ex jure gent. eſt de ſubſtantia judicii, ut *alib. notat. ſæp.* Quouſque dictæ cauſæ vel quæſtiones locum habere poſſint in noſtris Eccleſiis reformatis, ſignificavi *itid. ſup. frequent.*

De foro compet.

Tit. II.

Cap. un.

Epiſcopi non debent exercere juriſdictionem extra ſuas diœceſas ſeu extra ſua territoria. *d. c. un.* niſi tamen cognoſcerent inter volentes, præſertim tempore belli, quo etiam Moribus licet judici ſeculari extra ſuam Provinciam jus dicere, ut *notat. ad l.* 19. *D. de judic. & ad l. ult. D. de juriſdict.* An & quatenus epiſcopus, vel papa vel Princeps ſibi ipſi jus dicere poſſit, aut propriam injuriam vindicare, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sane conſtitutio *d. c. un.* quatenus eſt ſub interminatione divini judicii, omnino improbanda eſt, ut *notat. & probat. ſup. ſæp.*

De cauſa poſſeſſ. & prop.

Tit. III.

Cap. un

Juſte profecto pontifex in *d. c. un.* permittit cumulari poſſeſſorium & petitorium, quod & Mores ſequuntur, ut notavi ad §. 4. *Inſt. de interdict. & alib.* Juſte etiam in *d. c.* conceditur ſpoliato, ut ſuſpenſo petitorio poſſit convolare aut proſequi poſſeſſorium, cujus ratio à nobis data eſt ad §. *ult. l. fin. C. de compenſat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De dolo & contum.

Tit. IV.

Cap. un.

Contumax appellat a definitiva, ſi appellatio ab interlocutoria non fuit manifeſte frivola. *d. c. un.* Scilicet jure canon. ab interloquutoria ſententia provocare licet, quod dum licet, & tamen judex non admittit, appellans proprie non eſt contumax. Sed & proprie contumax Moribus quar. Gent. recte appellat, ut *notat. & probat. ad tit. Cod. quor. appell. non recip. & ad l.* 73. §. *ult.* D. *de judic.*

Ut lite pend. nih. innov.

Tit. V.

Cap. 1. & 2.

Quatenus *d. c.* 1. de collatione beneficii inecclefiis agit, eatenus omni uſu deſtituitur apud Reformatos, ſed in foro civili poteſt applicari duobus litigantibus ſuper officio, quod Princeps vel alius Superior conferre ſolet. Quanquam citatio non ſit initium judicii inſtituti, tamen facta à judice competente, & parti adverſæ inſinuata facit litis pendentiam, quatenus in ea nihil innovare licet. *c.* 2. Et ſi adverſarius in cauſa eſt, cur citatio ad illum non pervenerit, habetur pro citato. *d. c.* 2. Vide tamen *not. noſtr. ad* §. *ult. Inſt. de pœn. tem. litig. & ad l.* 1. D. *de in jus voc.*

De ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.

Tit. VI.

Cap. un.

Sane pœna excommunicationis, qua in *d. c. un.* punitur ille, qui fructus ſequeſtratos occupavit, dura & contra jus Divinum eſt, ut *ſup. probat. ſæp.* Dura quoque eſt & contra rationem & Mores, qua litigans, qui fructus ſequeſtratos occupavit, punitur privatione ipſius rei ſequeſtratæ. Nulla hic, inquam, proportio ſervatur inter pœnam & delictum, ut *ſup. notat. ſæp.* Plura cum uſu de ſequeſtratione fundi controverſi, & de prohibita ſequeſtrat. pecun. videre licet in *not. noſtr. ad l. licet.* 17. §. 1. D. *de poſ. & ad l. un.* C. *de prohib. ſeq. pec.*

De probationibus.

Tit. VII.

Cap. un.

Per me licet, ut Papa vel Princeps in *d. c. un.* mereatur fidem præſumptive, quando utitur verbis narrativis, ſed contraria probatio non eſt excludenda, ut etiam nonnulli Caniſtæ ſentiunt, quando papa narrat de facto alieno, non vero de proprio. Et quando gratia vel intentio papæ ſuper narrativis ſe fundat. Nulla hic præſumptio juris & de jure, ut *lat. ad h. t.* D. & C. Solus Deus unicus & verus teſtis in cauſa propria, ergo non homo, ſive ſit Rex, ſive Imperator, ut *lat. ad l.* 9. C. *de teſtib.*

De Teſtibus.

Tit. XVIII.

Cap. 1. & 2.

Clementer agit Clemens in *d. c.* 1. ubi Principes tantum exhortatur, ne Chriſtiani excludantur à teſtimonio contra Judæos aut Sarracenos, aut alio modo Chriſtiana religio patiatur op-

pro-

probrium. Explicat quidem *Gloſ.* quod pontifex curialiter loquutus ſit, ſed quod tamen comminari, & pœnam infligere potuerit. Iſtam Nos non concedimus papæ Romano, ſed Eccleſiis noſtris concedimus eccleſiaſticam, quæ prævias adhortationes requirit, iſtumque ordinem, quem ſupra ex Apoſt. probavi *ſæp.* Ratio, cur in *c.* 2. publicatis atteſtationibus, ne quidem in cauſa appellationis novi vel iidem teſtes ſuper iiſdem articulis produci poſſint, ſubjecta eſt *ibid.* Sed illa ſufficiens non eſt, nec ulla formalitas poteſt excludere demonſtrationem veritatis, niſi ſub pœna pecuniaria, ut ordo judiciorum ſervetur, & lites tandem finem accipiant, ut *alib. lat.*

De jure jurando.

Tit. IX.

Cap. un.

Summa ex *d. c. un. prolix.* collecta per Ioan. And. hæc brevis eſt: juramenta, quæ Romanæ Eccleſiæ præſtant Romani Principes, fidelitatis exiſtunt. Cæterum nos ſupra probavimus *ſæp.* illa juramenta jure naturæ & jure Divino turpia eſſe, atque adeo nullam fidelitatem aut obligationem inferre, cum primario antichriſto præſtita videantur. Quo jure ergo pontifex ſe vocat vicarium Chriſti, alibi vicarium Petri? Sed dato iſto vicariatu, non conceſſo, quæ inde quæſo conſequentia, quod Imperatores ab eo debeant petere adprobationem perſonæ, unctionem, conſecrationem, & coronæ acceptionem? Chriſti Regnum de hiſce terrenis non eſt, nec ad illa extenditur. *Ioan.* 18. Antechriſti regnum videre eſt in *c.* 16. *v.* 10. *&* 18.

De exceptionibus.

Tit. X.

Cap. un.

Si qua competat exceptio excommunicationis, recte pontifex in *d. c. un.* contra jus Romanum conſtituit & permittit, ut dicta exceptio in omni parte litis opponi poſſit, ut *lat. ad. c. paſtoral. h. t. in antiq. ſeu ext. & ad l.* 19. *C. de probat. & ad l. ult. C. h. t.* Pontifex quidem dictam except. excommunicat. tanquam anomalam intelligit, ejuſque rationem ſingularem putat, ſed regulariter nemini juſta exceptio deneganda eſt, niſi ſub pœna pecuniaria, quam incurrit ille, qui eam opponere neglexit, ſed ſalva ſaltem reſtit. in integr. ut *lat. ad h. t. D. & C.* Præſupponit etiam pontifex, quod nulla converſatio civilis cum excommunicato haberi poſſit, ſed hoc præſuppoſitum falſum eſſe, probavi *ſup. ſæp.*

De ſentent. & re judic.

Tit. XI.

Cap. 1. & ſeq.

Quæ quæſo ratio, cur in *d. c.* 1. reo contra tres ſententias non liceat excipere de illarum nullitate, ſi illico aut manifeſte nullitas probari poſſit? Utique omni die (ut loquitur Spalmiſta) juſtitia adminiſtranda eſt. Statuatur pœna gravior in illum, qui temere toties appellavit, & facile calumniis litigantium occurretur juxta intent. pontif. in *d. c.* Sed nunquam via juſtitiæ intercludenda eſt, ut *lat. ad l. un. C. ut in uniq. cauſ. tertio &c.* Brevis ſumma prolixi *cap.* 2. Hæc eſt: ſententia lata contra citatum extra ci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tantis territorium exiſtentem, ipſo jure nulla eſt. Rationem dedi ad *l. ult. D. de juriſdict.* Conqueritur quidem pontifex in *d. c.* 2. quod Imp. miſerit falcem in alterius ſegetem, ſed noſtro judicio contrarium verius videtur. Quid enim juris habet pontifex in cauſis mere civilibus decidendis? Miles Chriſti vel Miniſter Eccleſiæ non debet ſe immiſcere negotiis ſecularibus, ipſo pontifice ſupra fatente *ſæp.* Sed papa ſuperior eſt, aut ex plenitudine poteſtatis à Chriſto conceſſæ proceſſus civiles reſcindere poteſt. *d. c. in fin.*

De appellationib.

Tit. XII.

Cap. 1. & ſeqq.

Hodie appellationem, de qua *d. c.* 1. tantum adnotari apud judicem à quo ſeu primæ inſtantiæ, neque ab eo peti apoſtolos, de quib. & *d. c.* notavi ad *h. t. in* 6. *& alib.* Sed appellato ignoranti appellationem & hodie inſinuandam eſſe, nemo vel leviter peritus ignorat. Summa igitur ex *pr. c.* 2. hæc eſto: appellationi renuntiare videtur, qui præſcripto tempori non paret. Summa ex §. 1. hæc eſto: judice denegante appellationis adnotationem, appellans appellationem proſequi poteſt. Hodie iſtum annum, de quo *c.* 3. apud Belgas non ſervari, nec ſervari debere, notavi ad *tit. præced. & ad tit. C. de temp. appell.* Ut ut ſit, tempus ad proſequendam appellationem non currit appellanti, quamdiu durat compromiſſum, niſi periculum immineat. *c.* 4. Scilicet jus partium, vel ejus in favorem partium introductum ſuſpenditur, ſi ipſi litigantes vel verbovel facto ita voluerunt, ſed ante definitivam appellanti ab interlocutoria non licet proſequi cauſas, niſi in ipſa appellatione expreſſas. *c.* 5. nec proceſſus primi judicis poteſt aliter juſtificari, quam ex actis coram eodem. *d. c.* Sane proſecutio appellationis deſertæ non impedit, quominus ſententia tranſeat in rem judicatam, ut loquuntur, id eſt, tempus appellationis videatur præter lapſum. *c.* 6. Si in *c.* 7. ille in cauſa appellationis rurſus audiendus ſit, qui primo inepte exception. perempt. propoſuerat, ſed jam rite proponit, cur non ille audiendus, qui primo negligenter aut imperfecte cauſam egit, ſed nunc perfectus & accuratus, licet multi anni interceſſerint? An ergo ſententia, qua exceptio peremptoria rejicitur, interlocutoria, an definitiva ſit; vel audetur appellatio à tertia ſententia, nihil ulterius inquiro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

LIBER TERTIUS DE VITA ET HONEST. CLERIC.

TIT. I.

Cap. 1.

OFficium carnificis, aut tabernarii non convenit clericis. *d. c.* 1. Idem dicendum de Eccleſiaſticis noſtris, licet ſupra dictum officium forſan in aliis non ſit illicitũ. Sed quæ ratio differentię inter conjugat. & non conjugat.? Clerici non debent portare vel circumferre veſtes diverſis colorib. tinctas. *c.* 2. Scacatę caligæ non conveniunt presbyteris. *d. c.* 2. Sed præſtat ingenere dicere, quod ſacerdotibus, presbyteris & diaconis tantum honeſtæ & humiles veſtes conveniant. Sed cur vicarius Chriſti non utitur veſtibus & veſtigiis Chriſti? Sane per decentiam exteriorẽ (licet ita loquatur pontifex in *d. c.*) non ſemper cognoſcitur honeſtas morum interiorum. *Matt.* 23.

De præbend. & dignit.

TIT. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Quanquam *d. c.* 1. nullo modo deſumptum videatur ex aliquo juris Romani articulo, tamen reſcripto principis adcommodari poteſt, quod extra veriſimilem voluntatem Principis extendere non oportet. Hinc in *c.* 2. literæ ſuper proviſione clericorum non includunt hoſpitalia aut ſimilia. An & quatenus quis in Repub. plures dignitates ſimul adminiſtrare poſſit, atque una alteram non facile faciat vacare, dixi ad *decret. Grat. ſæp.* & ideo nullæ notæ ad *c.* 3. quod de eccleſiaſticis, quæ in noſtris Eccleſiis non reperiuntur. Sane ſi Princeps proprio motu alicui de beneficio provideat, hand dubie etiam illa gratia valebit, licet beneficiatus aliud beneficium obtineat. *arg. c.* 4. Ratio, cur in *c.* 5. exſpectans beneficium ad collationem epiſcopi non poſſit accipere à capitulo, data eſt ad *d. c.* 1. *h. t.* Quatenus *c.*6. agit de præbendis, vix uſum aliquem habere poteſt apud ipſos Canonicos reformatos, ut jam notavi ad *d. c.* 3. *h. t.*

De conceſſ. præbend. & eccleſ. &c.

TIT. III.

Cap. un.

Summa ex *d. c. un.* quod etiam de præbend. & eccleſ. Roman. hæc eſto: decretum conditionale & irri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tans non habet effectum, niſi conditio impleta ſit. Quod promovendus ad beneficium debeat eſſe idoneus in ſcientia & morum honeſtate, per ſe notum eſt, & ſupra inculcatum *ſæp.* Quod etiam recipiens vel petens beneficium videatur illud acceptaſſe, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* Vacatio publice nota ſatis nota videtur. *d. c. un.*

De reb. eccleſ. non alien.

Tit. IV.

Cap. 1. & ſeq.

Res Eccleſiæ (ſcilicet veræ) non poſſunt concedi privato ad vitam, vel ad tempus, niſi utilitas vel neceſſitas aliter ſuadeat. *d. c.* 1. An & quomodo res eccleſiæ Romanæ donatæ flecti poſſint ad uſus profanos, dixi ad *h. t. in decret.* 5. *& 6. & alib. ſæp.* Hodie apud Reformatos in unione unius eccleſiæ cum altera, de qua *c.* 2. requiri videtur conſenſus tum Claſſis tum Magiſtratus, ut in ſimilibus probavi ſupra ex *d. ordin. Eccleſ. reform.*

De rer. permut.

Tit. V.

Cap. un.

Beneficia vacantia ratione permutationis non poſſunt conferri, niſi compermutantibus. *d. c. un.* Maxime autem in ſpiritualibus evitanda eſt illuſio aut duplicitas. *d. c. un. & cauſ.* 22. *q.* 2. *c. nequid.* An ex nudo pacto permutationis naſcatur actio, dixi ad *l.* 3. *C. h. t.*

De teſtam. & ult. vol.

Tit. VI.

Cap. un.

Quo jure quæſo epiſcopus in *d. c.* poteſt executores teſtamentorum cogere ad reddendam rationem de executionibus? Cur non potius ſuum religioſum coërcet ab illo negotio ſeculari? Scilicet plerumque teſtatores in ſuo teſtamento aliquid relinquunt. eccleſiæ, cujus cura ad epiſcopum pertinet. Cui judici hodie apud Nos executores teſtam. ſubjecti ſint, ſignificavi *ſup. aliquot.*

De ſepulturis.

Tit. VII.

Cap. 1. & 2.

Claves eccleſiæ contemnit, qui facit contra mandata eccleſiæ. *d. c.* 1. Scilicet quando mandata ſunt ex verbo Dei, ſed mandata eccleſ. Rom. in *d. c.* omnino contra Dei præcepta ſunt. Quo enim textu excommunicati aut uſurarii coërcentur à cœmeteriis? Vel quo in loco Sacræ Schripturæ tam temere quis excommunicatur, quod excommunicatum ſepeliverit? Quo jure etiam in *c.* 2. prædicatoribus debentur obvenr. funeral? vel quo juje ex illis debetur portio canonica, quæ eſt quarta, eccleſ. parochialib.?

De decim. primit. & oblat.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* 1. agit de religioſis, qui fraudant in decimis, vix apud Reformatos uſum aliquem habere poteſt, ſed poteſt tamen applicari quæſtorib. rer. eccleſiaſt. qui ob frauda-

dationem decimarum, quæ forſan ex bonis eccleſ. Rom. debentur Paſtoribus Eccleſ. reform. poſſunt ſaltem ſuſpendi ab offic. vel ad miniſtr. aut aliter puniri, ſed tamen non ſtatim excommunicari, ut *ſup. notat. ſæp.* An & quando papa poſſit ſingulis eccleſiis decimas injungere, vel Principi ſeculari donare ad tempus, de quo caſu *c.* 2. nullus inquiro. Sane bona veræ & orthodoxæ Eccleſiæ relicta non temere debent flecti in alios uſus ſeculares, niſi ſumma neceſſitas vel utilitas Reipub. aut Eccleſ. aliter ſuadeat, quos caſus ne ipſi quidem donatores excluſiſſe videntur. Reliqua de decimis ſecularizatis aut reformatis videre licet in *noſtr. ad h. t. in 6. & alib.*

De regularib. & tranſ. ad relig.

Tit. IX.

Cap. 1. & 2.

Regulas & ordines mendicantium, de quib. *d. c.* 1. *& ſeq.* potiſſimum agunt, ſupra rationib. improbavimus *ſæp.* Summa tamen ex *d. c.* 1. hæc eſto: quilibet debet eſſe contentus ſua vocatione, qua vocatus eſt, nec poteſt religioſus, vel potius Paſtor Eccleſ. facile ſtatum ſuum mutare. Quo facit. *art.* 12. **van de Kerck. Orden.** Pubes, qui per annum circumtulit habitum eccleſ. vel religios. cenſetur illam partem religionis profeſſus *c.* 2. Sed ut verum fatear, dura eſt illa præſumptio, quæ ex dicto facto præſumitur.

De ſtatu monach. vel canon. reg.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Quali veſtitu debeant incedere monachi nigri, quibuſque cibis & lectiſterniis debeant uti, aut ſimilibus, de quib. *d. c.* 1. parum aut nihil attendo. Aliquam tamen applicationem indicavi ad *tit.* 1. *h. lib.* 3. *& alibi*, ubi dixi, iſtud vitæ genus, quod coluerunt Sacerdotes in veteri Teſtamento, ne quidem per analogiam Sacerdotib. nov. Teſtam. adcommodari poſſe. Moniales quoque, de quib. *c.* 2. Reformati rejiciunt, quia Sacræ Paginæ non agnoſcunt. Fruſtra autem Deus colitur inventis aut traditionibus humanis. *Matth.* 15.

De religioſ. domib. ut epiſc. &c.

Tit. XI.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. beguinarum ſtatis aut religio damnetur, adjecta eſt in *pr. d. c.* ſed illa tamen proprie religioſum non facit, ſcilicet obedientia, panpertas & caſtitas. Rectius in *fin. d. c.* permittitur fidelibus mulieribus, ut honeſte poſſint vivere in ſuis hoſpitiis, quam in monaſteriis, quæ plerumque periculoſa ſunt. Quatenus *c.* 2. loquitur de hoſpitalibus Romanis, eorumque rectoribus & collatoribus, eatenus uſum apud Reformatos habere non poteſt, ſed poteſt tamen applicari Rectoribus ſecularizatis, qui etiam prohibentur reditus xenodoch. leproſar. eleemoſyn. in ſuos uſus convertere. *arg. d. c.* An & quando poſſint converti ad uſum publicum, dixi *ſup. ſæp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De jure patronat.

Tit. XII.

Cap. 1. & 2.

Hodie quoque Patronos Eccleſ. reformatos juxta *d. c.* 1. præſentato vel electo Paſtori congruam oportere portionem aſſignari, ut ex ea honeſte vivere poſſint, noavi *ſup. aliquot.* Ad de *interpret. ad art.* 5. **vande Kerck. Orden.** *& art.* 11. *d. Ord.* Plures patroni heredes unam tantum vocem habent in præſentando, quum jus patronatus ſuccedat vel competat per ſtirpes. *c.* 2. An Eccleſiæ vel Claſſi rectius competat jus nominandi, an eligendi, & an homini ſeculari jus patronatus concedi poſſit, dixi *plurib. ad h. t. ext. & in* 6. *& alib.*

De cenſib. exact. & procurat.

Tit. XIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur in *d. c.* 1. religioſi vel eccleſiaſtici teneantur ſubire onera, quæ iſti Eccleſiæ incumbunt, cui præficiuntur, vulgaris & expreſſa eſt in *pr. d. c.* Reliqua de cenſib. & procurat. apud Nos inutilia ſunt. Quales procurationes vel comeſtiones, de quib. *c.* 2. debeant Eccleſiæ noſtræ Viſitatoribus ſuis, ſignificavi *ſup. ſæp.* Hodie quoque extra periculum excommunicationis pedagia ſeu vectigalia, de quib. *c.* 3. exigi poſſe à Canonicis vel Eccleſiaſticis noſtris, notavi *ſup. cent.*

De celebrat. miſſar. & al. divin. offic.

Tit. XIV

Cap. 1. & ſeq.

Celebrationem miſſarum, de qua *d. c.* 1. *& ſeq.* deteſtandam eſſe idololatriam, notavi & probavi *ſup. ſæp.* Horas quoque canonicas, aliaque officia divina diurna & nocturna, de quib. *d. c.* jure Divino nequaquam injuncta eſſe, ſed potius vetita, notavi *itid. ſup. ſæp.* Summa ex *c.* 2. hæc eſto: qui converſatur cum religioſis, poteſt ſe illis coaptare. Cætera inutilia eſſe, quis non animadvertit?

De baptiſmo & ejus eff.

Tit. XV.

Cap. un.

Duos illos caſus exceptos, quibus baptiſma poſſet fieri in domibus privatis, non ſervari, ſed omne baptiſma fiere in Eccleſia vel cætu Eccleſiaſtico, ſignificavi ad *h. t. in antiq. ſeu ext.*

De reliq. & venerat. ſanct.

Tit. XVI.

Cap. un.

Quo cultu, quave veneratione Sanctos, de quib. *d. c. un.* excipiant Reformati, notavi *ſup. aliquot.* Sed quo jure feſtum Corporis Chriſti debet fieri feria quinta poſt octavam pentecoſtes, & quo jure conceduntur iis indulgentiæ, qui iſti feſto etiã poſt octavam inter fuerunt? Reſpondere videtur pontifex in *fin. d. c.* Nos de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Apoſt. Petri & Pauli auctoritate confiſi relaxamus. Sed illa miſericordia aut auctoritas nuſquam in Sacris occurrit. Bona intentio non eſt intentio bona, ſi non aliquo Sacro Textu nitatur. Quinimo res mala eſt, & ideo bona intentio non facit rem bonam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nam, quæ per ſe mala eſt, ut eſt hæc ipſa intentio, de qua loquimur, ut *ſupra probat. ſæp.* Denique & hoc notandum ad *d. c. un.* quod pontifex in *d. c.* ſibi ipſi ſæpius contradixerit, quando panem in ſacra Cœna ſeu Synaxi vocat ſacramentum ſeu cibum ſpiritualem, & ſimul Corpus Chriſti, ſcilicet reale, aut carnale, aut phyſicum, prout in cruce pependit. Dixit Chriſtus, inquit pontifex in *d. c.* ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi, ergo Chriſtus in pane præſens eſt præſentia corporali. Plures abſurditates indicavi *ſup. ſæp.* ſed indicavi leviter, cum hic juris articulus vix ad meam profeſſionem ſpectet.

De immunit. eccleſiar.

Tit. XVII.

Cap. un.

An papa Clemens in *d. c. un.* recte correxerit conſtitutionem papę Bonifacii, & priſtino vigori reſtituerit jus antiquum, nihil attendo, quum firmiter mihi perſuaſum habeam, quod neuter juſte eccleſiaſticos immunes fecerit à portoriis aut vectigalibus, quæ ipſi Sacerdotes in novo Teſtamento ut cives & membra politica tribuere debent. Sane ſi in *d. c. un.* nuda eſt traditio eccleſ. nulla erit obteſtatio divini judicii in *fin. d. c.* adjecta. Quinimo traditio veræ Eccleſiæ non obligat ſub jure conſcientiæ, ut *ſup. notat. ſæp.* Quod pontifices poſſint errare, licet quid conſtituerint ex conſilio fratrum cardinal. apparet ex ipſis correctionibus Clementis, qui ſæpe in ſuis clementinis cæteris pontificibus ſapientior videri voluit.

LIBER QUARTUS DE CONSANG. & AFFIN.

TIT. I.

Cap. un.

Quatenus *d. c. un.* agit de monialibus & profeſſis aut in ſacris conſtitutis, nullum uſum apud Belgas reformatos habere poteſt, ſed quia etiam de conſanguinem & affinibus agit, qui inter ſe matrimonium contraxerunt in gradibus prohibitis, dicendum eſt, & illud vetitum eſſe apud Reformatos, ſed non ſtatim dicendi ſunt excommunicatione digni, niſi ſemel atque iterum admoniti contumaces in peccato perſeveraverint, Deinde etiam notandum ad *d. c.* quod pontifices in gradibus præſcribendis nimis honeſti videri velint, ut *ſup. probat. aliquot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

LIBER QUINTUS

DE

Magiſtrat. & ne aliq. exig. &c.

TIT. I.

Cap. 1. & ſeqq.

IUſta profecto fuit ſollicitudo papæ in *d. c.* 1. quatenus ſolicitus fuit circa Magiſtros conſtituendos, qui ſcholas excolerent in ling. Hebr. Arab. & Chald. ſed nullus video, quo jure quid in illis præſcribere potuerit Regi Galliæ aut Angliæ, quorum cura eſt, ut in ſuis Regnis colatur vera religio, atque adeo omnia media ad eam excolendam adhibeantur. Papa quidem ſibi tribuit ſtudium generale in *c. 2. de privileg. in 6.* ſed hoc minime admittendum videtur, ut *notat. & hic & ibi & alib.* Magiſtri vel Doctores creandi jurare debent, ſe in ſolennitatibus non exceſſuros ſummam trium millium Tironens. *c.* 2. ſed illud juramentum apud Nos nec neceſſarium, nec receptum eſt, quamvis forſan non male leges ſumptuariæ ſub pœna pecuniaria ferrerentur in illos Doctores, qui honeſtum modum excederent.

De judæis & ſaracen.

TIT. II.

Cap. un.

Ratio, cur in *d. c. un.* Chriſtiani Principes debeant compeſcere ſaracenos & ſimiles ab invocatione publica Mahometi, & ab illa peregrinatione, quam ſarazeni aut mahometiſtæ ad ſepulchrum Mahometi ſubſtituunt, intermixta eſt *ibid.* ſed talis, quæ ipſi pontifici objici poteſt, quando permittit in ſua eccleſia invocationes idololatricas, & peregrinationes ſuperſtitioſas ad ſepulchrum Chriſti, de quo *lat. alib.*

De hæeticis.

TIT. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Si pœna in hæreticos ſtatuta vel ſtatuenda non debeat cedere in detrimentum fidelium. *pr. d. c.* 1. ergo totum fere jus Canonicum, quod de hæreticis agit, correctum videri debet. Quis & qualis inquiſitor circa hæreticos dari ſoleat, notavi *ſup. aliquot.* & ideo nullæ aliæ notæ ad §. 1. qui de inquiſitoribus Roman. qui vulgo **bloed-raeden** vocantur. Sanguineum aut crudelem pontificis animum indicant §. 2. *& ſeqq.* Inſontibus tamen pontifex parcit in *d.* §. 3. ergo pleroſque in carcerem conjicit, niſi manifeſte hæretici & contumaces ſint, ut *notat. ad decret. Grat. & ad h. t. in decret.*

§. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

5. *& 6.* Nos Reformatos non nominat, ſed tamen intelligit, & ideo toto cœlo errat. Inquiſitor hæret. pravit. debet eſſe 40. annor. *c.* 2. quia ſcilicet juniores nimis effervescunt. Qualis in *c.* 3. ſit debita hæreticorum ultio ex jure Canon. ſatis indicant præcedentia. An Beguardorum & Beguinarum hæreſis, quæ in *d. c.* 3. ut hæreſis damnatur, vera ſit hæreſis, meum non eſt inquirere. Hoc mihi ex jure Divino contra pontifices ſufficit, quod verus hereticus non ſtatim ſit damnandus & tradendus Satanæ. *Paul. ad Tit. c* 3. Excommunicatio ergo hæretici aliquando Eccleſiæ permiſſa eſt, ſed incarceratio ſoli Magiſtratui competit, ut *ſup. notat. ſæp.*

De homicid. volunt. vel caſ.

Tit. IV.

Cap. un.

Ratio, cur in *d. c. un.* homicidium non ſit voluntarium, ſed caſuale, quod commiſſum eſt à furioſo vel infante vel dormiente, atque adeo non inferat aliquam irregularitatem, hæc eſto; quia dicti homicidæ non habuerunt animum occidendi, ergo nec prorie homicidæ. *l.* 1. §. 3. *D. ad l. Cornel. de ſicar.* imo nec rei legis Aquil. quia non fuerunt in culpa. *tot. tit. ad l. Aquil.* Sed neminem tamen ex illis enumeratis homicidis puto promovendum ad ordinem ſacrum, propter ſcandalum evitandum. Uude nonnulli Canoniſtæ diſtinguunt inter ordinem ſuſceptum & ſuſcipiendum. *Gloſſ. ad d. c. un.*

De uſuris.

Tit. V.

Cap. un.

Si pontifex in *d. c. un.* loquatur de omnibus uſuris, ſeu de uſuris in genere, ut loqui videtur, ipſe incurrit in pœnam excommunicat. & hæreſ. quam in *d. c.* contrarium ſentientibus infligit. *tot. tit. quod quisque jur. in alter. &c.* Sed ſi de uſuraria pravitate, hoc eſt, de illicita & vorace uſura loquatur, haud injuſte illam improbat, ſed male tamen fœneratorem iſtius uſuræ ſtatim ſubjicit excommunicationi, & ſecus ſentientem hæreticæ pravitati in §. *ult.* Itane? tam temere aliquis hæreticus dicendus eſt? Quo jure etiam fœneratores in §. 1. tenentur pontifici edere rationum libros, aut ejus juſſu Magiſtratui? Arma & mandata Eccleſiæ preces ſunt, Magiſtratus exequitur, quod politicum eſt, ut *ſup. notat. ſæp.*

De exceſſib. prælat.

Tit. VI.

Cap. un.

Gravior fuit exceſſus prælatorum in eccleſ. Rom. tempore Clement. quam tempore Gregorii. Prior enim papa in *d. c. un.* providit contra 30. gravamina, poſterior contra 27. quæ prælati religioſi inferre ſolebant. Noſtræ Eccleſiæ nullos prælatos, aut ullam hierarchiæ ſpeciem agnoſcunt. Quinimo uni Eccleſiæ non competit imperium in Aliam, uni Miniſtro in Alterum &c Vide *art.* 84. **van te Kerck. Orden.**

De privil. & exceſſ. privil.

Tit. VII.

Cap. 1. & 2.

Summa ex *pr. d. c.* 1. quod de ſex caſibus, quibus religioſi excommunicantur,

excommunicantur, hæc eſto: religioſi non debent inducere teſtatores, ut aliquid dent monaſteriis. Sed cur epiſcopi vel alii poſſunt ? Altera hæc eſto: qui contra ſententiam canonis aut ſynodi aliquem abſolvit, ipſo facto excommunicatus eſt. Sed qua lege probat pontifex ? Scilicet auctoritas ejus fulcienda eſt. Septem illas culpas in §. 1. exprobrat pontifex religioſis, & ſub maledictionis æternæ interminatione interdicit. Ecce auctoritatem pontificis! ſed in §. 2. ponit moderationem circa duos caſus primos, qui de ſacramentis adminiſtrandis in hoſpitalibus, de quib. *nos ſup. ad tit.* 15. *Lib.* 3. Quatenus *c.* 2. agit de portatione crucis, aut benedict. archiepiſcop. nullum uſum apud Reformatos recipit, ſed ne tamen plane inutile ſit, hæc ſumma eſto: privilegium unius raro præjudicat privilegio alterius, de quo & *ſup. ſæp.*

De pœnis.

Tit. XVIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Ratio, cur pontifex Clemens in *pr. d. c.* 1. tam graves pœnas irroget illis, qui epiſcopum percuſſerunt aut ceperunt &c. & cur in §. 1. graviores poſſet infligere, data hæc eſt in *d.* §. quia epiſcopi dicuntur ſanctiſſimi, Chriſti legati, ſpirituales patres, pontificis fratres &c. Sed datis illis encomiis, non conceſſis, quæ quæſo inde conſequentia ad pœnas prædictas ? An non licet Magiſtratui ſeditioſos ſacerdotes bannire vel expellere, aut aliter punire ? Probavi hoc *plurib. ration. ad decret. Grat. ſæp.* Repetitio ergo juris veteris in §. 2. inanis eſt. Summa ex *c.* 2. hæc eſto: papa curare debet, ne ſuo & Apoſtolicæ ſedis honori derogetur. Summa ex *c.* 3. quod etiam Nobis inutile eſt, hæc eſto: qui non poſſunt per præmia induci ad obſervantiam virtutis vel juris, illi debent coërceri per pœnas, nec ſufficit abſtinere à malo, niſi ſimul fiat, quod bonum eſt. Excommunicationem, quæ in *pr.* & §. 1. *d. c.* 2. dicitur fieri ipſo facto, & pœnam, quam minatur pontifex ſub interminatione maledictionis æternæ, juri Divino contrariam eſſe, & tantum introductam eſſe ad auctoritatem pontificum corroborandam, notavi *ſup. ſæp.*

De pœnitent. & remiſſ.

Tit. IX.

Cap. 1. & 2.

Exemplo Clementis in *d. c.* 1. temporales Domini per vicarium eccleſ. hortandi ſunt in Domino, & obſervandi per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, ut velint tollere abuſum, vel malam conſuetudinem. An & quatenus etiam Paſtores vel Senat. Eccleſ. poſſint ſubinde imperare, ſignificavi *ſup. aliquot.* Sane pœnitentia (ſacramentum non agnoſco) damnatis ad mortem non eſt deneganda, ſed euchariſtia, quæ hic omiſſa eſt, dictis damnatis adminiſtranda non videtur, ut *alib. lat.* Noſtras Eccleſias nec illos quæſtores eleemoſynarum, nec illorum indulgentias aut remiſſiones agnoſcere, de quib. *tot. cap.* 2. notavi *ſup. aliquot.* Ipſum Concilium Trident. nomen & uſum quæſtorum abrogavit. *ſeſſ.* 21. *de reformat. c.* 9.

De ſent. excom. ſuſp. & interd.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Quatenus *d. c.* & *ſeqq.* agunt de religioſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ligioſis & excommunicationibus pontificiis, nullum uſum Reformatis adferre poſſunt, ſed potius deteſtationem allorum abuſuum, ut *ſup. probat. ſæp.* Iuvat tamen quasdam ſummas colligere, quæ forſan aliis caſibus applicari poterunt. Prima ex *cap.* 1. hęc eſto: concilium provinciale majus eſt, quam unius civitatis. Quo facit *art.* 36. **van de Kerck. Orden.** Secunda ex *c.* 2. hæc eſto: Principes, qui edicta Eccleſ. contemnunt, monendi & puniendi ſunt, *arg. d. c.* 2. ſed tamen non ſtatim ex primo facto excommunicandi, ut *ſup. notat. ſæp.* ſed nec video, quomodo tota diæceſis poſſit ſubjici excommunicationi aut interdicto, cum tantum culpabites puniendi ſint, ut & *ſup. notat. aliquot.* Summa ex *c.* 3. hæc eſto: danda eſt opera, ne cenſura eccleſiaſtica evileſcat, ſed etiam danda eſt opera, ne nimis creſcat. Summa ex *c.* 4. hæc eſto: non quælibet participatio aut communio cum excommunicato abſolvit excommunicatum. Illam nimis rigidam prohibitionem, quam & in *h. c.* pontifex, & in aliis *ſup. & infer. capp.* exercet, damnandam eſſe, notavi & probavi *ſup. ſæp.*

F I N I S.

EXTRAVAGANTES

Seu

Conſtitutiones viginti A. Iohanne papa 22. editæ.

D E

ELECT. & ELECTI POTEST.

TIT. I.

Cap. 1. & 2.

QUos prædeceſſores Johannes in *d. c.* 1. aut corrigat aut explicet, parum attendo, quum hæc quæſtio uſu careat, ſed lubet tamen adjicere doctrinam ſeu ſummam, quod ſcilicet electo non currat prejudicium, etiam ſi alibi moretur. Quomodo in noſtris Eccleſiis eligantur Paſtores aut Presbyteri aut Diaconi, ſignificavi *ſup ſæp.* Illa annalia, de quib. *c.* 2. apud Nos exulant, etiam in ipſis Patronis eccleſ. reformatis aut aliis ſecularibus. Ad quos interim pertineant fructus, dum aliquod beneficium vacat, puto vel ad ſubſtitutum ſeu adminiſtratorem, vel ipſum principalem aut Principem, ſignificavi *itid. ſup. ſæp.* Novis morbis nova antidota præparanda ſunt. *arg. d. c.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De majorit. & obed.

Tit. II.

Cap. un.

Summa ex *d. c. un.* quod merum fere ſapit papiſmum, hæc eſto: nullus poteſt aſſumere dominum, qui eſt ſub ſuperiore domino, nec ſubditi tenentur ei obedire, niſi ſuperior adſumptum dominum adprobaverit. An & quatenus noſtræ Eccleſiæ poſſint habere patrimonium eccleſiaſticum, dixi *alib. lat.* Sane dominos ſeculares non debere Eccleſiæ obedentiam, quatenus ſeculares vel politici ſunt, certum puto, proboque *ſup. ſæp.*

De præbend & dignit.

Tit. III.

Cap. un.

An *d. c. un.* gravius obliget, quam *c. de multa. ext. h. t.* parum aut nihil attendo, quum utrumque loquatur de præbendis & dignitatibus eccleſ. Rom. Cæterum laudabilis eatenus utraq; conſtituto, quatenus prohibet, ne unus pluribus fungatur dignitatibus, præſertim illis, quæ curam animarum annexam habent, vel aliter totum honem occupant, ut *ſup. notat. ſæp.* Nec video, quo jure ipſi cardinales aut Regum filii in *d. c.* excipiantur. Unus ſæpe minus idoneus accipit plura ſtipendia, quæ aliis literatis viris indigentibus ſufficerent. *d. c. un.*

De conceſſ. præbend. &c.

Tit. IV.

Cap. I. & ſeq.

Diviſio diœceſeos vel provinciæ non tollit prius jus, quod ante diviſionem competebat. *arg. d. c. 1. & 24.* Quamvis ergo illi executoris gratiarum, de quib. *d. c. 1.* agit, proprie apud Nos non reperiantur, tamen principis vel alterius executoribus & adminiſtratoribus comparari poſſunt. An & quatenus patroni ſecularizati poſſint paſtoratum vacaturum, vel præbendam vacaturam promittere, ſignificavi *ſup. aliquot.* Qualia autem jura competant capitulis vel archidiaconis, de quib. *d. c. 2.* nihil attendo, quum illa apud Reformatos abrogata ſint. Qualia hodie competant, rectius norunt ipſi capitulares. Qualia ſint jura diaconorum (nam archidiaconos, aut alios hierarchiæ ſubditos non agnoſcimus) ſignificavi ex **formul. van de bedienſt. der diacon.** & *art. 25.* **van de Kerck. Orden.**

Ne ſede vacante aliq. innov.

Tit. V.

Cap. un.

Quæ quæſo ratio D. Iohannes, cur in *d. c. un.* ſede imperii vacante, juriſdictio videatur devoluta ad papam? Reſpond. ſummo pontifici in perſona beati Petri terreni ſimul & cæleſtis imperii jura Deus ipſe commiſit. Sed quo textu probas? Probatur vulgo ex *Matth. c. 16.* ſed ibi tantum ſpiritualis poteſtas conceditur Apoſtolis, illorumque Succeſſoribus. Sed quid hoc ad pontifices Romanos? Chriſtus non vult verſari circa terrena, ſed vicarius ejus (potius antechriſtus) aliter ſentit ad ſedem & ſuperbiam confirmandam. Hodie quoque aliter, quam in *d. c.* ſervari in Imperio Romano, norunt omnes, qui iſtius regiminis periti ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De voto & voti redempt.

Tit. VI.

Cap. un.

Mirum non eſt, quod in *d. c. un.* votum caſtitatis aut ordinis ſacri non impediat matrimonium præcedens, etiam nondum conſummatum; quum unum votum, ſeu una promiſſio impediat alteram, prima ſecundam contrariam. Sed quæ ratio, cur præfatum votum impediat matrimonium ſequens aut ſequnturum? Ipſum votum turpe eſſe, præſertim in eo, qui non habet donum continentiæ, atque adeo ipſo jure nullum videri, notavi *ſup. ſæp.* Extra vagatur hic Johannes, & revera contra jus Divinum impedit Divinam ordinationem. *Geneſ.* 2. Cur tam parcus & hic pontifex in ſacris Textibus allegandis, maxime in illa concertatione decidenda, de qua in *pr?* Sco ita ex plenitudine ſuæ poteſtatis, ut ipſe loquitur, in *d. c. un.*

De religioſ. domib.

Tit. VII.

Cap. un.

Quæ ratio D. Johannes, cur in *d. c. un.* rejicias & damnes ſectam fratricellorum, beguinorum & ſimilium? Dignum eſt, inquit in *fin. d. c.* ut adulterinas plantationes, quas humana temeritas plantavit, Eccleſia Apoſtolica divellat & exſtirpet. Sed vereor, ut hæc ratio in ipſum pontificem retorqueri poſſit. Reliqua de religioſ. domib. videre licet in *noſtr. ad c. fin. ext. h. t. & in 6. c. 1.*

De judæis & ſarracen.

Tit. VIII.

Cap. un.

Negotium hoc, de quo *d. c. un.* plane ſeculare eſſe, atque adeo ad munus pontificis nihil omnino pertinere, notavi ad *c. ita quærund. ext. h. t. & alib. ſæp.* Quo jure, quave ratione Imperator aut Rex poſſit quandoque prohibere, ne exportentur arma, equi, aut res ſimiles, dixi ad *tit.* C. *quæ res export. non deb.*

De torneament.

Tit. IX.

Cap. un.

Ratio, cur in *d. c. un.* papa Joan. revocaverit conſtitutionem papæ Clement. quæ torneamenta vel haſtiludia prohibet, præmiſſa eſt in *pr. d. c.* ſed quid hæc materia ad forum utriuſque? Sane ſi ſubſit vel Eccleſiæ, vel animarum periculum, competit quidem Senatui Eccleſiaſtico interceſſio vel admonitio, ſed nulla juriſdictio aut imperium, ut *ſup. notat. ſæp.*

De crimine falſi.

Tit. X.

Cap. un

Nuſquam pontifex ſe magis immiſcuit negotiis ſecularibus, quam in *d. c. un.* ubi crimen falſi vindicat & punit pœna excommunicationis. Rectius apud Reformatos reos gravioris criminis aut privari officio eccleſiaſtico, aut ab eo ſuſpendi, dixi *ſup. ſæp.* An deportatus civis ob crimen falſi etiam ab Eccleſia, cujus fuit membrum, excommunicari poſſit, ſigni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

gnificavi *itid. ſup. ſæp.*

De privilegiis.

Tit. XI.

Cap. un.

Rurſus quidem pontifex in *d.c. un.* peccat contra illud Apoſtoli, 2. *Tim.* 2. & contra ſuum proprium præceptum, quod ex dicto Apoſt. ſæpe mutuatus eſt, ſed tamen non male abrogat privilegia, quorum prætextu maleficia remanebant impunita, & cultus lædebatur juſtitiæ, de quib. *nos lat. ad d. t. de privileg. ext. & in 6.*

De pœnis.

Tit XII.

Cap. un.

Extravagatur rurſus pontifex in *d. c. un.* quando laicum privat non tantum officio eccleſiaſtico, ſed etiam temporali ſeu mundano. Quo jure filios innoxios puniat propter delicta parentum, notavi *ſup. ſæp.* Septendecim offenſas ſeptendecim pœnis *d.c.* ſed præſtat omnes pœnas arbitrarias facere, quum rei natura hoc ſuadeat, ut ſupra etiam *notat. ſæp. ad h. t. ext. & in 6. & alib.*

De ſentent. excom. ſuſp. & int.

Tit. XIII.

Cap. un.

Quo jure Johan. in *d. c. un.* abbreviatoribus propter ſolas abbreviationes minatur excommunicationem? Pœna ſuſpenſionis ad certum tempus, vel privatio ab officio tolerari poteſt, quamvis in Eccleſiaſticis gravius delictum requiratur. *d. art.* 79. *& ſeq.* **van de Kerck. Ordẽn.** Hodie in Curiis & Tribun. Judicialib. taxationes literarum & dictionum præſcribuntur ſub pœna pecuniaria, quæ delicto convenientior eſt.

FINIS.

EXTRA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

EXTRAVAGANTES COMMUN.

à

Diverſ. Roman. pontificib. poſt Sext. editæ &c.

DE CONSUETUDINE.

TIT. I.

Cap. un.

SUmma ex *d. c. un.* quod de legato pontificis, hæc eſto: Principi licet uti Legatis, dum ipſe ubique præſens eſſe non poſſit. Mirum eſt, quod Chriſtus vel Apoſtolus Petrus conſtituerit pontificem ſuper gentes & regna gent. ut hic Johan. loquitur, & non ſimul conſtituerit legatos, qui nulla conſuetudine poſſunt removeri, ſed admitti debent ſub pœna excommunicationis, vel pœna interdicti eccleſiaſtici. *d.c.* Noſtram igitur conſuetudinem contrariam, quæ dictos legatos reſpuit, rationabilem & ſaluti animarum convenientiorem eſſe, quis dubitat? Nullam aliam probationem addo, tum quia ſupra ſæpius facta eſt, tum quia quæſtio Theologica eſt, & vix ad inſtitutum vel forum meum pertinet, niſi quatenus Chriſtianus Chriſtianum de errore admonere teneatur, ne peccato vel vitio adnuere videatur, cui non reſiſtit, ut ſupra ipſe pontifex ſæpe loquutus eſt. Quales Legati ad viſitandas Eccleſias noſtras adhiberi ſoleant, dixi *ibid. ſup. ſæp.*

De poſtulat. prælat.

TIT. II.

Cap. un.

Et poſtulationem illam prælatorum, & ætatem in illa requiſitam apud Reformatos non ſervari, notavi ad *h. t. ext. & in 6.* Præſtat quidem ſeniores Paſtores vocari ad majores Eccleſias, ſed ſi illi forſan non commode reperiuntur, haud dubie etiam juniores idonei vocari poſſunt. Quod Deus voluit arbitrarium, homo non debet facere certum aut determinatum. Ipſe pontifex in *anteced.* fatetur, nec pontificem, nec Imperat. mutare poſſe, quę juris naturalis ſunt.

De electione.

TIT. III.

Cap. 1. & ſeqq.

An & quando ei credatur, qui dicit, ſe venire ex mandato Principis,

de quo in textu *d. c.* 1. dixi ad *l. un. C. de mand. princip.* Cætera *d. c.* ſunt de electione prælatorum & literis promot. pontif. Quomodo Paſtores aut Presbyteri, aut Diaconi apud Reformatos eligi & confirmari ſoleant, dixi ex **Formul. van de beveſt.** & ex **Kerck. Orden.** *ſup. ſæp* Excuſſio *c.* 2. poſſet videri facta in *noſtr. ad c. 6. in 6. h. t.* Sed quia *d. c. & ſeqq.* aliquomodo coincidunt cum quibuſdam articulis (quos hic deſcribere nimis longum foret) **van de Kerck. Orden.** præſertim *interpret. art.* 5. ideo Lectorem ad *d.* **Orden.** remitto. Summa ex *c.* 3. hæc eſto: vacanti Eccleſiæ quamprimum proſpiciendum eſt. Summa ex *c.* 4. hæc eſto: futuris Paſtoribus juſtæ penſiones procurandæ ſunt.

De auctor. & uſu pall.

Tit. IV.

Cap. un.

Summa ex *d. c. un.* quod de auctoritate pallii pontif. de qua etiam ad *h. tit. ext.* hæc eſto: malitiis hominum obviandum vel occurrendum eſt. Retorqueo, ergo datio illa pallii, de qua *d. c. un.* impedienda eſt, quia ſuperſtitioſa eſt, ut *ſup. probat. ſæp.*.

De offic. cuſtod.

Tit. V.

Cap. un.

Poſſet & *d. c. un.* videri excuſſum in *noſtr. ad h. t. in antiq. ſeu ext.* ſed lubet hic quærere, qua ratione mendicantes prohibeantur habere plures campanas, & quomodo hoc derogaret juſtitiæ eccleſ. cathedral. aliarumve. Sane invidia præſumenda non videtur, ſed pontifex pacis amator præſumitur, ſine qua pacis Auctor non recte colitur. *d. c.* Qui & quales ſint cuſtodes in Eccleſiis & Templis noſtris, dictum eſt *ſup. ſæp.*

De offic. delegat.

Tit. VI.

Cap. un.

Quod diviſio, de qua *d. c. un.* regulariter non præjudicet juri antiquo, niſi hoc ſpecialiter actum ſit, vel ſumma ratio aliter ſuadeat, dixi *ſup. aliquot.* Reliqua de delegato ſedis Apoſtolicæ apud Reformatos inutilia eſſe, notavi *itid. ſup. ſæp.* Quale vero ſit officium judicis delegati à Principe, ſignificavi ad *l.* 5. *C. de judic. & alib.*

De offic. jud. ordin.

Tit. VII.

Cap. 1. & 2.

Quinam epiſcopi ſint hodie ordinarii judices in reb. eccleſiaſtic. de quib. *d. c.* 1. ſignificavi *ſup. ſæp.* Hodie quoque Viſitatores Eccleſ. non ſolent adhibere tabelliones vel notarios, de quib. & *d. c.* ſed tamen duos aſſumere ſolent. *d. art.* 44. **van de Kerck. Orden.** De pluribus beneficiis non cumulandis, de quib. *c.* 2. dixi ad *c. ordinar. in 6. h. t. & alib.* Vitium ambitionis execrandum eſt. *d. c.*

De majorit. & obed.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeqq.

Rationes, quibus pontifex conatur pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

probare in *d. c.* 1. quod omnes fideles ſubſint Romano pontifici, quodque ille à nemine judicari poſſit, adeo leves & frivolæ ſunt, ut vel mediocriter in Sacris verſatus hoc facile animadvertere poſſit. Apoſtoli dixerunt Chriſto, ecce duos gladios, & Chriſtus dixit, ſatis eſt, ergo pontifex Romanus accepit juriſdictionem ſpiritualem & temporalem. Bone Deus, quæ hæc conſequentia? Repono unicum illud Matth. Euangel. Vos ſcitis, quod Reges populorum habeant imperium, illudque exerceant, ſed ita inter Vos non erit, ſed qui inter Vos vult fieri major, is veſtrûm ſit ſervus. Qualis majoritas vel obedientia debeatur veræ Eccleſiæ vel ejus Senatui, ſignificavi *ſup. ſæp.* Summa igitur ex *c.* 2. hæc eſto: prælati in eccleſia debent prælucere luce puritatis & vita boni exempli. Summa ex *c.* 3. hæc eſto: prælati non debent vagari ut noctuæ. Quo facit *art.* 15. **van de Kerk. Orden.**

De treuga & pace.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa ex *d. c.* 1. quod de reſervatis papæ, & de beneficiis cardinalium, hęc eſto: boni Principis eſt, diſcordiam ſedare, quæ etiam ex pragmatica ſanctione orta eſt. Intra quot ſeptimanas patroni debeant vacanti Eccleſiæ præſentare novum Paſtorem, dixi *ſup. aliquot.* Ad quos apud Nos in cauſis beneficialibus fiat appellatio, dixi *itid. ſup. ſæp.* Summa ex *c.* 2. hæc eſt: boni paſtoris eſt, pacem introducere & confirmare, & ſeminarium diſcordiæ exſtirpare. Sed cur ergo pontifex tanto odio proſequitur Eccleſias noſtras? Scilicet noctua non fert lucem, quam etiam infans in Theologia videre poteſt.

LIBER SECUNDUS DE JUDICIIS.

TIT. I.

Cap. un.

Summa ex *d. c. un.* cujus maxima pars excuſſa eſt in *c. dud.* 2. *in Clem. de ſepult.* alias *decretal. ſup. cathed.* hæc eſto: unus religioſus vel eccleſiaſticus non debet aleri eſſe moleſtus. Quo facit *art.* 84. **van de Kerck. Orden.** Si quæ tamen moleſtiæ aut injuriæ factæ ſunt, illæ quamprimum adſopiendæ ſunt. *d. c. un.* modum videre licet in *d.* **Orden.**

De dilationib.

Tit. II.

Cap. un.

Singulari rurſus modo Johan. papa in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

in *d. c. un.* vagatur extra ſuos limites juriſd. eccleſiaſt. quando peremptorie citat auctores falſæ monetæ, data dilatione trium menſium; quia hæc citatio ſoli Magiſtratui, ſeu judicibus ſecularibus competit, qui ſi negligentes forſan ſunt, faciunt locum Eccleſiæ vel Senatui Eccleſiaſtico, ut procedat juxta *cap.* 18. ſeu **Kerck. Orden.** *art.* 71. *& ſeqq.*

De dolo & contem.

Tit. III.

Cap. un.

Proprie illa citatio nec publica nec privata, de qua potiſſimum *d. c. un.* agit, apud Reformatos recepta eſt, ut *notat. ſup. ſæp.* Sed tamen admonitio ſæpius repetita, quæ ſi contumaciter rejecta eſt, tunc primo ſuſpenditur ab uſu ſacræ Cœnæ, & ſi perſeveraverit in contumacia, proceditur etiam ad definitivam, hoc eſt, ad ipſam excommunicationem. *d. art.* 76. **van de Kerck. Orden.** cui adde **Formulier des bans off afſnyd.** Quænam jura civilia ſervanda ſint circa citationem ejuſque contemptum, notavi tum in *Dig.* tum in *Cod. ſæp.*

LIBER TERTIUS

DE

VITA ET HONEST. CLERIC.

TIT. I.

Cap. un.

Summa ex *d. c. un.* quod de cantoribus clericis, hæc eſto: laſciva cantorum melodia reprobanda eſt. An etiam in Eccleſiis noſtris poſſint tolerari organa & alia inſtrumenta muſica, vel cantores quatuor vocum, qui eſſent pars cultus Divini, auxie inter ipſos orthodoxos diſquiſitum fuit. Quid ego ſentiam, dixi cum diſtinct. *alib.*

De præbend. & dignit.

Tit. II.

Cap. 1. & ſeqq.

Quanquam *d. c.* 1. poſſet videri excuſſum in *noſtr. ad c.* 2. *&* 3. *in* 6. *h. t.* juvat tamen ſummam adjicere, quæ ob vitium ſeculi ſæpius repetenda videtur, quæque hæc eſt: beneficia vacantia idoneis conferenda ſunt. Quinam autem apud Reformatos in Eccleſia conferant, & qui modi ſervandi ſint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſint, ad nauſeam dixi *ſup. ſæp.* Ratio, cur in *c.* 2. commendæ vel literæ commendatitiæ à Regibus de providenda eccleſia non ſint admittendæ, hæc datur; quia commenda de beneficiis facta multorum eſt cauſa malorum. Sane per ſe eſſe non poteſt, ſed per accidens aliquando eſt. Ut ergo commendatio papæ non tollit liberam electionem aut diſpenſationem Imperatoris, ita nec commendatio Imp. præjudicat papæ aut eccleſiæ, ut *alib. lat.* Mutua debet eſſe concordia & amicitia inter Magiſtratum & Eccleſiam, quidni ergo unus alteri poſſet quem commodare de meliori nota, eamque ſequi ſine præjudicio alterius jurisdictionis? Summa ex *c.* 3. quod de benefic. in Provinc. Burdegal. & de reſervat. *Clem.* 5. hæc eſto: eccleſiaſtica diligentius diſponenda ſunt, quàm temporalia, & ſpecialiter injunctum plus timendum eſt, quam quod generaliter mandatum eſt. Summa ex *c.* 4. quod eſt de pluribus beneficiis non cumulandis, de quib. *ſup. aliquot.* hæc eſto: execrabilis ambitio religioſorum refrænanda eſt.

Ad c. 5. & ſeqq.

Utilitas *d. c.* 5. hæc eſt, teſte *Gloſſ.* ſeu *Summat.* quod ex eo cognoſcere liceat, quomodo eccleſiæ erigendæ ſint, & quomodo & qua de cauſa dividendæ, ſubjiciendæ & examinandæ ſint. Sed hoc nullo modo verum eſt, dum hæc omnia judicio papæ committit. Verum quidem eſt in noſtris Eccleſiis, meſſis multa, operarii pauci. *Matth.* 9. *&* 20. ſed in eccleſiis Ramanis ſuperflui ſunt. Si tamen plures Paſtores neceſſario in Eccleſia aliqua noſtra deſiderantur, omnino Magiſtratus curare debet, ne Religio capiat detrimentum, quæ præcipuum totius Reipub. fundamentum eſt. Pœnam ejus, qui impedit diviſionem eccleſiarum, quando neceſſitas exigit, de quo caſu *c.* 6. apud Reformatos abrogatam eſſe, ſponte patet ex *præmiſſ. noſtr.* ſed ſalva tamen pœna arbitraria, quę tamen magis Magiſtratui convenit quam eccleſiæ, ut etiam *notat. ſup. ſæp.* Quinam ſint executores & publicatores, de quib. *c.* 7. tam in ſecularibus pœnis, quam eccleſiaſticis, affatim me in ſuperioribus dixiſſe cenſeo. Summa ex *c.* 8. quod de abbate mutato in epiſcop. hæc eſto: facile diſpenſationem obtinet, qui multis qualitatibus prępollet. Rectius quidem nulla certa ætas præfigitur officio, ſed dum ordinis gratia (ut ajunt) præfixa eſt, haud dubie præcocioris ingenii ratio habenda eſt, cnjus exemplum eſt in *c.* 9. quod hoc præcipue urget, ut præficiendus eccleſiæ inprimis excellat qualitatibus.

Ad c. 10. & ſeqq.

Illos collectores fructuum, de quib. *d. c.* 10. proprie apud Reformatos non dari, certum eſt, ut *ſup. notat. ſæp.* Sed dari interdum collectores pro Eccleſia indigente vel fabricanda aut reſtauranda, notavi *itid. ſup. aliquot.* Reliqua etiam de papa præferendo fabricæ, & de reditibus non diminuendis, qui dati ſunt pro miſſis celebrandis, plane apud Nos abrogata & damnata eſſe, quis tam peregrinus in Belgio confœd. qui hoc ignorat? Quinam fructus, de quib. *c.* 11. contineantur ſub generali appellatione fructuum, facile ex circumſtantiis colligitur, ſed non male tamen Princeps aliquando ob lites impediendas ſpeciales edit conſtitutiones, quibus dubitationes tollat. *arg. d. c.* 11. *& ſeq.* Quænam beneficia pertineant ad curiam Romanam, quique viri præſint beneficiis vacantibus, de quib. *c.* 13. parnm attendo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

do, ſed ſufficit mihi, quod ſupra ſæpenumero indicavero Viros, qui in Eccl. vel in Repub. dignitatib. vacantib. præſint & proſint. Hoc certum quoq; apud Nos *arg. c.* 14. quod beneficia reſervata ſint affecta, atque adeo non poſſint conferri, niſi ab eo, cui jus conferendi competit.

Ne ſede vac. aliq. onnov.

Tit. III.

Cap. un.

Quatenus *d. c. un.* agit de eccleſiis & beneficiis vacantibus Romanis, deque decimis & fructibus primi vel ſecundi anni, eatenus plane Nobis in utile eſt, ut & *ſup. notat. ſæp.* Sed lubet tamen ſummas colligere pro Eccleſiis noſtris, quarum prima hæc eſto: boni Principis eſt, providere cultui Divino & Miniſtris ejus. Secunda eſto: ſupremi Magiſtratus eſt, Eccleſiaſticorum diſpendiis occurrere, quæ propter occupationes imminent. Dicitur quidem in *art.* 11. **van de Kerck. Orden.** quod Senatus Eccleſiaſticus, qui ipſam Eccleſiam repræſentat, verbi Divini Miniſtris debeat proſpicere de debitis & juſtis alimentis, ſed hoc forſan intelligendnm eſt, quoad interceſſionem, vel de Eccleſia, quæ Magiſtratum non habet. Quomodo Patroni debeant providere, apparet ex *interpret. art.* 5. **van de verklaer. &c.**

De reb. eccleſ. non alien.

Tit. IV.

Cap. 1. & 2.

Raro quis ex primo, & non niſi ex graviori delicto excommunicari ſolet, ut ſupra contra *d. c. un.* notatum eſt *ſæp.* Sed tamen pœnis recte ſubjicitur, qui res veræ & orthodoxæ Eccleſiæ donatas profano uſui adplicat. *arg. d. c. un.* Cæterum bona falſæ & antichriſtianæ Eccleſiæ relicta optimo jure in uſus profanos flecti poſſe, probavi *ſup. ſæp.* licet pie & forſan magis pie flectantur in ſimiles uſus pios vel eccleſiaſticos, ut *itid. ſup. ſæp.*

De empt. & vendit.

Tit. V.

Cap. 1. & 2.

Conſtituit quidem Martinus 5. in *d. c.* 1. quod emptio venditio reditus annui non ſit contractus uſurarius, ſed nulla ratio adjecta eſt. Sane pactum de retrovendendo nihil mutat. Si ergo licet vendere & emere reditus annuos, ergo & uſuræ ſunt licitæ, quas tamen cæteri pontifices damnare videntur, & ipſe Martinus damnat in *d. c.* ſed manifeſte ſibi contrarius. Ut ut ſit, uſuræ jure Divino licitæ ſunt, ut *lat. ad tit. de uſur.* Valent ergo & illi contractus, de quib. *d. c.* 1. *&* *ſeq.* ſed ex alio fundamento, quam fundamento papæ Martini, cujus bulla ideo rectius occultatur, quam publicatur.

De ſepultur.

Tit. VI.

Cap. 1. & 2.

Feritas quidem eſt, corpora defunctorum exenterare, ut loquitur pontifex Bonifac. in *d. c.* 1. ſed non videtur tantum delictum, ut exenterator vel extractor vel decoctor inteſtinorum ipſo facto patiatur excommunicationem, hoc eſt, traditionem ſatanæ, de qua *ſup. lat.* Sed nec video, quo ju-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

re ipſi corpori ſic inhumaniter tractato denegetur ſepultura, licet vivus etiam mandaſſet. Reſpondit quidem *Gloſſ.* punitur hic ſine culpa, ſed non ſine cauſa. Sed quæ cauſa? Vide *not. noſtr. ad l. quidam 27. D. de condit. inſtit.* An *c.* 2. ſit ſublatum per *extravag. int. cunct.* ſed repetitum per *Clement. dud. h. t.* parum inquiro. Sufficit mihi, quod pontifex Bonifac. per hoc *cap.* 2. providere voluerit ſuper prædicat. confeſſ. & ſepultur. quæ olim magnas continebant contentiones inter curatos & jacobitas, quas *d. c.* 2. ſuſtulit. Summa igitur ex *d. c.* 2. hæc eſto: boni Principis eſt curare, ut vigeat tranquillitas inter antiſtites Ecclesiarum, qui ad curam & regimen Gregis Dominici deputati ſunt.

De decimis.

Tit. VII.

Cap. un.

Excuſſio *d. c. un.* facta videri poteſt in *noſtr. ad Clement.* 2. *h. t.* ſed lubet tamen novas quaſdam ſummas colligere, quarum prima hæc eſto: non omnia beneficia ſubjacent decimis, nec ſemper requirunt perſonalem reſidentiam. Secunda hæc eſto: labor remunerandus eſt, & res tranſit cum ſuo onere. Tertia hæc eſto: Deum in negotiis eccleſiaſticis debemus habere præ oculis, ſed quo jure ergo pontifex decimas tribuit novi Teſtamenti Sacerdotibus? Recte decimas pontificias ſecularizatas apud Reformatos eſſe, probavi *ſæp.* tum ad *decret. Grat.* tum ad *h. t. ext. & in 6.*

De regular. & tranſ. ad relig.

Tit. VIII.

Cap. 1. & ſeq.

Summa ex *d. c.* 1. quod de religioſ. mendic. qui non debent convolare ad religionem non mendicant. hæc eſto: cupiditas omnibus, ſed præſertim religioſis, præcludenda eſt, & unus ordo poteſt potiri majori prærogativa, quam alter, modo tamen non ſit hierarchicus, ut *ſup. notat. ſæp.* Summa ex *c.* 2. quod eſt de religioſis, qui ultra mare cauſa religionis eunt, hæc eſto: Miniſtri alicujus Eccleſiæ non poſſunt prædicare verbum Dei ultra ſuam Eccleſiam, niſi ex conſenſu ſuperioris Claſſis aut Senatus Eccleſiaſtici. Quo pertinet *art.* 15. **van de Kerck. Orden.**

De religioſ. domib.

Tit. IX.

Cap. un.

Quamvis beguinarum religio reprobata ſit, tamen non ſtatim illarum domus aut veſtes improbandæ ſunt, ſi in cæteris honeſte & pie vivant *d. c. un.* An & quando brachium ſeculare ab eccleſia poſſit invocari, de quo caſu etiam *d. c.* ſignificavi *ſup. ſæp.*

De cenſib. exact. & procurat.

Tit. X.

Cap. un.

Quales procurationes, quas taxavit pontifex in *d. c. un.* Viſitatoribus noſtrar. Eccleſ. exhiberi ſoleant & debeant, ſignificavi *ſup. aliquot.* Salvanda ſunt privilegia, ſi quę competant. *arg. d. c.* Servandæ etiam ſunt indemnitates pauperum, conventiones & con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

conſuetudines, ſi ſcilicet juſtæ aut rationabiles ſunt. *d. c.* Præſcriptiones male adprobantur, ut *lat. ad. tit. de præſcript.* Tranſgreſſores bene puniuntur, modo pœna arbitrara non tranſgrediatur normas ab æquitate præſcriptas *d. c. un.* Juſta & marginalis nota ad *d. c.* hæc eſt: conſtitutio pœnalis quandoque ex identitate rationis extenditur. Pœna quoque pecuniaria interdum imponitur pro delicto. *d. c.* ſed quo jure in duplum? Saltem in foro ſeculari pœnæ dupli aut tripli abrogatæ ſunt, ut *ſup. notat. ſæp.* Charitativa ſubſidia non ſunt deneganda Eccleſiis indigentibus. *d. c. un.*

De celebrat. miſſar.

Tit. XI.

Cap. un.

Quæ & quales preces in celebratione miſſæ ſint effundendæ propter turbationes, quas hæretici eccleſiæ Rom. inferunt, de quib. potiſſ. *d. c. un.* parum attendo, quum tota miſſa nobis deteſtanda videatur, ut *ſup. notat. ſæp.* Haud male tamen ardentiores preces exiguntur, quando vera Eccleſia perturbatur perverſis hæreticorum & ſimilium ſententiis & perſecutionibus. Sed nec indulgentias, nec certas pœnitentias agnoſcimus.

De reliq. & venerat. ſanct.

Tit. XII.

Cap. 1. & ſeqq.

Illas indulgentias & remiſſiones peccatorum, de quib. *d. c.* 1. Eccleſiæ noſtræ non admittunt ant credunt, ſed ut mera figmenta rejiciunt, ut & *ſup. notat. ſæp.* Solus ſanguis Chriſti (attende pontifex) purgat fideles a peccatis. *Joan. 6. 1. Joan. 1.* &c. Quo jure ergo pontifex idem tribuit celebrationi concept. Virgin. Mariæ? Sed fuit ordinata à filio magiſtri Leonardi clerici notarii pontif. *d. c.* 1. An pontifex illos prædicatores, qui aſſerunt, Virginem Mariam in mortali peccato conceptam eſſe, recte in *c.* 2. excommunicaverit, curioſius hic non inquiro, quum quæſtio mere Theogica ſit, & forſan otioſa, aut ſaltem vix digna tanta pœna hæreſ. aut excommunicat. Sane feſtum in honorem conceptionis Divæ Mariæ mera eſt traditio eccleſiæ Romanæ, & ideo non admittendum. *Matth.* 15.

De immunit. eccleſ.

Tit. XIII.

Cap. 1.

An in *d. c.* 1. recte limitetur *decretal. cleric. laic. h. t. in 6.* parum animadverto, ſed hoc noto, quod laici Magiſtratus contra utrumque *capit.* recte exigant tallias ſeu tributa ab Eccleſiaſticis, & quod hi recte ſolvant illis, ut *ſup. probat. lat. & ſæp.* Excuſſio *c. paſtoral.* facta videri poteſt in *noſtr. ad Clement.* 1. *h. t.*

Liber quartus deeſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

LIBER QUINTUS
DE
SIMONIA.

TIT. I.

Cap. 1. & ſeq.

SPecies ſimoniæ videtur, quando quis vel exigit jocalia, vel quãdo dat pro ingreſſu religionis. *d.c.* 1. Sed quæ ratio excommunicationis? Turpe quidem apud Nos videri poſſet, ſi quid daretur pro munere Eccleſiaſtico obtinendo, quum in eo inprimis ſola merita ſpectari debeant, ſed ſimonia non eſt, niſi munera dentu pro ſingularib. donis ſpiritualibus, quæ Apoſtoli gratis acceperant, quæque hodie ceſſant. Quare etiam iſtæ pœnæ, quæ in *c.* 2. contra veros ſimoniacos ſtatutæ ſunt, adprobandæ non ſunt. Ratio tamen, cur electiones vel proviſiones pecunia quæſitæ non teneant, data eſt ad *d. c.* 1. *h. t. & alib. ſæp.* An in *fin. d. c.* complices, ſeu potius ſocii criminis, qui crimen detexerunt, recte prœmio afficiantur, dixi ad *l.* 13. *D. de cuſtod. & exhib. reor. & ad l.* 5. *C. ad l. Iul. majeſt.* Plures animadverſiones ad *h. t. & ſeqq* videre eſt in *ſchol. & animad. Mareſ. ad tit.* 2. *& ſeqq. lib.* 4. *Inſt. jur. canon. Anton. Cuch.*

De Judæis.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

Qua pœna videantur mulctandi illi Chriſtiani, qui ſarracenis aut ſimilibus infidelibus Chriſtianos impugnantibus arma adportant, dixiſſe videor ad *h. t. ext. & alibi.* Sed quia Clemens in *d. c.* 1. novas inclementias conſtituit, quæro quo jure captus præter pœnam excommunicationis patiatur pœnam ſervitutis, inteſtabilit. confiſcat. &c. Putabam inter Chriſtianos jus ſervitutis ſublatum eſſe, aut ſaltem cenſuram Eccleſiaſticam nec ad hoc, nec ad jus infamiæ aut confiſcationis aut inteſtabilitatis extendi. Ratio, cur in *c.* 2. judæi ad veram fidem converſi non ſint in bonis turbandi aut moleſtandi, adjecta eſt *ibid.*

De hæreticis.

Tit. III.

Cap. 1. & ſeqq.

An & quatenus *d.c.* 1. explicat *cap.* ſeu *decretal. per hoc in 6. h. t.* parum aut nihil attendo; quum neutrum cap. apud Reformatos uſum habeat. Summa tamen ex *d. c.* 1. hæc eſſe poteſt; ordinarii inquiſit. officium propriis expenſis explere debent. Quinam autem apud Nos ſint ordinarii judices eccleſiaſtici vel ſeculares, quinam inquiſitores, dixi *ſup. ſæp.* An & quatenus in *c.* 2. tres errores iſtius Doctor. Pariſ. hæreſin ſapiant, nullus inquiro, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

tota materia hæreticæ pravitatis Romanæ eſt. Sane illa ratio Doctoris, quod implicat contradictionem, Deo impoſſibile dicitur, mirum in modum nobis placet, & magis mirum eſt, cur pontifex ad eam non attendat, quando docet, panem in ſacra ſynaxi manere panem, & tamen revera eſſe ipſum Corpus reale & carnale Chriſti, de quo *ſup. lat.* Qualis cenſura eccleſiaſtica, de qua pontifex in *c.* 3. noſtris inquiſitoribus eccleſiaſticis competat in cauſa hereticorum, notavi *ſup. aliquot.* & ideo de illa mere pontificia, quæ eſt in *d. c.* 3. nullus ſollicitus ſum.

De ſchiſmaticis.

Tit. IV.

Cap. un.

Ratio, cur in *d. c. un.* Benedictus undecim revocet ſententias per Bonifac. octav. latas contra Jacobum & Petrum de columna ſchiſmaticos, hæc reddi videtur; quia vicarii Chriſti proprium eſt, miſereri & parcere. Sed cur ergo non ſimul revocat confiſcationem bonorum? Utique illa non temere infligenda eſt, ut *lat. ad c. un. h. t. in* 6. *& alib.* Quinam vero ſchiſmatici dicendi videantur, dixi *itid. ad decret. Grat. & alib. ſæp.*

De furtis.

Tit. V.

Cap. un.

De furto theſauri eccleſiaſtici, de quo *d. c. un.* noſtræ Eccleſiæ non ſunt ſolicitæ, quum nullos theſauros poſſideant. Nullos etiam certos terminos præfigunt, intra quos res furtiva reſtituenda ſit, aut ſaltem non ſtatim minantur excommunicationem, ut *ſup. notat. ſæp.* Modum excommunicandi, qui etiam occurrit in *d. c. un.* ridiculum putant, aliumque commendant ex *dict.* **Formul. van de afſnyd.** *& dict.* **Kerk. Orden.**

De crimine falſi.

Tit. VI.

Cap. un.

Voluit quidem pontifex in *d. c. un.* proſpicere pauperibus, ſed nullus video, quomodo factum Alchimiſtarum pertineat ad forum pontificis, quatenus ſaltem ex vero auro tantum in publicum deferre jubet, quantum Alchimiſtæ de falſo & adulterino expoſuerunt, etſi facultates forſan non ſufficiant, pœnam mutari in aliam &c. Sane Alchimas per ſe licitas videri, apparet ex illorum tolerantia, quamvis in Epiſcopo aut Paſtore Eccleſiæ minus approbanda videatur, ut *alib. lat.* Quodnam etiam proprium ſit crimen falſi, dixi *plurib. ad l. Cornel. de falſ.*

De privilegiis.

Tit. VII.

Cap. 1. & ſeqq.

An & quatenus *cap.* 1. correctum ſit per *Clem.* 2. *de ſepult.* facile apparet ex *d. Clem. & d. c.* 1. Tota quæſtio eſt de privileg. prædicat. minor. circa confeſſ. & ſepultur. & ideo tacito pede à nobis præteritur. Laudandus tamen in eo Benedictus undecim. quod non patiatur l. Falcidiam locum habere in legatis, quæ pauperibus relicta ſunt. Sed quatenus per exceptionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nem ſtatuit, eatenus reprehenſionem mereri videtur, ut *nos lat. ad tit. Inſt. & Dig. de l. Falcid.* Recte quoque idem pontifex in *pr. d. c.* 1. præmiſit, quod novæ conſtitutiones non ſint introducendæ, niſi evidens utilitas, aut ratio aliter ſuadeat, de quo *nos lat. ad l. 2 D. de conſtit. Princip.* An & quatenus Rex Franciæ, vel ſubditi ejus in *c.* 2. ſubjecti ſint eccleſiæ Romanæ, vel fuerint in *extravag. unam ſanct. de major. & obed.* nihil attendo, quia hinc nihil ad decretum meum reſultat. Nullius etiam uſus fere eſt *c.* 3. quod eſt de illis, qui Romam adeunt, deque ordinariis epiſcopis, qui hoc factum cenſura coërcere conſueverant, niſi forſan hæc ſumma utilis videatur, quod dantes & recipientes illicita æquali pœna puniri ſoleant. Summa ex *c.* 4. quod etiam inutile, quia de hoſpitalar. eorumque annalib. benefic. hęc eſto: petitio juri conſona omnino admittenda eſt.

De pœnis.

Tit. VIII.

Cap. un.

An & quatenus loca ſacræ Scripturæ, quæ in *d. c. un.* indicantur, nihil aut aliquid ad rem deciſam pertineant, vix mihi inquirere licet, aut per ſe neceſſum non eſt. Etenim certum eſt, quod epiſcopi propter magna & horrenda crimina ſint puniendi, ſed potius pœna arbitraria in foro ſeculari, pœna excommunicationis in foro Eccleſiaſtico, quæ tamen in *d. c. un.* non reperitur, ſed tantum perpetua depoſitio, privatio offic. ſacerd. & damnatio in carcer. ad pœnit. Prælati ſeu Senatores Eccleſiaſtici non debent eſſe nimis creduli. *d. c.* Appellatio eſt remedium contra oppreſſiones, de quo *nos lat. ad l.* 1. *D. de appellat.* Sed quæ ratio ergo, cur pontifex ſæpiſſime quid conſtituit omni appellatione remota?

De pœnitent. & remiſſ.

Tit. IX.

Cap. 1. & ſeqq.

Summa *d. c.* 1. hæc vulgaris eſt: centeſimo quoque anno viſitantibus baſilicas ſeu eccleſias Petri & Pauli Apoſtol. pleniſſima peccatorum venia conceditur, Sed horreo, quando in *d. c.* lego, quod propter viſitationes eccleſiarum remittantur peccata. Additur quidem in margine, quod indulgentia fundetur ſuper meritum Chriſti, ſed hoc contrariatur ipſis indulgentiis, quæ fundantur in viſitationibus, vel etiam in ipſa confeſſione & pænitentia peccatorum. Quinimo nullis operibus bonis nullum meritum adſcribendum eſt, ut *notat. ſæp. ad decret. Grat. & alib.* An in *d. c.* 1. annus centeſimus recte comparetur anno jubilæo, de quo *Levit.* 25. nullus inquiro, quum in *c.* 2. reducatur ad annum quinquageſimum, & in *c.* 4. ad annum 25. Deinde multos caſus exceptos ſibi reſervavit pontifex in *c.* 3. & multas indulgentias abrogavit in *c.* 5. Denique, quę quæſo, comparatio inter annum jubilæi, de quo *d. c. Levit.* 25. *& Ezech.* 47. & inter annum gratiæ, de quo agitur in *dd. capit.*? Crediderim, pontificem tempus abbreviare & indulgentias prorogare, prout ſuæ eccleſiæ expedit & ſibi neceſſum eſt. Plura, ſi quis de jubilæo ſcire deſiderat, adeat ille *Petr. Cunæ. de Repub. Hebræor.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

De ſentent. excom.

Tit. X.

Cap. 1. & ſeqq.

Illam excommunicationem & anathematizationem (ſive majorem ſive minorem dixeris) duram & temerariam eſſe, qua in *d. c.* 1. puniuntur etiam illi, qui non revelarunt pactum ſeu promiſſum, per quod quis gratiam aut juſtitiam à pontifice impetravit, notavi *ſup. ſæp.* Sane ſi gratia vel juſtitia collata eſt in hominem bene meritum, nullus video, cur aliqua promiſſio ad dict. grat. obtinendam tanta pœna digna videri poſſit. Haud male tamen illis, qui beneficia obtinent, imponitur juramentum, quo jurant, ſe nec donis, nec promiſſionibus ad ea obtinenda uſos fuiſſe. Si tamen contrarium probetur, per me licet, ut juxta *d. c.* puniantur & dantes & accipientes, ſed pœna arbitraria in foro civili, pœna eccleſiaſtica in foro eccleſiaſtico, de qua *ſup. ſæp.* Summa ergo ex *c.*2. quod de interdicto, quod de papa dependet, hæc eſto: interdictum eccleſiæ vel etiam Principis videtur coërcendum, quando ex cauſa interdicti multa damna emergunt. Illam poteſtatem pontificis, quæ in *c.* 3. Andron. Palæolog. Imp. ejuſque ſocios & confœderatos excommunicat, injuſtam, jurique Divino contrariam eſſe, notavi *ſup. cent.* Summa ex *c. ult.* quod de coronatione pontificis, hæc eſto: coronatio non concedit poteſtatem, ſed ſola creatio, cujus hæc forſan ratio, quod ſolennia nihil faciant ad rei ſubſtantiam, licet quandoque ſub pœna pecuniaria pro ſubſtantia requiri poſſint, & ipſe pontifex ſæpe in *præced. capitt.* ſub pœna nullitatis negotii requiſierit. Plures animadverſ. videre licet apud *Mareſ. in ſchol. & animadverſ. ad d. Ant. Cucch. lib.* 4.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

DISSERTATIO
DE
JURE CANONICO,
Quomodo & quando vim legis habeat in foris noſtris,

DEQUE

REGEPTA CONSUETUDINE,

Quâ hodie in Academiis etiam Reformatorum J. U. Doctores renuntiantur.

AUCTORE

CYPRIANO REGNERI ab OOSTERGA
J. U. Doctore & Profeſſore in Illuſtri
Academia Ultrajectina.



TRAJECTI ad RHENUM,

Apnd *HENRICUM VERSTEEGH*, Bibliopolam.

cIɔ Iɔ cXIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

DISSERTATIO
DE
JURE CANONICO,
Quomodo & quando hoc vim legis habeat in foris noſtris,
DEQUE
Recepta Conſuetudine, quâ hodie in Academiis etiam Reformatorum J. U. D. renuntientur.

QUandoquidem indies repullulat & increbreſcit ſententia illorum, qui omnem omninò auctoritatem juri Canonico ſubtrahentes, illud nec profitendum, nec quemquam in eo Doctorem creandum, nec in foro ſervandum eſſe cenſent; operæ pretium putavi, huic noxio rerori (ſic namque ſuperiorem ſententiam interpretor) brevibus & modeſtis vindiciis tempeſtive occurrere. Dicam tamen præcipue de ratione præfatæ conſuetudinis, quum illius excuſſio proprius ad munus noſtrum pertineat. Mallem equidem hoc negotium ſuſceptum ab aliis me longè doctiorib., imo ab univerſa quadam Synodo Juridica (quippe totius Reipub. JCtorum, Practicantium, Docentium Diſcentiumq; magnopere intereſt) ſed quoniam metum hac de re apud eos ubiq; ſilentium eſt, à me potius quàm à nemine receptæ Conſuetudinis juſtitiam defenſam eſſe, nemo ſapiens rationes ſuprà allatas benè perpendens ibit inficias. Deinde Alii forte contemtu ſe vindicant, arbitrantes hanc controverſiam refutatione indignam, utpote quæ jam dudum aſſerta atque recepta eſt: Alii forſan metuunt Auctoritatem Theologorum, qui hic inprimis nobis negotium faceſſunt: Alii forſitan minus attenti ad rem, aut minus gloriæ cupidi ſunt. Sed fruſtra profecto tam operoſe me ab inſtituto excuſo, cum ſatis præſidii ſit in ipſo merito cauſæ. Quid? quiſquamne Theologorum temere & impune impugnabit tam rationabilem & inveteratam & à tot Viris eruditis hactenus uſurpatam Conſuetudinem? Quiſquamne nos ἀκυρολογίας ſeu locutionis admodum impropriæ & contradictionis commiſſæ arguet, ſi quem juris Canonici Doctorem pronuntiavimus? Quiſnamne nobis titulos præſcribet, quibus Doctores noſtri impoſterum exornandi ſint? O tempora, ô mores! Qualiſcunque igitur ſint dignitatis vel profeſſionis Auctores contrariæ ſententiæ, diſſeram tamen pro recepta conſuetudine, jubent cauſæ veritas & gravitas. Præterea ne degener præfectus videar, Provinciam meam mihi ob Ampliſſimo hujus Civitatis Senatu datam ac demandatam ſtrenue pro mea virili tueri teneor. Nec quemquam Theologorum tam iniquum fore arbitrum confido, qui hanc publici privatique honoris noſtri defenſionem ægre feret. Quinimo gratiam me apud omnes initu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

rum ſpero; maxime apud juris Studioſos, quod veram & genuinam recepti Moris rationes in medium adduxero. Hæc itaque contentio ἀγαθὴ βροτοῖσι teſtante Heſiodo; quæque nec Eccleſiæ nec Reip. præjudicium adferre poteſt, quod ſolius veritatis indagandæ, non calumniæ, non invidiæ aut contradictionis ſtudio inſtituta eſt. Actum eſt, quod cauſa deſiderat, & temperatum ab injuria, juxta præceptum Chriſti *Matth.* 5. 39. & Imperatoris in *l.* 6. §. 1. C. *de poſtulando*. Præclare & vere Cicero *lib.* 1. *de finib.* Quamobrem, inquit, differentium inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ, maledicta, contumeliæ, iracundiæ, contentiones concertationeſque in diſputando pertinaces indignæ philoſophia mihi videntur. Sed nec ſine reprehenſione, nec cum iracundia aut pertinacia recte diſputatur. Sane rem eſſe, quæ ſola indignatione refutari nequeat, ſatis ſuperque poſt *Albericum Gentil.* & *Hunn. in diſp. de Iure Canon.* oſtendit nuper eximius Theologus *Maræſius in ſpecimine ſuo ICti orthodoxi*, ut & magnus ille Theologiæ Doctor & Profeſſor *Gisbertus Voetius in duab. ſuis de* Iure *canonico diſputationibus paucos ante annos editis.* Digna itaque quæſtio ſeu problema, quod fatiget doctioris cujuſdam ingenium, quodque altiorem indaginem requirat. Quæ cum ita ſunt, hinc omnibus ambagibus abruptis, ipſam cauſam aggredior. Primum autem præmittenda videtur ratio, cur etiam nunc in Academiis Reformatorum Jus Civile Romanum doceatur, ejuſdemque Doctores renuncientur; nam iſta cognita, cognoſcetur & altera, ob quam hodie etiam Juris Canonici Doctores creentur. Eſtque hæc, quod ita in Jure Cæſareo docti & periti ſint, ut jure meritoque alios docere poſſint, atque adeo digni qui foro tranſcribantur. Quanquam enim ethnicum ſit intuitu majoris partis materiæ, à Chriſtiano tamen & religioſiſſimo Imperatore comprobatum eſt. Vide *Paul. Diacon. lib.* 6. *rer. Roman. Procop.* 3. *de bell. Vandal. Hœnon. diſp.* 1. *controv.* 1. At dicat quis, præter falſa religionis dogmata, quæ quadraginta & amplius collegit *Ioan. Paul. Windeck in Theologia ſua ICtorum*, ipſa juriſprudentia Juſtinianea ſuos nævos habet, ut hoc probant multi viri docti, quos videſis apud *Ant. Matth. in prior. diſput.* & *teſtimon. Viror.* inque *tractatulo noſtro de injuſtit. quarund. ll. Roman.* Quod & ſatis evincunt generales Conſuetudines Chriſtianorum Iuri Romano contrariæ. Vide *diſp. Ant. Matth.* 15. *Gudelin. paſſim in tract. de jur. noviſſ. Chriſtin. in deciſ. Belg. Gail. in obſervat. Vinn.* & *Tulden. ad* Inſt. *juris. Buſ.* & *Coras. ad Pandect. Fabr. Tuld.* & *Perez. ad* Cod. *Bugnion. in ll. abrog. Autum. in conſ. Zyp. in notit. Iur. Belg.* His reſpondeo, quod, conceſſis iſtis quibuſdam maculis, maxima tamen pars Iuris Romani communi DD. Scholæ ſemper viſa fuerit æqua, bona, juri naturali & divino conſentanea. Unde & Moribus noſtris receptum eſt, ut, quoties controverſia ex ſtatutis decidi nequit, recurratur ad jus civile Romanorum, tanquam ad commune jus gentium, jus honeſtum & laudabile, præſertim ſi generali conſuetudine ei nihil derogatum ſit. *Gudelin. d. tract. lib.* 1. *c.* 13. & *lib.* 3. *c.* 13. *Chriſtin. vol.* 1. *deciſ.* 343. *Grot. in Introd. ad Iuriſp.* Holl. 1. *part.* 2. *Gail.* 2. *obſ.* 33. *Vinn. ad* §. 2. & 9. *Inſt. de jur. nat. gent.* & *Tulden. ibid. c.* 3. Eadem, inquam, ratio eſt, quare & hodie in Academiis Reformatorum Doctores Iuris Canonici proclamentur. Quamvis enim jus illud multa contineat (verba ſunt *Georgii Schultzen in prolegom. ad Inſt. jur.*) impia, idolo-

latri-

latrica, ſuperſtitioſa; attamen econtra & plurima utilia exhibet, maxime circa matrimoniorum, juramentorum, uſurarum, præſcriptionum, proceſſus judiciarii &c. ſanctiones, ut non immerito in Imperio Romano-Germanico etiam in Academiis & Dicaſteriis Proteſtantium, quatenus ſcilicet æquitati conveniat, & juris naturalis veſtigia ſequatur, aut his certe non contrarietur, recipiatur; & omnes Imperio Romano ſubjectos obliget, nullo ſubjectionis aut recognitionis ſigno vel periculo. Iuvat & in hanc rem verba *Georgii Lautenbergii* adſcribere ex *lib. 2. differ. in jur. tit. ut jus canon. & civil.* Verum, inquit, quod ad primum attinet (ſcilicet quod quidam Ius Canonicum prorſus contemnunt) nihil me movet, quod quidam Iuri Canonico iniquiores ſint. Etſi autem mihi ipſi non omnia arrideant, quæ habet Ius Canonicum, ideo quod multa ab Interpretibus ob adulationem afficta ſint in gratiam Romani Pontificis, tamen ideo non per omnia contemnenda eſſe arbitror. Nam quod ad determinandas cauſas attinet, plus mihi valere videtur ipſo jure canonico. Decretales enim ex legum rationib. deſumptæ ſunt, & vicinius ad noſtrum ſeculum accedunt, quam leges Veterum, in quib. multa partim ob vetuſtatem abolita ſunt, partim ita obſcurata, ut niſi accedat applicatio, quæ bona ex parte è decretalib. colligitur, nulli prorſus ſint uſui. Igitur contemnat jus canonicum qui volet, & ſuo judicio utatur: mihi certe ob dictas cauſas neutiquam aſpernandum videtur. Idem teſtatur *Gudelin. de jure noviſſ. lib. 3. cap. 13.* his verbis: atqui jus Pontificium ſicut multis ſeculis poſt jus Civile fuit concinnatum, ita in pleriſque ad Mores hodiernos magis accedit. Sed hujus aliorumq; quam plurium pontificiæ religionis teſtimonium forte ſuſpectum eſt, ideoque attexam potius ſententias ICtorum, qui religionis reformatæ fuerunt. Sed ne nimis in illis memorandis prolixus ſim, unum ex recentioribus, qui inſtar omnium ſit, adjiciam præcedentibus Cunradum Rittershuſium quondam Reipub. Norimbergenſis Conſiliarium, ejuſdemque Academiæ Altorfianæ Anteceſſorem celeberrimum, qui, licet acriter (ſi quiſquam alius) in jus canonicum invehatur in *proœmio de diff. jur. civil. & canon.* magnis tamen elogiis idem poſteritati commendavit. Primo ait, Iuſtinianum non dedignari ſacros canones ſequi. *Nov. 83.* ubi plures concordantes textus adducit *Accurſ. in gloſſ. verb. ſequi.* Quod dictum religioſiſſimi Principis pro confeſſo acceptantes Pontifices ſæpe inculcarunt in ſuis reſcriptis, non rarò etiam illo abutentes. Sed notatu dignum, quod Pontifex reſcripſit *in c. 1. ext. de nov. oper. nunt.* ſacrorum canonum ſtatuta etiam principum conſtitutionibus adjuvari, ſignificans hæc duo jura mutuas tradere operas. Unde *Fern. Vaſq. c. 87. illuſtr. controv. lib. 2. n. ult.* ait, jus civile & canonicum quaſi ſocietatem coiiſſe videri. Adde *Nov. 42.* ubi Juſtinianus idem tradidit. Adde & *Duaren. tract. de ſacros. Eccleſ. miniſt. ac benefic. lib. 4. c. 2.* Jus Canonicum ſeu Pontificium, inquit, ſaltem id quo nunc utimur, magna ex parte cum jure civili conjunctum eſt, ut abſque eo commode tractari nequeat. *Et paulo poſt*: Nam & hoc non prætermittendum eſt, in Decretum non modo dicta SS. Patrum & Canones veterum conciliorum & reſcripta quædam Pontificum relata eſſe, verum etiam paſſim aſperſa loca juris civilis ex *Pandect. Cod. & Novell.* quas leges Canonizatas vulgò dicunt. *Et ſub finem*: ſuperiora, inquit, idcirco admonui, ut Studioſi tanto minore cum negotio inquirere ac reperire poſſint, quæ ex iſto jure, quo

 hodie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

hodie multum utimur, citata audiverint aut legerint &c. Hoc porro jus, tametſi Martinus Lutherus zelo quodam, ut perhibent, divino accenſus, & percitus, Wittebergæ Anno 1520. magno hominum concurſu atque applauſu in ignem ad id extructum conjecit atque exuſſit, cum hoc ſuper dicto elegio: quia tu conturbaſti ſanctum Domini, id eſt, Eccleſiam, ideo te conturbet ignis æternus: ejuſque ſui facta rationes ſcripto publico comphenſas reddidit, quo in ſcripto 30. articulis oſtendit abominandos aliquot errores illius juris, ut videre licet *Tom. 2. Latin. oper. Witteberg.* tamen magnopere prodeſt adhuc illud extare ac legi, non ſolum quia paſſim adeo craſſas continet abſurditates, ut metuendum non ſit, ne quis amplius illis decipiatur, niſi ſua ſponte cœcutire velit, patefacta jam veritate, detectiſque erroribus: verum etiam quia multis in locis ipſosmet Pontificios refellit, ac proprio gladio (quod dicitur proverbio) toti orbi Chriſtiano jugulandos præbet. Id quod præclaro ſpecimine cum alii probarunt luculenter, tum D. *Georg. Tradelius ICtns Auguſtan. in Tr. ante paucos ann. edito, & ante* ipſum *Innoc. Gentilet. in apolog. Eccleſ. Gall. nec non in exam.* Concil. *Tridentini, itemque Franc. Hotom. in bruto fulm. aliiſque libris ſuis.* Deinde, videamus, inquit, poſtremo loco, in quibuſnam cauſis ſive articulis & capitibus potiſſimum hoc jus Pontificium & in foro civili & multis reformatarum Eccleſiarum conſiſtoriis obſervetur. Hoc enim ultimum erat ex iis, quæ ſupra ad explicandum proponebamus. De his cauſis primum obſerventur regulæ quædam generales ab Interpretibus traditæ & paſſim inculcatæ: ipſi Theoricas vocant. Prima eſt, *Quoties res obſcura aut dubia eſt Iure Civili, Iure autem* Canonico *clare definita, ſtandum eſſe* Canonibus *& quidem in utroque foro. c. 1. & 2. de nov. oper. nunt. Jaſ. in l. præſcript. n. 23.* C. *ſi cont. jus vel utilit. Dec. in l. edita* C. *de edend. Socin. in c. quon. frequenter. ut lit. non conteſt. Gloß. &* DD. *in c. per venerabil. qui fil. ſint. leg.* teſte *Gail. 2. obſ.* 121. *n. 5. Coren. conſ.* 11. *Grot. in d. introduct.* 1. *part.* 2. Vide & M. *Weſenb. conſ. 6. n.* 202. Item *conſil.* 43. *n.* 58. *Menoch. lib.* 1. *de arbitr. jud. quæſt.* 30. *n.* 3. Hanc tamen regulam, ut & ſequentes, accipi velim maxime de jure privatorum canonico in foro ſervando, quando ſc. caſus ex ſtatutis loci decidi nequeat, & jus canonicum nullam manifeſtam iniquitatem contineat, ut ſupra de jure Romano dixi. Pergit idem *Rittershuſius in d. procemio,* altera regula eſt: *Quando aliquid eſt jure civili definitum, & non jure canonico, ſtandum eſt Iuri* Civili *etiam in foro* Canonico. *Menoch. lib. 2. arbitr. caſ.* 185. *n.* 12. ubi & ipſe limitationem addit, quam nos modo tradidimus. Has duas regulas in unam hanc cogit W*eſenb. Quoties alterutro jure quid expreſſum eſt, quod in altero ſit controverſum, toties eam definitionem expreſſam in utroque foro valere. conſ.* 1. *n.* 20. addens rationem, quia alterum ſuppleatur. Tertia regula eſt: *Cum Ius* Civile *&* Canonicum *inter ſe pugnant, Ius* Civile *ſervari debet in foro* Imperii, *jus* Canonicum *vero in terris Eccleſiæ, per not. in. c. poſſeſſor. de* R. *I. in 6. Bartol. in l. privileg. n. 2.* C. *de SS. Eccleſ. Caſtr. in Auth. at qui ſemel. n.* 10 C. *de probat. Jaſon. in rubr. ſol. matrim. n. 31. Phil.* Dec. *in c. clerici pr. de judic.* Sed hanc regulam tantum de iis cauſis & rebus intelligere oportet, quo (ut loquuntur) non conceruunt animam; item de eo caſu, quando utrumque jus eſt rationabile, & ſine periculo animæ ſervari poteſt,

poteſt, ut notat *Modeſt. Piſtor. conſ.* 41. *n.* 6. *vol.* 1. allegans *Abb. in c.* 1. *n.* 7. *de oper. nunt. & Gloſſ. in c.* 2. *verb. ex civilis. de arb. lib.* 6. Aliud eſt, ſi tractetur de peccato vitando, & de caſibus conſcientiæ. Tunc enim quando eſt diſcrepantia inter jus Canonicum & Civile, potius tenendum eſſe ajunt conſtitutionem Juris Canonici, non ſolum in foro Eccleſiaſtic. ſed etiam in terr. Imperii, quaſi ibi cedant ll. Impp. ſacris Canonibus, ut ex *Bart. Panorm. & Aliis* probat *Modeſt. Piſtor. conſ.* 49. *n.* 11. *vol.* 1. *Iaſ. in l.* 3. §. *genera. n.* 18. *de adq. poſſ.* Vide etiam *Weſenb. conſ.* 2. *n.* 38. *& conſ.* 44. *n.* 37. *& conſ.* 60. *n.* 10. Sit igitur hæc notabilis exceptio ad tertiam regulam, vel ſeparata quædam & 4. regula, nempe: *Quoties tractatur de materia peccati & conſcientiæ, ſi pugnet jus civile cum canonico, potius ſequenda eſt diſpoſitio Juris Canonici, quam Civilis, etiam in foro civili.* Ratio ejus hæc eſt, quia principalis intentio Juris Canon. eſt conſulere ſaluti animarum, ut ait *Tiraquell. Lancelott lib.* 1. *tit.* 1. *Inſt. de jure can.* & ex ipſo *Volum. decret aliiſque multis locis. ejus juris, teſte Roſbach. in comparat. jur. civil. & canon. pr. n.* 11. Adde *Pariſ. conſ.* 66. *n.* 99. Quinta regula eſt, *ut ſi diverſum jus ſtatuatur in foro ſeculari & Canonico, judex ſecularis ſervet jus ſuum, & ſpiritualis quoque ſuum. Sed ſi in altero foro illud jus ſit æquius, tunc etiam ad alium forum deducendum eſt. Joh. Sichard. ad l. placuit. n.* 3. *C. de judic.* Sexta regula: *in dubio non debet fieri differentia inter jus canon. & civile. Philip. Dec. conſ.* 452. *n.* 15. ubi hoc allegat *Roman. ſingul.* 344. *& conſ.* 437. *Corn. conſ.* 121.

Poſt regulas iſtas generales videamus in ſpecie, quibus potiſſimum in cauſis Jus Canonicum obſervandum dicant Interpretes etiam in foro civili, ſive non tantum in terris Eccleſiæ, verum etiam in terris imperii. Obſervatur ergo jus Canonicum præ Civili in his potiſſimum cauſis & articulis. 1. In matrimonialibus & aliis, quæ eo pertinent, ut in gradibus, ſponſalibus, conſenſu parentum, liberis & eorum alimentis, concubinatu, divortiis, earumque cauſis, ſecundis nuptiis & earum tempore. 2. In pactis, ſtipulationibus & emphyteuſi. 3. In uſuris & antichreſi. 4. In bonis Eccleſiaſticis. 5. In decimis. 6. In piis cauſis. 7. In teſtamentis. 8. In fideicommiſſis & detractionibus quartarum. 9. In præſeript. 10. In juramentis. 11. In iis quæ ad ordinem judiciorum pertinent, ut in judicibus, in teſtibus, in appellationibus.

De pleriſque horum teſtantur etiam Anteſignani Practicorum Germanorum noſtræ ætatis. *D. Joah. Myns. And. Gail. Wurms. & Hartm. in ſuis obſerv. pract. Fichard. Weſenb. Modeſtin. Piſtor. in conſiliis ſuis.* Præterea & hoc notari prodeſt, quod *Cujacius Aliique* rectiſſime monuerunt, pleraſque ſuas Decretales confeciſſe Pontifices ex Gloſſis Juris Civil. Addo & ex Moribus multarum gentium Chriſtianarum; atque ita Gloſſas iſtas & Mores vim juris per Pontifices accepiſſe, de quo vide *Cujac. recitat. ad c.* 3. *& ult. ext. ut. lit. non conteſt. ad c. un. de plus petit. & ad c.* 15. *quod ad conſultat. de ſent. & re jud.* Et hanc communem DD. opinionem memoriæ quoque prodidit *Joan. Emeric. à Rosbach. in tract. de comparat. jur. civil. & can. in pr. n.* 15. *& ſeqq.*

Diſtinguunt, inquit, pro ſolutione hujus quæſtionis (ſcil. qua quæritur, an & quando jus canonicum præferendum ſit civili) ita fere communiter: Aut

quæ-

quæſtio vel cauſa controverſa eſt de rebus ſpiritualibus, & ejuſmodi cauſis, quæ peccatum ac periculum animæ concernunt, quò matrimonia. *Gloſſ. in. §. hacten. in verb. generata. ubi Doctor. Inſt. de. gradib. cognat.* juramenta. *Weſenb. d. conſ. 23. n. 28.* Præſcriptiones *Balb. tract. de præſcrip.. pr. & 2. part. 4. part. principal. 4. 2. n. 2.* & uſuras referunt, & tunc indiſtincte jus canon. in utroque foro, tam Eccleſiaſtico quàm Civili conſervari volunt. *c. novit. de judic. Gloſſ. n. 2. de R. I. in 6. Weſenb. conſ. 44. n. 37.* Aut verſamur in cauſis civilibus, & tum aut ſumus in terris Imperii, & jus civile obſervamus: aut in terris Eccleſiæ & jus canon. ſequimur. *Gloſſ. in c. cum eſſes. ext. de teſtam. Abb. in c. 1. de oper. nov. nunt. Gloſſ. & DD. in c. licet. ex ſuſcepto de for. compet.* Quod ſi tamen jus civile æquitatem ſtatueret, jus vero canonicum rigorem, jus civile potius, quàm canonicum etiam in foro Eccleſiaſtico ſervandum eſſet, & ita tenet *Felin. in c. in cauſis col. 1. de teſtim.* Item quando caſus eſt aperte deciſus à jure civili, aut in jure canon. vel definitus vel incertus aut dubius, ſervatur jus civile in utroque foro, & econtra. *Robert. Marant. de ordin. judic. part. 3. n. 37. Schneid. in Inſt. de nupt. pr. n. 1. & ad tit. de interdict. pr. n. 21. Weſemb. d. conſ. 43. n. 58. Jaſ. in d. l. præſcript. C. ſi contr. jus. &c.* Plures ejuſdem ſententiæ Patronos ex Proteſtantibus, præter *Hunn.* vide apud *Hunn. d. diſp. de jure canon. Reinkingh. de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 7. de jure canon.* Quos tamen ſic intelligo, ut loquantur de jure canonico ſervando in utroque loco, retinendoque in ſcholis & dicaſteriis juxta regulas & limitationes ſupra à Doctoribus & nobis traditas. Atque ita jus canonicum in Imperio, Gallia Aliiſque multis etiam Reformatorum locis receptum eſſe, evidenter apparet ex ſuperioribus, & notius eſt, quàm ut probari debeat. Quæ cum ita ſe habeant, quis non videt, idem jus recte tum in privatis, tum in publicis lectionib. doceri, adprobari, aut refutari, ſaltem conjunctim cum explanatione juris civilis & receptarum conſuetudinum Chriſtianorum? Quis non videt peritos & doctos illos jure, rite & proprie ejuſdem Doctores creari? Quis denique non animadvertit, jus canonicum in caſibus ſupradictis, preſertim (ut dixi) quatenus res privatorum ſpectat, id eſt, juſtitiam politicam (de Eccleſiaſtica enim, quæ directe ad Theologos pertinet, meum non eſt diſſertare) vim legis habere in foro noſtro? Uſu namque hoc jus receptum eſt, vel hoc receptum in pluribus Curiis & Tribunalibus, ut jus canon. in caſibus modo dictis ſequamur, ergo & vim legis habet, ſicuti conſuetudo vel nova lex ideo nos tenet & vim legi habet; quia judicio populi recepta eſt. *l. de quib. 32. §. 1. de ll. & SCtis. l. 35. & l. 36. D. eod. l. 1. & 3. C. quæ ſit long. conſuet.* Sed objicitur abſurdum, quod hac ratione dici poſſet, etiam jus forenſe Moſaicum, Anglicanum, Ruſſicum, Turcicum, vim legis habere in foro noſtro. Sed neſcio ſane, an hoc argumento quid abſurdius excogitari queat. Nam nec receptum eſt apud nos jus forenſe Moſaicum, niſi in pauciſſimis (quatenus ſc. eſt morale & naturale) nec Anglicanum, nec Ruſſicum; ſed ſi receptum eſſet, atq; ita accommodatum Rebuspub. Chriſtianorum, ut & Jus Canonicum, in caſibus jam propoſitis, à tot Illuſtribus Viris Senatoribus ac Profeſſoribus approbatum, quis abſque contradictione, ἀνομία & ἀνομολογία, ſeu negatione principiorum juris aſſereret, non habere vim legis in foro noſtro, juxta *d. l. 32. §. 1. D. de ll.*? niſi forſan & jus Romanum im-

proprie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

proprie dicamus habere vim legis in Curiis & Tribunalibus noſtris, ut conſtat ex ſuperioribus. Itaque neutrum jus nos obligat, quia vel ab Imperatore Iuſtiniano, vel à Patribus, Conciliis, Pontificibusve conſtitutum eſt, ſed quia Moribus receptuum eſt, eo videlicet modo, quem ſupra indicavimus. Mores autem ſeu Conſuetudines habere vim legis, judicemque ſecundum Mores tanquam ſecundum leges judicare debere, quis eſt qui ignorat, ſi vel à limine ſalutavit Inſtitut. Juris Iuſtinianei? Vide §. 1. *Inſt. de jur. nat. gent. & pr. Inſt. de offic. jud.* junct. *c. cum conſuetudin. ext. de conſuetud.* Omitto jam, quod multi Viri docti affirmant (quibus tamen non plane aſſentior) Eccleſias noſtras reducendas eſſe ad antiquam rituum & politiæ formam in dicto jure comprehenſam. Certe illud jus Canonicum, ſeu illos canones, qui in Conciliis Oecumenicis ſeu generalibus à Patribus & antiquis Epiſcopis in genere præſcripti ſunt ad privatorum jus, commodum & ſalutem æternam, mereri apud Nos aliquam fidem & juris reverentiam, nemo prudens facile inficietur. Sed hoc de articulo Alii forſan latius, qui honore Curiæ præfulgent, nos hic obiter, maxime cum arbitremur, non multum intereſſe, proprie an improprie Ius Canonicum vim legis habeat, modo vim legis habeat, & ſecundum id in foro judicetur. Sufficit ergo mihi, quod rationibus & Auctoritatibus evicero, juſte & conſulto adhuc hodie in Academiis noſtris J. V. Doctores pronunciari. Sed tamen his nonnihil reclamare videtur, quod in jure Canonico privato (cujus tractatio proprie ad forum noſtrum pertinet) multa nuper perſtrinxerit D. Mœſtertius juris Anteceſſor in Academ. Lugduno-Batava. Vellem magnum Theologum tam parvi ponderis argumento non fuiſſe uſum. Repono ſententiam meam, quam jure Divino, ratione & philoſophia ſana Moribuſque Chriſtianorum & Communi DD. auctoritate fulcivi in *tract. noſtro de injuſtit. quarund. ll. Roman.* Adde *tract. Gallani de Bononia de diff. leg. & canon. Oldendorp. in libello, quem inſcripſit Collat. jur. civil. & canon. & plures ejuſdem materiæ Scriptores, quos ſuperius retuli*, qui paſſim teſtantur, Mores Chriſtianorum circa juſtitiam politicam Jus Canonicum potius imitari, quam Jus Romanorum. Idem & nos ptofitemur quotidie, non tantum in privatis, ſed etiam in publicis exercitiis, ſed additis rationibus, cur hoc magis quam illud & vice verſa in foro receptum ſit. Summam illorum propediem dabimus in notis & animadverſionibus noſtris ad *Inſtit* Imp. *Juſtin.* Adhæc brevi (Deo dante) plura alia juris canonici capitula etiam ab Aliis neglecta, & præter ea, quæ olim attigimus in *d. opuſcul. de injuſtit. quarund. ll. Rom.* Moribus & rationibus confirmata ad ſingulos titulos Pandectar & Codic, publico tractatu indicabimus. Sed & improbata quædam ibidem invenies, quæ ſupra à Rittershuſio & Aliis adprobata ſunt. Libero enim & erecto Spiritu circa Juriſprudentiam verſandum puto. Nihil probandum aut recipiendum, quod Juri Divino aut naturali rationi, aut bonis Moribus Chriſtianorum contrarium eſt. Omnes Spiritus pro modulo ingenii exploramus, an à Deo ſint; omnia examinamus, & quod bonum eſt, retinemus. Nec hoc fruſtra ab Apoſtolo Paulo præceptum, nec animam rationalem fruſtra nobis à Deo datam credamus. Verum inſtant contrariæ ſententiæ Fauctores, præſertim Theologi, quorum Alii hoc Jus Canonicum irrationale eſſe & irregulare quoad ad formam abſolute

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

& ſimpliciter ſeu in ſolidum, quoad materiam maxima ex pate: Alii ratione finis totum abſurdum & abominandum eſſe ſtatuunt. Et hoc poſtremum probant partim ex verbis ipſius Gregorii 13. qui in præfatione ad Corpus Iuris Canon. fatetur, ſe ideo iſtum Codicem correctum & purgatum edi curaſſe, ut Chriſti fideles in recta & catholica fide contineret; partim probant ex ipſis variis capitulis Iuris Canon. quibus hic ſcopus aperte declaratur, ut ſcilicet ſarta recta ſit falſa & corrupta Papatus religio, quam nos ejuravimus, falſa Pontificum hierarchia, auctoritas & jurisdictio in omnes Eccleſias & Politias, quam Noſtri nullam eſſe, ſæpius oſtenderunt. Quod vero ratione formæ ſi irrationale & irregulare; adſtruunt primum ex forma interna, quæ dicitur jus ſeu lex canonica aut Eccleſiaſtica obligans in conſcientia omnes fideles, Eccleſias, concilia, & collegia Eccleſiaſtica & politica, ſed male & falsò; quia nulla Eccleſia, multo minus Papa Romanus ejuſmodi leges ferre poteſt, ut apud Reformatos in confeſſo eſt. Secundum evincunt ex forma externa, quæ conſiſtit in collectione partium, ſed illegitima & indocta. Multa enim intermiſcentur dicta & conſilia omnis generis Scriptorum. Præterea adduntur decreta Conciliorum particularium & localium. Denique conſilia, deciſiones & confirmationes occurrunt Pontificum, quorum magna pars illegitimi & ipſo jure nulli fuerunt. Quod etiam ratione materiæ, maxima ſaltem ex parte, dictum jus canon. expers ſit juris & rationis, probant primò hac ratione; quia nimis prolixa, operoſa & varia eſt. Secundo, quia paſſim tradit errores graviſſimos, hæreſes, blaſphemias & multa alia impia, quæ SS. Scripturæ repugnant. Tertio, quia antiquo juri Canonico adverſatur, ut videre eſt in Codice canon. Eccleſiæ univerſæ, Africanæ &c. Quarto, quia Politicæ & juri civili Romano refragatur, tum quoad jus publicum, tum quod ad privatum. Poſtremò, quia continet paralogiſmos, confuſiones juris civilis & canon. Patrum & Doctorum, Concilior. generalium & particular. Pontificum probatorum & non probatorum; allegationes ex ſacra ſcriptura & Patribus ſæpiſſime perverſas, profanas & ridiculas; contradictiones & vertigines quam plurimas ſaltem olim, ut innuit ipſe *Gregor. in d. præfat. & Bellarm. de ſcriptor. Eccleſiaſt. in Gratiano*, nec non alii plures Theologi & Canoniſtæ. Verum enimvero fruſtra hæc ita exaggero, quippe futilia & nullius momenti argumenta ſunt contra receptam Conſuetudinem pronunciandi Doctores V. I. ut vel me tacente, quilibet ex jam dictis dijudicare poteſt. Dixi enim (ut rem ſcitu neceſſariam denuo repetam) præfatam conſuetudinem ideo in uſu eſſe, quod juxta jus canonicum, maxime quatenus de communi Reipub. bono jureque privatorum diſponit, in foro ſervari; atque adeo Juris Studioſos neceſſariò in eo erudiendos ac promovendos eſſe. Si dicant quidam, male & hoc in foro ſervari, illos committo cum tot cordatiſſimis, conſultiſſimis doctiſſimiſque Curiarum noſtrarum Senatoribus & Anteceſſoribus, cumque iis, quæ hic & alibi adamuſſim probavimus. Probent illi in ſpecie, quod aſſeverant in genere, & erunt nobis Magnus Apollo. Ergo ſto pro illis, quæ hic & in *d. opuſculo* dixi, quæque quotodie cum privatim, tum publice doceo, ac quam primum publici juris facturus ſum. Quid? dicemusne omnes illos Patres, antiquos & novos Epiſcopos & Clericos fuiſſe fungos & lapides? Iſtiuſmodi profectò judicium vix ex charitate & mente non præjudicata promanare autumo.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

An canon poſſit tenere formam juris, an Concilia, Patres Pointficeſve tale jus vel tales leges canonicas condere potuerint, hic nihil attenditur. Satis nobis eſt, quod uſu ita obtinuit, etiam in foris & Academiis Reformatorum, ut habeat vim legis in caſibus ſupra deductis, & Canonicum appelletur diſtinctionis gratia, quò diſtinguatur à jure Cæſareo. Huc facit, quod ſcripſit *Duarenus in præfat. Tract. de ſacr. Eccleſ. miniſt. ac benefic.* antiquos Sacerdotes Chriſti ſtatuta ſua ex modeſtia canones appellaſſe, ne Principum aut Magiſtratuum auctoritatem adrogare viderentur. Vocetur itaque jus canonicum (nam Pontificium raro indigito.) diſtinctionis duntaxat & modeſtiæ cauſa; vel, ſi mavis, dicatur canonicum, quia illud, quod ſcil. in foro receptum eſt, & in Academiis docetur, non eſt apocryphum, ſed regulare & legitimum & ad exemplum canonis ſacræ Scripturæ introductum. Quod ſane tam multiplex eſt, ut majus ipſo corpore juris civilis (quod ſcilicet receptum eſt) volumen aut corpus conficeret, uti & hoc ſuperiora demonſtrant. Confiteor quidem, majora & plura momenta Juris reperiri apud ICtos vetere, quam apud Pontifices. (quæ una inter cæteras cauſa eſt, cur jus Civile potius quàm Canonicum publice prælegatur) attamen & canonibus plurimis propter æquitatem ſuam dignitatemque, utpote qui ex antiquis Gloſſis jur. Civilis & Moribus Chriſtianorum deſumpti ſunt, pro legibus receptis hunc honorem deberi, ut Juris Myſtæ etiam iis operam dent, in iiſque promoveantur, vocenturque juris canonici Doctores, quis juſtitiæ non verborum curioſus invidebit? Utique non oportet λογομαχεῖν & circa verba vitilitigare, id enim eſſet περὶ καπνοῦ στενολοχεῖν hoc eſt, de fumo diſputare, contra *l. pen. D. ad exhib.* Licuit, ſemperque licebit, ſignatum præſente nota producere nomen. Lex eſt, quidquid ratione conſiſtit. *Prima diſtinct. c. conſuetudo.* Vel ſermo ab aliqua prudentia ac mente profectus, vim habens cogendi. *Ariſtot. lib.* 10. *Ethic. cap.* 9. Præter hæc poſſem ad multa ſuperiora tuenda, farraginem adducere Theologorum, JCtorum & Canoniſtarum Pontificiorum. Poſſem itidem ciere multorum Patrum, Epiſcoporum, Pontificumque ſingularem in jure Scientiam *arg. c.* 2. *de privileg. in* 6. antiquam Theodoſii legem renovatam & confirmatam à Carolo Magno *c. quicunque* 11. *quæſt.* 1. *c. novit. de judic.* Verum ne ſine neceſſitate ad oſtentationem uſque prolixus ſim, & falcem mittere videar in alterius ſegetem, præſertim quum illa nihil ad ſcopum meum faciant, & ego in pleriſque ſuperioribus Theologis noſtris ſuffrager, exceptis iis, quæ ſupra ventilavimus, finem hic facio; eoſque qui plura de origine, progreſſu & auctoritate juris canonici deſiderant, remitto ad Auctores ſupra commemoratos, & ad Admonitorem Lectoris in *pr. Corp. Jur.* Canon. Item d. Ritterſhuſii *procemium. de differ. Iur. Civil. & Canon. & Duaren. ad d. præfat. & tot tract. de ſacr. Eccleſ. miniſt. ac benefic.* Sed fides pœnes Auctores ſit.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA:
ZWOLL. J. U. D. ac P. Ultraject.

ORATIONES DUÆ INAUGUR.

D E

Jure & poteſtate Principis circa ſacra ab hoſtibus occupata.

Illuſtres ac Præpotentes &c.

QUum licentiori hoc ævo, poſthabitis tum Veterum, tum recentiorum Imperatorum Reſcriptis, abſque metu committendi ſacrilegii diſputare aut dubitare liceat, num Princeps haud ita pridem dignos Nonnullos elegerit, nequaquam nobis hodie minus indultum videri debet, quibus decretum eſt, nuperum facinus Principis multis magniſque landum præconiis poſteritati commendatum facere. Etenim primum militiæ ſacramentum eſt, fidique militis officium, Ducem ſuum, dum vel liquidam vel etiam dubiam & ancipitem cauſam fovet, potius fortiter tueri, quam turpiter deſerere aut perſtringere. Subditis hic, ſi uſquam, alibi, ſola obſequii gloria relicta eſt, Principi ſummum rerum judicium dii dederunt. Cæterum ne ſingula, quæ præfatum factum Principis comprobant ac illuſtrant, inopinatam aut inconcinnam inducerent prolixitatem, illud potiſſimum ſelegi argumentum, quod ad rem controverſam princeps ac præcipuum autumo, forique noſtri proprium, reliquis (quæ etiam magis Theologica ſunt) proximæ forſan inaugurationi reſervatis. Sed & hoc in ipſo orationis veſtibulo rogatum velim, ut Audit. non tam oratorem quàm diſputatorem præſtolentur, cui vix liberum fuit Rhetorum ſacra vel ciere, vel levi brachio attingere, tum quod rei materia vix permittat, tum quia præpopera & inexſpectata Candidati noſtri feſtinatio impedimento fuerit. Primarium autem illud adſtruendi genus, quo inpræſentiarum uſurus ſum, hoc unicum eſt, quod ſcilicet Princeps ſeu alius ſupremus Magiſtratus, ſeu Populus bona hoſtium pſeudo-ſacra vel falſo religioſa minime gentium teneatur convertere ad ſola ſimilia, vel analogica, vel vere ſacra, ſed quod cuncta, vel ſaltem quædam in alios quoq; diſpares & profanos uſus jure liberi arbitrii commutare queat. Ad quam hypotheſin conſtabiliendam hinc illico me nunc accingo, atque ab ipſis quoque puris ſacris ſive pie datis exordiens eadem illa liberæ Principis Victoris diſpoſitioni ſubjicio, ſed ea tamen bona maxime, quæ extra ſpeciale Dei mandatum pio intuitu

donata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

donata ſunt. Quinimo naturalis rei pugna eſt, manifeſtamque implicat contradictionem, bona capta vel occupata eſſe ab hoſtibus, & tamen remanere ſacra vel eccleſiaſtica. Si homines liberi capientium fiant, quam primum ſunt devicti, quidni & res ſacræ, quæ perſonarum cauſa conſtitutæ ſunt? Sermo, inquam, noſter inprimis de illis eſt, quæ vel pollutæ, vel præter peculiare Dei præceptum conſecratæ ſunt. A prævia autem noſtra loquendi formula, nec ipſe Apoſtolus abhorruit, cum hanc ſententiæ ſuæ ætiologiam redderet: etenim à quo quis ſuperatus eſt, ejus fit ſervus & mancipium. Hoc, inquam, effato magnus ille veritatis præco haud obſcure teſtatus eſt, jure quoque inter ipſos Chriſtianos jus ſervitutis ſervari poſſe. Et quod poſtea & hodie de facto induci cœpit diverſum, hoc jus Victoris nuſquam nec tollit, nec deminuit; atq; adeo nec hoc ſeculo ſacrilegii inſimulandus foret, qui dicta Victoriæ lege uſus fuiſſet. Quod allegata Themide ſuffragāte Victor poſſit ſacra hoſtium ad alium flectere uſum publicum etiam minus religioſum, conſentiunt Adverſarii plerique, licet iidem inverſa ſententia ſtatuant, bona ad verum cultum ſaltem materialiter (ut loquuntur) ſive à potiori parte talia, ſive legata ſive donata prorſus ad nullum alium uſum verti poſſe, quàm ad pure-ſacrum ſive vere eccleſiaſticum. Scilicet res ſacræ partem juris publici conſtituunt, & non tam ad ſacrum, quam publicum uſum oblatæ aut datæ videntur. Hæc, inquam, donatorum principalis fuit intentio, ut donationibus ſuis cooperantibus vel ſacraria vel alia publica aperirentur Collegia, à quorum ſalute & commodo ipſa Reipub. beatitudo penderet, eaque ſalva, ſalva quoq; eſſet Eccleſia. Porrò hoc jus belli communi Gentium calculo receptum fuiſſe, ulterius varia ac certa Veterum Majorum teſtimonia evincunt. Sic namq; populi flos Tullius verrin. 4. Sacra Syracuſarum victoria profana fecerat. Idem gravis Auctor de P. Servilio diſſerens, ſigna, inquit, & ornamenta ex urbe hoſtium vi & virtute capta belli lege atque Imperatorio jure ſuſtulit. Pauſanias Cæſarienſis celebris ille hiſtoriographus itidem memoriæ prodidit, Arcadicis, Græcis, Aliiſque Nationibus in more poſitum fuiſſe, ut res ſacræ arbitrii illorum fierent, qui urbes cæpiſſent. Denique optimus antiquitatis indagator Dionyſius Halicarnaſſ. nos certe, inquit, optimas poſſeſſiones ducimus, quibus bello potiti ſumus, neque nos primi hunc morem inveximus, ſed tam apud deos, quàm apud homines, & tam apud Barbaros, quàm apud Græcos receptum eſſe, novimus. Verum ut illud, quod hic juris eſt, paulo propius ac certius mutuemur ex propria penu, hoc eſt, ex noſtro juris Corpore, tanquam ex communi ac ſalutari Juſtitiæ Aſylo, apertiſſima quædam cum JCtor. tum Imperatorum reſcripta in medium proferam. Primum & palmarium Pomponii eſt, cujus hæc ſunt verba ad Quint. Muc. cum loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa vel ſacra eſſe, ſicut homines liberi in ſervitutem perveniunt. Hoc, inquam, reſponſum, dum Iuſtinianus à Chriſtianis inter Chriſtianos compilari ac publicari voluit, argumento aut ſigno minime obſcuro indicavit ac edixit, deciſionem *d. l. 36. D. de religioſ.* non ſolum de jure Gent. procedere in ſacris Ethnicorum, ſed etiam in Eccleſiaſticis Chriſtianorum, etſi idem Cæſar in eodem Codice ſparſerit exempla, quæ quidem pium affectum in ſuam Eccleſiam exprimunt, ſed nequaquam imponunt neceſſitatem ſequendi aut imitandi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

Simile eſto judicium de JCto. Paulo, qui ad edictum Prætoris his verbis commentatus eſt: ſepulchra hoſtium religioſa nobis non ſunt; ideoque lapides inde ſublatos in quemlibet uſum convertere poſſumus. *l.* 4. *D. de ſepulch. viol.* Hanc eandem opinionem alibi in genere amplectens adverſariis regeſſit: atqui res hoſtium hoſtibus non alio in loco ſunt, quam quo res nullius, ac proinde illorum fiunt, qui primi earum nacti ſunt poſſeſſionem. Textus etiam generalis eſt in ipſis juris noſtri cunabulis à tribus Inſtitutionum Compoſitoribus ex antiquis collectus, quo Imperator ex unanimi Veterum conſenſu vult & docet, illa bona, quæ ex hoſtibus capta ſunt, omnino fieri occupantium, ut hodie ἀδέσποτα quæ certum dominum non habent. Qui hic exceptionem in ſacris ſuſtinent, quum ille hoc caſu partibus actoris fungatur, ſponte ſibi ipſi onus probandi injunxit. Sed ne quis arbitretur, nos *d.* §. 17. *Inſt. de rer. diviſ. & adq. rer. dom.* plane abſque omni mica ſalis ſive temperamento accipere, lubens memetipſum poſt Alios Interpret. paulo diffuſius ac diſtinctius interpretabor, citatum videlicet §. vetuſtoſque juris Antiſtites maxima ex parte intelligendos eſſe de rebus mobilibus, quæ tunc ſingulorum fiunt, quando capiuntur in excurſionibus, verùm fiſco vel populo adquiruntur, ſi ab univerſo occupatæ ſunt exercitu, vel alio actu publico toti populo vel Reipub. conſecrato. De agris hoſtium nullum apud DD. litigium, nullum dubium eſt, quin ſcilicet publici juris, ſeu totius populi occupantis fiant. Quamvis Romani eos interdum ſub jure tributorum antiquis reliquerint poſſeſſorib., interdum aſſignarint veteranis de Repub. bene meritis & merituris. Quod ſi tamen præmiſſa probationum momenta vix Victori adhuc liberum arbitrium tribuant circa vere ſacra, quæ ipſe Victor talis notæ prædicat, nobis Aliiſque ingenuis & nullo præjudicio fuſcinatis ſufficit, quod procul ulla cauſa dubii procedant, ſaltem in pſeudo-ſacris diverſi generis, qualia Romani non pauca coluere aliis Gentibus adverſa & inviſa. Sane diſtinctio, quâ Nonnulli hic rurſus ſubdiſtinguunt inter ſacra Chriſtianorum diverſa, nulla probabili ratione niti videtur. Etenim genuina & ſola decidendi ratio in eo fundamento ſita eſt, quod ſacra ſint diſſimilia, quæ ideo victorem Principem nullo neceſſitatis vinculo obſtringunt, ut ad ſola ſacra ſua diſtincta dirigat & impendat. Magnanim profecto olim declamavit animo magna Philippi Soboles: leges dicuntur à victoribus, & accipiuntur à victis. Nec video, quo jure in hoc juris puncto Princeps legibus allegatus videri poſſet, quæ nullo in libro legum vel ſcripto vel non ſcripto promulgatæ ſunt. Quin potius contrarium in mandatis eſt, ut videlicet omnia, quæ idololatriæ labe, vel alia impietatis macula conſpurcata ſunt, tollat mutetve. Hoc, inquam, zelo prompte oſtendat, ſe vindicem & punitorem iſtius gravioris delicti aut peccati, quod in ipſum Deum commiſſum eſt. Per nos quidem licet, ut Imperator eadem illa haud impio facto ſuis Sacerdotibus applicet, quatenus forſan prima intentione donantium ſacerdotibus relicta videntur, ſed caveat ſua Majeſtas, ne prædicta bona inter ſuos diſtribuat, quaſi iis vi originis donata eſſent ſub uſu legis Divinæ, quæ nuſquam lata eſt, nuſquam ita explanata eſt, niſi devio & ſpurio interpretamento illorum, qui proprii compendii & lucri ſatagentes donatoribus neceſſitatem donandi perſuaſerunt. Sic ſentio, ſicque mihi perſuaſum

habeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

habeo, quod Juſtinianus noſter haud ſemel auctoritate & blandimentis pontificum adductus bona Arrianis aliiſque hæreticis ſubtracta, ſuæ Eccleſiæ tranſcripſerit, donaverit. Dein lubens fateor, pium merito dici exemplum, quo Imperatores bona eccleſiæ deformatæ jugiter accommodaverint reformatæ ac purgatæ; ſed extra exemplum, & extra omnem rationem facit, qui ſummæ facit neceſſitatis, quod ſolummodo boni & ſimplicis exempli eſt. Quid? privatusne publicæ ac ſupremæ Ordinationi leges figet, quæ nec in ſacris, nec profanis paginis exſtant? Nuſquam, inquam, literis proditum, quod teſtatores teneantur tam opulenta conferre munera ad ſuſtentandam Eccleſiam in novo Fœdere, & multo minus ſub conditionibus ſeu modis illicitis ac vetitis. Qua itaque fronte, quave auctoritate auguſtæ Majeſtatis legitimi tramites vel in foro ſoli vel poli præſtituuntur, cum ipſa regulariter per ſe legibus ſoluta ſit, ſaltem in caſu noſtro certo certius? Concinno ſenſu tum in captivos, tum in deditios quadrat illud Senecæ: clementia liberum arbitrium habet, non ſub formula, ſed ex æquo & bono judicat, & abſolvere illa licet, & quanti vult taxare litem. Quinimo Princeps in ipſa notiſſima juris principia impingeret, ſi bona ad falſam vel commaculatam religionem propagandam data ſub illo formali, ſeu ſub illa lege neceſſitatis transferret in Catholicæ Eccleſiæ Miniſtros, quatenus illis ex voluntate donantium deberentur. Nam cum ſub turpi conditione ſeu modo illicito dicata ſunt, quem Princeps nec per ſe, nec per ſuos adimplere vult, vel adimplere poteſt, ergo nec Princeps poteſt ſupra deſcripta bona hoc animo diſtribuere, nec Miniſtri ea mente ſibi expoſtulare queunt. Certiſſimi quippe juris eſt, qui non vult modo ſeu conditioni legato adjectæ obſequium præſtare, ille quoque fruſtra & injuſte ipſum legatum occupat aut deſiderat. *l. 1. & 3. C. de donat. ſub. mod. & l. 12. de condit. inſtit.* Unde qui renuit preces fundere pro refrigerio animæ, ille nec ſalva conſcientia legatum expetit, quod ſub ſupradicta conditione relictum eſt. Indignus, inquam, beneficio teſtatoris, qui non paret voluntati teſtatoris. Dum ergo Princeps definita illa bona ſuæ orthodoxæ Eccleſiæ adjudicat, faciat hoc eatenus nonnihil inſerviendo voluntati priſtinorum teſtatorum vel donatorum, quatenus hi ſcilicet per ſua donativa Reipub. vel primario vel ſecundario conſulere voluerunt, ſed mimine ſub illo obligationis nexu, quaſi dicta bonæ ſingulari modo eſſent ſacra vel religioſa mandato Dei conſtituta, & omnino ad analogica ſeu paria, id eſt pura tantum tranſformanda. Sciat teneatque hoc ſanctius, ſcilicet nec ſacra, nec eccleſiaſtica eſſe, ſed potius profana & privata, quæ quis ſua auctoritate conſtituit, ut ipſe Imperator noſter in ſuis inſtitut. loquitur. Hæc de ſacris vel religioſis ab hoſtibus captis ſtrictiori ad aſſentiendum vinculo nos devincire, nemo Veſtrum Andit. inficiabitur, ubi luculenter probavero, eadem dicta cauſæ merita locum & uſum habera etiam in deditis & dedititiis. In illis autem Victori Principi liberum, ut ſupra, diſponendi arbitrium competere, denuo vel ſolo teſtimonio Ciceronis evincitur, qui hoc modo in Brut. Itaq; id SCtum pleriq; interpretantur, etiam ad tuos ſive captivos ſive dedititios pertinere. Accedat Polyb. παρὰ ρομαίοις &c. apud Romanos, inquit, idem valet, ſe in fidem alicujus committere, & victori de ſe ſtatuendi liberam facere poteſtatem. Poſtremò magnus ille Grot. magno ſtudio,

dio magnoq; rerum experimento in jure belli verſatiſſimus, cum quis, inquit, populus alteri populo aut Regi ſe dedit, tum etiam ea dedit, quæ divina dicuntur, ut patet ex formula apud Lyv. cui & illud Plauti convenit, *urbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent, dedunt ſe divina humanaque omnia.* Nec intereſt (ut pergit idem ille Magnus) an dedens ſe dicat ſe dedere alterius ſapientiæ, an moderationi, an miſericordiæ; hæc enim omnia blandimenta ſunt, res manet, ut Victor arbiter fiat. *Grot. d. tract. l. 3. c. 5. & c. 20.* Itaq; dedititiorum non ſimplex fit director aut gubernator, ſed etiam liber dominus ac diſpenſator abſolutus, modo ſuis captis vel dedititiis non abutatur, ut quidam Belzazar, qui aureis & argenteis vaſis ex templo Dei ablatis in veri Dei contemptum ſuis idolis litavit ac libavit. Unde etiam, hoc contemptu ceſſante, ceſſabit & ipſa libera hic arbitrii coarctatio, niſi expreſſa Dei lex aliter præceperit. Sane deturpata ſacra converti poſſe ad redemptionem pacis publicæ, adverſus hoſtes communes, vel aliud ſimile bonum publicum, ipſi contrariæ ſententiæ Fautores adeo facile agnoſcunt, ut nec ipſa pure eccleſiaſtica excipiant, moti exemplo Regis Ezechiæ, quod nobis tamẽ, aut ſingulare, aut magis narratũ quàm probatum videtur, ut alibi latius. Cum ergo pſeudo-eccleſiaſtica, vel etiam leviter Antichriſtiana tranſmutari poſſint in alios uſus publicos, quidni & ad conſervanda Collegia vel Capitula, quæ ſine obvio & manifeſto Reipub. interitu metuendo, aut ſine ingenti ingratitudinis nota tolli aut ſuccidi nequeunt? Generali quoque Chriſtianorum conſuetudine (quæ optima legum interpres eſſe ſolet) ſententiam noſtram corroboratam eſſe, neminem tam hoſpitem aut peregrinum in hodierno Chriſtianorum orbe eſſe exiſtimo, quem hoc fugiat, aut lateat. Itaque diluendæ duntaxat quædam paucæ objectiones ſupereſſe videntur, ſed quoniam illarum ſolutiones ſolidam noſtram brevitatem excederent, veſtramque forſitan audit patientiam ad tœdium aut nauſeam provocarent, eas alii occaſioni reſervandas putavi, nullus interim ambigens, quin omnibus & ſingulis Audit. hoc ſolidum & certum ex noſtris antecedentibus omni exceptione majoribus injectum ſit ſuffragium, quod ſcilicet nulla vere contraria reſtent, vel refutanda excogitari poſſint. Dimiſſis igitur ſacris antiquis, converto me ad præſentia, quæ Sacerdotibus noſtris lege & conſuetudine injungente conferenda ſunt. Adſtat hic Candidatus &c.

Illuſtres ac Præpot. &c

QUandoquidem proxima oratione inaugurali mihi temporis anguſtia circumſcripto haud fuit integrum, paucas diſſolvere objectiones, quæ noſtræ ſententiæ de poteſtate Principis circa ſacra ab hoſtibus capta adverſari videntur, nequaquam hodie inconveniens dicendi argumentum judicabitur, quod diſcuſſio contrariorum ſuppeditat. Cæterum ut in præcedenti, ita & præſenti panegyri tempori me temperabo, nullumque Adverſariorum aut agitatum aut provocatum, ſed quemlibet pacificis, defæcatis ac legitimis ſolummodo probationibus ita victum ac proſtratum dare conabor, ut devictæ conſcientiæ vim inferre dicendus ſit, qui contradicere auſus fuerit. Ad hæc cum ventilata quæſtio aliquid tum de Theologorum, tum de JCtorum foro participet, pace Theologorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

ſalvaque illorum auctoritate (quam etiam ſemper ſartam, tectam, ſancteque in omni Republ. colendam exiſtimavi) refutaturus ſum non ſolum adverſa ex Corpore juris Civilis petita, ſed etiam ex Codice ſacro deprompta, interque ea maxime antiqua, non vero illa nova, quæ ab ipſis qnoque Veteribus neglecta, & nobis minus, aut nihil ad rem facere viſa ſunt. Et ut ab his, ut dignioribus, initium faciam, canon eſt, ſeu regula Iuris Canonici: *ſemel Deo dicatum, non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum.* Hæc, inquam, generalis cauſæ conjectio ſive narratio prædicatur ut brevis ſumma, non ſolum variis ex Capitulis Corporis Canonici, ſed etiam ex Sacroſanctis Paginis compoſita. Sed & ipſis Ethnicis præfatum juris præceptum probatum aut perſuaſum fuiſſe, pluribus Prudentium reſponſis demonſtrare poſſem, ſi cauſæ neceſſitas hanc pompam expoſceret. Aſt cum loca ſupra denotata nihil ad noſtram Andromacham pertineant, & plane extra ſtatum controverſiæ peregrinentur, minime juvat nos in hoc muſtaceo quærere laureolam. Allegata, inquam, regula loquitur de Sacris vero Deo, juxta verum & expreſſum Dei mandatum conſecratis, nullo juris Gloſſographo huic noſtro ſcholio refragante. Næ Chriſtianus, qui talis notæ Eccleſiaſtica in uſus profanos convertit, haud immerito ſacrilegii inſimulatur. Quinimo nec jure victoriæ Princeps, qui eandem cum hoſte devicto profitetur religionem, prædicta bona religioſo cultui ſubtrahere poſſet, niſi forſan tam evidens ſubeſſet utilitas publica, quæ ſua vi ipſam Eccleſiam in tuto collocaret. Verum de illis nec hic, nec alibi contendimus, quum nuſquam in certis, imo nec in dubiis cauſis ſerram contentionis reciprocare velim. Itaque ad ipſum quæſtionis cardinem propius accedo, quæ circa iſta ſacra vertitur, quæ Princeps Victor apud hoſtem aut debellatum, aut dedititium invenit, & advertit corrupta aut polluta. De his fidenter dixi, atque etiamnum dico, Principem Victorem, vel aliàs juſtum Occupatorem poſſe jure liberi arbitrii diſponere. Et demiror profecto, quod Viri Magni (nimio forſitan zelo adducti) ſuperiora loca, quæ de bonis pure-ſacris & genuinis præcipiunt, eadem applicent paradoxis, falſis & infectis. Num conveniant illis, quæ bona intentione, ſed abſque ſpeciali Dei juſſu à privatis fidelibus orthodoxæ Eccleſiæ dedicata ſunt, alia forte occaſione clarius & fuſius proſequar. Sed nunc ad pſeudo-ſacra, vel hæretica publice improbata, quæ ſi vel leviter talia, nulli alii, quàm ſoli fiſco debentur, aut ſaltem facile cedunt Victori, ſi ſuo jure uti deſideret. Scilicet crimen læſæ Majeſtatis Divinæ maximum eſt, licet contra minimum Dei præceptum commiſſum ſit. Unde & anathemate feriuntur, ipſaque ſancta Dei Civitate privandi deſcribuntur, qui verbo Dei vel unam literulam aut jotam perverſam addiderint aut ſubtraxerint, præſertim eam, quæ cultum idololatricum redoleat; cum Jehova Deus ignis ſit conſumens, & Deus fortiter zelotes. Jure Dei maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in Libro legis, ut ea faciat. Doctrina diaboli (ut notarunt Adnotatores ad Ioann. Apocalipſ. 9.) dicenda eſt, quæ de facto vero Dei inſtituto repugnat. Officio ergo hic ſuo fungitur Magiſtratus, ſalute interim oberrantium ex regula charitatis in Cœlum tranſcripta. Oſtendat, inquam, Vicarius Dei indignationem, juſtamque confiſcationem ac perpurgationem, ſed conſervatis illuſtribus Perſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

nis aut Collegiis, quæ aut olim profuere Reipub. aut futuro bono publico ſalutaria auxilia adferre poterunt. Suæ quoque Eccleſiæ Miniſtris (quorum cura ipſi omnino cordi eſſe debet) affatim ex publicatis vel occupatis proſpiciat, cum hoc genus pietatis haud dubie Supremo noſtro Sacerdoti gratum, ipſique voluntati Majorum quodammodo conveniens habeatur. Sane monitum noſtrum receptum fuiſſe tempore Honorii & Theodoſii, luculentum oſtendit illorum Reſcriptum ad populum Carthaginenſem his verbis: Omnia loca, quæ ,, ſacris error veterum deputavit, noſtræ rei jubemus ſociari. Quod autem ex ,, eo jure ubicunque ad ſingulas quaſcunque perſonas vel præcedentium Prin- ,, cipum largitas, vel noſtra Majeſtas voluit pervenire, id in eorum patrimoniis ,, æterna firmitate perduret. Ea vero, quæ multiplicibus conſtitutis ad venera- ,, bilem Eccleſiam volumus pertinere, Chriſtiana ſibi merita religio vindicabit. Plura de publicatione & diſtributione bonorum, quæ damnatis collegiis, aut hæreticorum ſacerdotibus, aut aliis indignis relicta erant, præſenti ſcenæ minime intermiſcebo; quoniam de illis potiſſimum falſo-ſacris me diſſeruiſſe videri velim, quæ Victor Princeps reperit apud hoſtes vel victos vel deditos. Hactenus igitur diſcuſſo jure Divino, nulla ſuperanda ulterius ſupereſſe poteſt auctoritas juris humani, quod vel pontifices habet auctores, vel alios in propria cauſa antiſtites, vel pleroſque fautores agentes de ſacris, quæ in ſua diœceſi crediderunt vere ſacra, verò Deo ſacrata, ſed nuſquam cogitantes de illis, quæ nos ab hoſtibus occupata liberæ victoris diſpenſationi obnoxia ſtatuimus. Sic namque pius Pontifex primus: ,, prædia divinis uſibus tradita qui- ,, dam humanis applicant uſibus, & Domino, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, ,, ut ſibi inſerviant. Quapropter ab omnibus illius uſurpationis contumelia de- ,, pellenda eſt, ne prædia uſibus ſecretorum cæleſtium dicata, à quibusdam ,, irruentibus vexentur. Quod ſi quiſquam tale quid præſumpſerit, ut ſacrilegus habeatur. Hunc ſequutus Bonifacius primus, nulli, inquit, liceat ignora- ,, re, omne quod Domino conſecratur, ſive fuerit homo, ſive animal, ſive ager, ,, ut quid quid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum Domino erit, & ,, ad jus pertinebit Sacerdotum. Proptor quod inexcuſabilis erit omnis, qui à Domino & Eccleſia, cui competunt, aufert, vaſtat, invadit vel eripit, & uſ- ,, que ad emendationem Eccleſiæque ſatisfactionem ut ſacrilegus judicetur, ,, & ſi emendare noluerit, excommunicetur. Sed quam fidem quæſo hi, ſimileſq; Papę merebuntur in quæſtione noſtra? Et tamen à Noſtris tanta fiducia ad ſua ſtabilienda in ſuo calandario probationum inſeruntur. Teſtes pro ſe producunt, quos vulgo contra ſe productos ſibilo & ſtitepitu rejiciunt. Idem eſto judicium de quibuſdam Synodis & Conciliis, quę etiam ſacra alienari vetant, ſed cum de puris actitent, haud obſcure cum eadem mica ſalis accipienda ſunt, quam ſupra ab ipſis Apoſtolis & Prophetis mutuatus ſum. Scripſit quidem Carolus Calvus ad clerum Ravennatem, Epiſcopos & Rectores monaſteriorum, alioſq; rerum Eccleſiaſticarum Diſpenſatores, eas non ut proprias, ſed ut vota fidelium, pretia peccatorum, ſtipendia ſervorum Dei ac pauperum debere fideli devotione tractari: ſed & hoc ſcriptum magis noſtram opinionem inſtruit quam deſtruit. Etenim ſic ſe res noſtra habet, ut inprimis videamur diſſertare de illis bonis Eccleſiaſticis, quorum dum crevit copia & quantitas, ſimul augmentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

mentum ceperit crimen, quod illis conjunctum fuit. Eadem de cauſa nec obſtat decretum Juſtiniani, quo Epiſcopis injunxit, ne ea, quæ Eccleſiis donata ſunt, ſibi ſuiſve adſcribant, ſed omnino in neceſſarios uſus Eccleſiæ impendant. Hic namque Cæſar (ut jam non dicam, quod ut nimis uxorius, ita nimis pontificius fuerit) ſui ſeculi fuit. Eccleſiam ſuam purioris cultus arbitratus eſt, eoq; Sacerdotibus ejus ſubinde ædificia, aliaq; hęreticis ablata vindicari juſſit. Cæterum ut tandem ex cathedra eccleſiaſtica deſcendam ad civilem, quæ noſtræ profeſſionis proprior eſt, unicum reſponſum, quod juſſu Juſtiniani in Pandectas relatum eſt, quodque unice & ſolum Adverſariis patrocinari dicitur, ſubactiori omnium examini ſubjiciam. Et ne quis Auditorum ſuſpicetur, me ea tantum excerpſiſſe, quæ meo proprio palato arrideant, ipſiſſimis verbis indicatam legem recitabo. Modeſtinus primus Auctor: „ Legatum, inquit, civitati relictum eſt, ut ex reditibus quotannis in ea civitate memoriæ „ conſervandæ defuncti gratia ſpectaculum celebretur, quod illic celebrare non licet. Quæro, quid de legato exiſtimes? Modeſtinus reſpondit: cum teſta„ tor ſpectaculum edi voluerit, in Civitate, ſed tale, quod ibi celebrare non li„ cet, iniquum eſſe, hanc quantitatem, quam in ſpectaculum defunctus deſti„ naverat, lucro heredum cedere. Igitur adhibitis heredibus, & Primoribus „ Civitatis, diſpiciendum eſt, in quam rem converti debeat fideicommiſſum, „ ut memoria teſtatoris alio & licito genere celebretur. Hujus, inquam, ſolius legis argumento primum pontificiæ, deinde Nonnulli noſtræ Religionis Interpretes autumarunt, res Eccleſiaſticas etiam in impios cultus erogatas nuſquam gentium in uſus privatos aut profanos, ſed tantum in alios meliores aut pariles pios uſus convertendas eſſe. Verumenimvero caſum *d. l.* noſtro themati aut theſi omnino diſſimilem eſſe, atque adeo perperam ab illo ſeparato inferri, quis præjudicii inſons inficiabitur? Utique JC. minime reſpondit de caſu, quo Princeps Victor occupavit prædia, ex quibus reditus annui in ſpectaculum impendendi ſunt. Nam victor & triumphator, cunctis hic antiquis juris Magiſtris adſtipulantibus, prædictæ teſtatoris voluntati nequaquam eſſet aſtrictus, licet etiam teſtator ad ipſos ludos ſacros reſpexiſſet, ut pluribus probavi in declamatione præcedenti. Deinde nullum in *d. l.* peccatuum in Deum perpetratum eſt, nullum crimen hæreſeos, nullum donum potius dæmoniis aut idolis dicatum, quàm vero Deo, nullo devio ritu glorificando. Denique *d. l.* nullo ſenſu diſponit de legato, quod inductu Antichriſtianorum ſacerdotum proximis heredibus ſubductum eſt, quod Noſtri tamen in pleriſque ſub Papatu relictis factitatum affirmant. Certe de omnibus bonis, de quibus noſtrum certamen eſt, aperte liquet ex verbis donantium, quod ſub modo, vel conditione fæda & prohibita dedicata ſint ad finem vetitum & idololatricum, cum in *d. l.* 16. legatum ſub modo illicito relictum verſum ſit ad ſcopum licitum & honeſtũ, ut hoc modo ad contraria reſpondit olim *Bart. ad eand.* Itaq; nihil omnino præſidii ex *d. l.* niſi quod memoria teſtatoris ex obnixa ejus voluntate celebranda ſit, quantum honeſtiori modo fieri queat. Quin poſito hoc reſponſo, quo JCt. reſpondiſſet, legatum ad falſam teſtatoris religionem propagandam flectendum eſſe ad veram & receptam, foret tamen *d. l.* limitanda ex ſuperioribus, quæ tantis ac tam manifeſtis probationibus nituntur. Reſtant refellen-

 di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]

di nonnulli Adverſarii alterius commatis, qui videlicet ſtrenue aſſerunt, præfata bona Eccleſiaſtica heredibus reſtituenda eſſe. Utuntur autem argumento duplici, cujus primum hoc eſt, quod dicta donaria ſub illa tacita conditione relicta videantur, ut, ſi in perſona legatarii aut donatarii non ſubſiſtant, revertantur ad heredes, quib. ut jure ſanguinis obligatis omni modo ante alios bona ſua relinquere voluiſſe teſtatores pręſumuntur. Alterũ eſt, quod veritate comperta, turpẽ cauſam contineant, atq; adeo nullius ſint momenti, nullius vinculi. *l.4. C. de inutil. ſtipulat.* Verum his verbo occurritur, & breviter reſpondetur, heredes illorum teſtatorum aut donatorum, de quibus nunc ſermo eſt, hodie plane ignotos eſſe, ideoque Principem aut Populum jure victoriæ dominantem aut alio juſto titulo occupantem minime oportere ad illos mortuos attendere, ſed bona eorum adquirere, ut vacantia vel ἀδέσποτα, quorum domini ignorantur. Dein idem Magiſtratus Victor nequaquam in devictis tacitæ illorum conditioni devinctus cenſetur, præſertim ſi pro certo intellexerit, bona donatorum donata eſſe ad hereſin aut idololatriam inſtiſtuendam aut promovendam, ut idem itidem ſuperius probatum eſt momentis (ni fallor) rationum certis & indubitatis, ipſamq; conſcientiam obteſtantibus, modo hoc unicum ad pleniorem cauſę conſummationem adcumuletur, quod Princeps Victor jure belli poſſit quoq; de ipſis diſponere bonis, quæ Ptochotrophiis Xenodochiis, Orphanotrophiis deſtinata & applicata ſunt, maxime tamen de illis, quæ ſub impia conditione relicta ſunt, modo pauperibus aliiſque miſeris ſui imperii bene & decore opituletur ac ſuccurrat. Et quidni idem Princeps eodem modo diſpenſare poſſet de rebus veræ Eccleſiæ donatis, ſi juſtum modum excedant, & Eccleſiaſtis abunde donatũ maneat? Scilicet fruſtra Chriſtus colitur traditionib. humanis, *Matth.* 15. & ipſi olim Conſules ac Imperatores templa aliave loca publica dedicarunt, teſte Livio poſt JCt. Ulpian. in *l. 9. §. 1. D. de rer. diviſ.* Zoſimus teſtatur, ipſum Conſtantinum, cæteroſque Impp. Chriſtianos uſque ad Gratianum ſtola pontificia uſos fuiſſe, nullamque conſecrationem ſubſtitiſſe, niſi auctoritas Imperatorum aut interceſſiſſet aut adprobaſſet. Eandem hodie imitari Principes Germaniæ, Daniæ, Belgii, Alioſque reformatos Dynaſtas, novimus omnes, iiſque ego hic adqueſco, & ab omnibus adquieſcendum judico, ſalvo tamen Aliorum calculo, ſalva pace & amicitia, qua incolumi JCtis. de Theologico-juridicis diverſum ſentire licuit, æternumque licebit. Atque hinc illico ne converto ad Candidatum noſtrum &c.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
301 D 32 [1]